

Div

Baptist Union Theological Seminary
LIBRARY.

Library No. 2794 Shelf No. 157

Purchased from the Estate of
GEORGE B. IDE, D. D.,
Of Springfield, Mass.

Chicago March 1st, 1873.

Div.

The University of Chicago
Libraries



Baptist Union Theol. Sem. Coll.

THEOPHYLACTI

IN EVANGELIUM S. MATTHÆI COMMENTARIUS.

Theophylactus, abp. of Achrida.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

THEOPHYLACTI

IN EVANGELIUM S. MATTHÆI COMMENTARIUS

EDIDIT GRÆCE ET LATINE

GULIELMUS GILSON HUMPHRY, S.T.B.

COLLEGII SANCTISS. TRIN. APUD CANTABRIGIENSES NUPER SOCIUS.

Jussu Syndicorum Preli Academici,



CANTABRIGIÆ.

1854

LONDINI: JOH. GUL. PARKER.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO LIBRARIES

B[illegible]
.T5C64
1854

12335.

PRÆFATIO.

THEOPHYLACTUS, patrum Græcorum qui vocatur ultimus, quo tempore vixerit, olim dubitabant historiæ ecclesiasticæ auctores. Sed undecimo vergente sæculo, imperante Alexio Comneno, floruisse eum constat ex notis temporum, quæ lectori ipsius scripta diligenter inspicienti occurrunt[1]. Patria Constantinopolitanus erat; in juventute rhetorem agebat, ῥητόρων κορυφαῖος ὤν, ut de se ipse loquitur[2]. Præceptor cum esset Constantino Porphyrogenito, Michaelis Ducæ filio, pupilli erudiendi causa scripsit librum de Institutione regia. Vitæ ejus gesta et eventa memoriæ non tradita; quod nostri maxime interest, archiepiscopatum Bulgariæ attigit circa annum 1070. Sedem habuit apud urbem Achridam, in regione antiquitus Epiro, hodie autem dicta Albania. Regionem illam sæculo jam sexto Bulgari debellaverant, regni capite apud Lychnidum posito, cujus nomen a barbaris in Achridam[3] corruptum est. Deinde ad finem sæculi X. Basilio imperatori subacti, qui cognomen inde Bulgaroctoni suscepit, Bulgari per duo fere sæcula imperio Constantinopolitano parebant. Quænam autem causa barbaram illam gentem impulerit ad religionem Christi amplectendam, his verbis a Cedreno

[1] Vide præviam dissertationem ap. Ed. Ven.
[2] Epist. II. Ed. Ven. III. p. 560.
[3] Ita Anna Comnena in Alexiade, p. 371, Gibbon, Hist. cap. lv.

in historia narratur (p. 443): "Postquam pestis vehemens Bulgariam infestavit, neque ullum mali remedium fuit efficax, ibi tum Bogoris Dux Bulgarorum Deum Christianorum, cujus religioni a Caphara et sorore esset initiatus, in auxilium vocavit, utque idem facerent, toti genti mandavit. Liberatique lue, veram fidem amplexi, lavacroque regenerationis potiti sunt: principi nomen Michaeli de nomine imperatoris inditum a patriarcha, qui eo ad baptizandum eum missus fuit."

Sæculo nono de ecclesiæ Bulgaricæ jurisdictione inter Græcos et Latinos disceptatum est, provinciam quasi in medio sitam utraque ecclesia ad se vindicante. Ex qua duarum æmulatione evenit, ut neutri obtemperare vellent Bulgari. Quinetiam jura ecclesiæ iis manserunt, etiam subdita Græcis (ut supra diximus) civitate; et Archiepiscopus Achridæ censetur inter *αὐτοκεφάλους*, i.e. nullius patriarchæ auctoritati addictos.

Theophylacti autem ætate ecclesiæ Romana et Constantinopolitana graviter inter se dissidebant, et altera alteram acerrima vituperatione lacessebat. Inter quas simultates singulari moderatione usus est Theophylactus. Nam cum Græcus esset, et Græcarum partium fautor, concordiæ tamen magis quam victoriæ studebat. Scripsit quidem allocutionem ad familiarem, in qua Latinorum errores refellebat: sed de ipsa rixa ita locutus est (§ I.); "neque multos esse Latinorum errores, neque tales qui ad discindendas ecclesias essent idonei, eorumque nullum ad caput fidei pertinere; adeoque nec propter azyma, neque propter jejunia, sed ex solo caritatis defectu, am-

bitione, ac superbia, ex zelo non secundum scientiam, ex cæco sui amore, tot congeri Latinorum errores; præcipuum autem errorem esse particulam *filioque* symbolo adjectam."

Theophylacti exstant commentarii in prophetas minores, et in libros Novi Testamenti tantum non omnes: exstant supra memoratæ tractationes de institutione regia, et de Latinorum erroribus; exstant opuscula diversa, homiliæ, et epistolæ. Apparet in epistolis ingenium elegans, literis profanis non secus ac sacris excultum, de rhetoricis disciplinis aliquantulum olens. Exemplo sit Epistola XIX. (Ἀνέμῳ) ubi citatis versibus Euripidis et Aristophanis, ad sacræ Scripturæ auctoritatem se confert; *ἀλλὰ τί*, inquit, *τῷ τῶν ἁμαρτωλῶν ἐλαίῳ λιταίνω μου τὰ γράμματα, ἐξὸν τοῖς τῆς καλλιελαίου δώροις φαιδρύνεσθαι*; deinde locis Scripturæ allatis redit ad Græcos, et Lysiæ oratoris sententiam laudat. Multa in epistolis conqueritur de Achridensium apud quos vixit barbaro ingenio. In Epist. I. ita loquitur: *τίς Ἀχριδιώτης οὐκ ἔστιν αὐχὴν ἀκέφαλος, οὔτε θεὸν οὔτ' ἄνερα τίειν εἰδώς; τοιούτοις συνεῖναι καταkέκριμαι τέρασι. Καὶ τὸ δεινότατον, ὅτι μηδ' ἐλπίς ἐστι τοὺς αὐχένας τούτους κεφαλωθῆναί ποτέ τισι δυνάμεσι κρείττοσιν, ὥσπερ ἡ τοῦ Ἀκραγαντίνου σοφοῦ φιλία ἀτελεῖς κόρσας συνάγει πρὸς ἐντέλειαν.*

Stilus autem Theophylacti in commentariis concinnus est et simplex, et temporis ac loci quo scripserit ratione habita, barbarismis mire immunis. Quantum ad materiam spectat, multa eum de suo prompsisse non dubito: sed Chrysostomum sæpe sequitur, nec pauca ab aliis mutuatur. Quæ autem non propria erant, proprie dixit: nam interpreta-

tiones, quas alii per ambages protulerunt, hic in compendium redegit, brevitati et lectoris utilitati inprimis consulens. Est ubi excurrat in sensus allegoricos sive mysticos, τοὺς δι' ἀναγωγὴν, ut ipse loquitur; sed hujusmodi commentis parce utitur. Scripturæ singulas sententias diligenter expendit, et meditatione pia interpretationis filum contexit.

Commentarios nostri in evangelia primus edidit latine Œcolampadius Basiliæ, A.D. 1524. Græce primum editus est Theophylactus Romæ, A.D. 1542, tempore Pauli III. Papæ. Secuta est editio Lutetiana, Græce et Latine, A.D. 1631. Quæ autem Venetiis prodiit, anno 1754, omnium quidem est optima et locupletissima sed eo minus commoda, quod vitiis typographicis ultra modum laborat. Hujus ego textum, ut spero, castigatum correctumque exhibui; et variantium lectionum, quas eadem ad calcem tomi conjecit, nonnullas a Patavino codice desumptas recepi, monito semper per notulam lectore, quid in textu novatum sit. Versionem etiam Venetam passim emendatam retinui.

Numeri, qui sunt in margine, paginas editionis Venetæ designant.

ERRATUM.

Pag. 336, lin. 21, Pro ἀντάρχην lege ἀντάρτην.



THEOPHYLACTI

IN

EVANGELIUM S. MATTHÆI

COMMENTARIUS.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ

ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΟΙ *μὲν πρὸ τοῦ νόμου ἐκεῖνοι θεῖοι ἄνδρες οὐ διὰ γραμ-
μάτων καὶ βιβλίων ἐδιδάσκοντο, ἀλλὰ καθαρὰν ἔχον-
τες τὴν διάνοιαν τῇ τοῦ παναγίου* Πνεύματος *ἐφωτίζοντο
ἐλλάμψει· καὶ οὕτω τὰ τοῦ* Θεοῦ *ἐγίνωσκον θελήματα, αὐ-
τοῦ ἐκείνου ὁμιλοῦντος αὐτοῖς στόμα κατὰ στόμα· τοιοῦτος
ἦν ὁ* Νῶε, *ὁ* Ἀβραάμ, *ὁ* Ἰώβ, *ὁ* Μωϋσῆς. Ἐπεὶ *δὲ ἠσθένησαν
οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φωτίζεσθαι καὶ διδάσκεσθαι
ὑπὸ τοῦ ἁγίου* Πνεύματος, *δέδωκεν ὁ φιλάνθρωπος* Θεὸς *τὰς
γραφὰς, ἵνα κἂν διὰ τούτων ὑπομιμνήσκωνται τῶν τοῦ* Θεοῦ
θελημάτων· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς *τοῖς μὲν ἀποστόλοις αὐ-
τοπροσώπως ὡμίλησε, καὶ τὴν τοῦ* Πνεύματος *χάριν διδά-
σκαλον αὐτοῖς ἔπεμψεν.* Ἐπεὶ *δὲ μετὰ ταῦτα ἔμελλον αἱρέ-
σεις ἀναβλαστῆσαι, καὶ τὰ ἤθη ἡμῶν διαφθαρῆναι, εὐδόκησε* 2
*γραφῆναι τὰ εὐαγγέλια, ἵνα ἐκ τούτων διδασκόμενοι τὴν
ἀλήθειαν, μὴ παρασυρῶμεν ὑπὸ τοῦ ψεύδους τῶν αἱρέσεων,
μηδὲ παντελῶς διαφθαρῶσι τὰ ἤθη ἡμῶν.*

Τέσσαρα *δὲ δέδωκεν ἡμῖν εὐαγγέλια, τυχὸν, διότι τὰς καθολικὰς τέσσαρας ἀρετὰς ἐκ τούτων μανθάνομεν, τὴν ἀνδρίαν, τὴν φρόνησιν, τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν σωφροσύνην.* Τὴν *μὲν ἀνδρίαν, ὅταν λέγῃ ὁ* Κύριος, *μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· τὴν δὲ φρόνησιν, ὅταν παραινῇ· γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις· τὴν δὲ δικαιοσύνην, ὅταν διδάσκῃ· καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως· τὴν δὲ σωφροσύνην, ὅταν ἀποφαίνηται· ὁ ἐμβλέψας*

THEOPHYLACTI
IN
EVANGELIUM S. MATTHÆI
COMMENTARIUS.

PRÆFATIO.

MAGNI quidem illi atque divini viri, qui ante datam Mosi legem vixere, non ex literis et libris discebant, sed munda præditi mente sancti Spiritus illustratione illuminabantur, atque in hunc modum, Deo ipsis ore ad os colloquente, quæ Deo placita erant, cognoscebant. Tales erant Noe, Abraham, Job, Moses. At postquam deteriores facti sunt homines, et indigni qui a Spiritu sancto illustrarentur et docerentur, concessit tandem misericors Deus scripturas, ut vel per illas divinæ voluntatis essent memores. Ita et Christus apostolis coram in sua persona locutus est, et Spiritus sancti gratiam misit eis magistram. Verum, quoniam hæreses pullulaturæ erant, et mores nostri in pejus ituri, placuit illi, ut scriberentur et evangelia, quo discentes ex illis veritatem, non hæreseon mendaciis deciperemur, moresque nostri non prorsus pessundarentur.

Quatuor autem evangelia nobis dedit, fortassis ideo, quia quatuor virtutes universales ex eis discimus, fortitudinem, prudentiam, justitiam, et temperantiam. Fortitudinem quidem, cum dicit Dominus: Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt: prudentiam vero, quando admonet: Estote prudentes, ut serpentes: justitiam autem, quando docet: Sicut vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite eis: temperantiam quoque, quando affirmat: Omnis qui aspexerit mulierem, ut concupiscat eam, jam mœchatus

γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Καὶ ἄλλως δέ· τέσσαρά εἰσιν εὐαγγέλια, διότι στύλοι εἰσὶ ταῦτα τοῦ κόσμου. Τοῦ δὲ κόσμου τέσσαρα μέρη ἔχοντος, ἀνατολὴν, δύσιν, ἄρκτον, καὶ μεσημβρίαν, ἔπρεπεν εἶναι καὶ τοὺς στύλους τέσσαρας. Καὶ ἄλλως δέ· τέσσαρά εἰσιν εὐαγγέλια, διότι καὶ τέσσαρα ταῦτα περιέχει, ἤγουν δόγματα, ἐντολὰς, ἀπειλὰς, καὶ ἐπαγγελίας· καὶ τοῖς μὲν πιστεύσασι τοῖς δόγμασι, καὶ τὰς ἐντολὰς τηρήσασι, τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ ἐπαγγέλλονται· τοῖς δὲ μὴ πιστεύσασι τοῖς δόγμασιν, ἢ τὰς ἐντολὰς μὴ φυλάξασιν, αἱ μέλλουσαι ἀπειλοῦνται κολάσεις.

Εὐαγγέλιον δὲ λέγεται, διότι ἀγγέλλει ἡμῖν πράγματα εὖ καὶ καλῶς ἔχοντα, τουτέστιν ἀγαθὰ, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, δικαίωσιν, ἄνοδον εἰς οὐρανοὺς, υἱοθεσίαν Θεοῦ. Ἀγγέλλει δὲ καὶ ὅτι εὐκόλως ταῦτα λαμβάνομεν. Μὴ γὰρ ἐκοπιάσαμεν ἡμεῖς ἐπὶ τῇ κτήσει τούτων τῶν ἀγαθῶν, ἢ ἐξ ἰδίων κατορθωμάτων ταῦτα ἐλάβομεν, ἀλλὰ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ Θεοῦ τηλικούτων ἀγαθῶν ἠξιώθημεν.

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ.

ΤΕΣΣΑΡΕΣ μέν εἰσιν οἱ εὐαγγελισταί· τούτων δὲ οἱ μὲν δύο, Ματθαῖος καὶ Ἰωάννης, ἦσαν ἐκ τοῦ χοροῦ τῶν δώδεκα· οἱ δὲ δύο, Μάρκος φημὶ καὶ Λουκᾶς, ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα. Ἦν δὲ ὁ μὲν Μάρκος ἀκόλουθος καὶ μαθητὴς Πέτρου· ὁ δὲ Λουκᾶς Παύλου. Ὁ τοίνυν Ματθαῖος πρῶτος πάντων ἔγραψε τὸ εὐαγγέλιον Ἑβραΐδι φωνῇ πρὸς τοὺς ἐξ Ἑβραίων πιστεύσαντας, μετὰ ὀκτὼ ἔτη τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως· μετέφρασε καὶ τοῦτο Ἰωάννης ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος γλώττης εἰς τὴν Ἑλληνίδα, ὡς λέγουσι. Μάρκος δὲ μετὰ δέκα ἔτη τῆς ἀναλήψεως ἔγραψε, παρὰ τοῦ Πέτρου διδαχθείς. Λουκᾶς δὲ μετὰ πεντεκαίδεκα. Ἰωάννης δὲ ὁ θεολογικώτατος μετὰ τριακονταδύο· λέγουσι γὰρ ὅτι μετὰ τὸν θάνατον ἐκείνων ἐπιζήσαντι αὐτῷ προσηνέχθη τὰ τρία εὐαγγέλια, ἵνα ἴδῃ αὐτὰ καὶ κρίνῃ, εἰ ἀληθῶς συνεγράφησαν· ὁ δὲ Ἰωάννης ἰδὼν αὐτὰ, καὶ τῆς ἀληθείας χάριν ὑπεραποδεξά-

est eam in corde suo. Alio quoque modo: quatuor sunt evangelia, quia ipsa sunt columnæ mundi. Cum autem mundus quatuor partes habeat, Orientem, Occidentem, Septentrionem, et Meridiem; decebat et columnas quatuor esse. Alio denique modo: quatuor sunt evangelia, quoniam et hæc quatuor continent, videlicet, doctrinam, mandata, minas, et promissiones; et iis quidem qui doctrinæ fidem adhibuerint, quique mandata servaverint, futura bona promittuntur: iis vero qui doctrinæ non crediderint, nec mandata servaverint, futura intentantur supplicia.

At vero evangelium dicitur, eo quod nunciet nobis res prosperas, et bene se habentes, hoc est bonas: nempe remissionem peccatorum, justitiam, reditum in cœlos, adoptionem in filios Dei. Nunciat autem, quod facile et gratis hæc acceperimus, neque nostro labore assecuti simus hæc bona, neque ea ex nostris acceperimus bonis operibus, sed gratia et misericordia Dei talia bona consecuti simus.

SECUNDUM MATTHÆUM.

QUATUOR sunt evangelistæ, quorum duo, Matthæus et Joannes, ex numero et choro duodecim sunt: alii vero duo Marcus et Lucas, ex septuaginta. Erat autem Marcus discipulus et comes Petri, Lucas vero Pauli. Igitur Matthæus omnium primus scripsit evangelium Hebraice ad eos, qui ex Hebræis crediderant, post octo annos assumpti in cœlos Christi. Porro Joannes hoc ex Hebraica lingua in Græcam, ut ferunt, interpretatus est. At Marcus post decem annos assumpti Christi, ex ore Petri edoctus, scripsit: Lucas autem post xv. annos. Denique Joannes Theologus post triginta duos annos. Referunt enim, quod illi post mortem illorum superstiti allata fuerint tria evangelia, ut videret ea atque judicaret, num illa vere conscripta fuissent. Joannes autem, cum hæc vidisset, ut erat ampliorem

μενος, ὅσα ἐκεῖνοι παρέλειψαν, αὐτὸς ἀνεπλήρωσεν. Ὅσατε
συντόμως εἶπον ἐκεῖνοι, αὐτὸς ἐπλάτυνεν ἐν τῷ ἰδίῳ εὐαγ- 3
γελίῳ. Διὸ καὶ ἀπὸ θεολογίας ἤρξατο. Ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄλλοι οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς πρὸ αἰώνων ὑπάρξεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, αὐτὸς ἐθεολόγησε περὶ ταύτης, ἵνα μὴ νομισθείη ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ψιλὸς ἄνθρωπος εἶναι, τουτέστι δίχα θεότητος· Ματθαῖος γὰρ περὶ τῆς κατὰ σάρκα μόνης ὑπάρξεως τοῦ Χριστοῦ διαλέγεται· πρὸς γὰρ Ἑβραίους ἔγραφεν, οἷς ἀρκετὸν ἦν τὸ μαθεῖν ὅτι ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ Δαυὶδ ἐγεννήθη ὁ Χριστός. Ἀναπαύεται γὰρ ὁ ἐξ Ἑβραίων πιστεύσας, ὅταν πληροφορηθῇ ὅτι ἀπὸ Δαυίδ ἐστιν ὁ Χριστός. Ἀλλὰ λέγεις μοι ὅτι, οὐκ ἤρκει εἷς εὐαγγελιστής; ἄκουε τοίνυν, ὅτι ἤρκει μέν, ἀλλ' ἵνα δειχθῇ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια, διὰ τοῦτο τέσσαρες συνεχωρήθησαν γράψαι· ὅταν γὰρ ἴδῃς τούτους τοὺς τέσσαρας μὴ συνελθόντας, μηδὲ συγκαθίσαντας ἀλλήλοις, ἀλλ' ἄλλον ἀλλαχοῦ ὄντα, εἶτα γράψαντας περὶ τῶν αὐτῶν ὥσπερ ἀφ' ἑνὸς στόματος, οὐκ ἂν θαυμάσαις τὴν τοῦ εὐαγγελίου ἀλήθειαν, καὶ εἴποις ὡς ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐλάλησαν;

Καὶ μή μοι λέγε ὅτι οὐχ ὁμοφωνοῦσιν ἐν πᾶσιν· ἴδε γὰρ ἐν τίσιν οὐχ ὁμοφωνοῦσιν. Ἆρα ὁ μὲν εἶπεν ὅτι ἐγεννήθη ὁ Χριστὸς, ὁ δὲ λέγει ὅτι οὔ; ἢ ὁ μὲν, ὅτι ἀνέστη, ὁ δὲ, ὅτι οὔ; μὴ γένοιτο· ἐν γὰρ τοῖς ἀναγκαιοτέροις καὶ κυριωτέροις ὁμοφωνοῦσιν. Εἰ τοίνυν ἐν τοῖς κυριωτέροις οὐ διηνέχθησαν, τί θαυμάζεις ἐὰν ἐν τοῖς ἐλαχίστοις δοκῶσι διαλλάττειν; δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο μᾶλλον ἀληθεύουσιν, ὅτι μὴ κατὰ πάντα ὡμοφώνησαν. Ἐνομίσθησαν γὰρ ἄν, ὅτι συγκαθίσαντες ἀλλήλοις καὶ συμβουλευσάμενοι ἔγραψαν· νῦν δὲ, ὃ παρέλειψεν οὗτος, ἔγραψεν ἐκεῖνος, καὶ διὰ τοῦτο δοκοῦσιν ἐν τισὶ διαλλάττειν· καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ἀρξώμεθα δὲ ἤδη τοῦ ὕφους.

veritatis gratiam sortitus, adimplevit quæcunque ab aliis prætermissa fuerant, et quæ succinctius alii dixerant, ipse fusius in suo evangelio tradidit. Quocirca a sublimi theologia initium fecit; siquidem enim alii nullam fecerant mentionem quod Verbum Dei extiterit ante secula, ipse hac de re divina prodidit, ut ne putetur Verbum Dei purus homo; hoc est, absque deitate esse. Matthæus enim de sola substantia Christi in carne disserens ad Hebræos scribebat, quibus sufficiebat discere quod ex Abraham et David natus esset Christus. Nam qui ex Hebræis crediderit, contentus est, si certior fiat ex Abraham et David natum esse Christum. At enim, numquid sufficiebat unus evangelista? Audi, sufficiebat quidem, sed ut uberius veritas monstraretur, quatuor conscribere permissi sunt. Nam cum videris hos quatuor, qui non in unum locum convenerunt, neque consederunt simul, alios aliis in locis vitam egisse, et de eisdem rebus quasi ex uno ore scripsisse, nonne admiraberis evangelii veritatem, et fateberis, quod ex Spiritu sancto locuti fuerint?

Et ne mihi dicas quod non consonent in omnibus. Vide enim, in quibus dissonent: num ille dixit, Natus est Christus, alius autem dicit, non? Aut alius quidem quod resurrexerit, alius vero non? Absit. Concordes enim sunt in his, quæ magis necessaria et præcipua. Igitur si in præcipuis non sunt divisi, quid miraris, si in minimis videantur variare? nam hac de causa quod non in omnibus consonant, magis vera loquuntur. Alioqui suspecti haberi potuissent, quod inter se consedissent, et habito consilio mutuo scripsissent: nunc autem quum quod prætermisit hic, scripserit ille, hæc sola est causa quare in quibusdam variare videantur. Et hæc quidem sic se habent. Nos autem seriem contextus aggrediamur.

ΚΕΦ. α'.

ΒΙΒΛΟΣ γενέσεως.] Τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν, ὅρασις ἢ λόγος, ὥσπερ οἱ προφῆται; ἐκεῖνοι γὰρ οὕτω προέγραφον· ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας, καί· ὁ λόγος ὁ γενόμενος πρὸς Ἡσαΐαν. Τίνος ἕνεκεν, ζητεῖς μαθεῖν; διότι οἱ μὲν προφῆται πρὸς σκληροκαρδίους διελέγοντο καὶ ἀπειθεῖς, καὶ διὰ τοῦτο ἔλεγον, ὅτι ὅρασίς ἐστι θεία, καὶ ὅτι λόγος ἐστὶν ἐκ Θεοῦ· ἵνα φοβηθῇ ὁ λαὸς, καὶ μὴ καταφρονῶσι τῶν λεγομένων. Ὁ δὲ Ματθαῖος πρὸς ἀνθρώπους εἶχε πιστεύσαντας καὶ εὐγνώμονας καὶ εὐπειθεῖς, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν τοιοῦτον προεῖπεν, οἷον οἱ προφῆται. Ἔχω δὲ καὶ ἕτερόν τι εἰπεῖν, ὅτι οἱ μὲν προφῆται νοητῶς ἔβλεπον ἅπερ ἔβλεπον, φανταζόμενοι ταῦτα διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διὸ καὶ ὁράσεις ταῦτα ἔλεγον· ὁ δὲ Ματθαῖος οὐ νοητῶς εἶδε τὸν Χριστὸν, καὶ ἐφαντάσθη αὐτὸν, ἀλλ' αἰσθητῶς αὐτῷ συνῆν, καὶ αἰσθητῶς ἤκουεν αὐτοῦ, βλέπων αὐτὸν ἐν σαρκί. Διὰ τοῦτο τοίνυν οὐκ εἶπεν, ὅρασις ἣν εἶδον, 4
ἤτοι φαντασία, ἀλλὰ, βίβλος γενέσεως.

Esai. i. 1.

Ἰησοῦ.] Τὸ Ἰησοῦς ὄνομα οὐχ Ἑλληνικόν ἐστιν, ἀλλ' Ἑβραϊκόν· ἑρμηνεύεται δὲ, σωτήρ· ἰαὼ γὰρ ἡ σωτηρία παρὰ τοῖς Ἑβραίοις λέγεται.

Χριστοῦ.] Χριστοὶ ἐλέγοντο οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ ἱερεῖς. Ἐχρίοντο γὰρ τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ τῷ ἀπὸ τοῦ κέρατος τοῦ ἐπιτιθεμένου τῇ κεφαλῇ ἀναβλύζοντι. Λέγεται οὖν ὁ Κύριος Χριστὸς, καὶ ὡς βασιλεύς· ἐβασίλευσε γὰρ κατὰ τῆς ἁμαρτίας· καὶ ὡς ἱερεύς· προσήγαγε γὰρ ἑαυτὸν θῦμα ὑπὲρ ἡμῶν· ἐχρίσθη δὲ καὶ αὐτὸς κυρίως τῷ ἀληθινῷ ἐλαίῳ, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Τίς γὰρ ἄλλος εἶχε τὸ Πνεῦμα, ὡς ὁ Κύριος; ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἁγίοις ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνήργει· ἐν δὲ τῷ Χριστῷ οὐκ ἐνήργει ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ὁ Χριστὸς σὺν τῷ Πνεύματι ὁμοουσίῳ ὄντι ἐνήργει τὰ θαύματα.

Υἱοῦ Δαυίδ.] Ἐπειδὴ εἶπεν Ἰησοῦ, ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι περὶ ἄλλου Ἰησοῦ λέγει, προσέθηκεν, υἱοῦ Δαυίδ. Ἦν γὰρ καὶ ἕτερος Ἰησοῦς περιβόητος, ὁ μετὰ Μωσέα στρα-

CAPUT I.

L*IBER generationis.*] Quam ob causam non dixit, visio, vel sermo, sicut prophetæ, qui suos libros sic inscripserunt, Visio quam vidit Esaias, et, Sermo qui factus est ad Esaiam? Visne intelligere? Scilicet Prophetæ loquebantur ad duros corde et inobedientes, et ideo dicebant, divina est visio, et sermo est ex Deo, ut timeret populus et non contemneret dicta. Matthæus autem sermonem habebat ad fideles prudentes et dociles, et propterea nihil tale prædixit, quale prophetæ. Possem autem et aliud dicere, quod prophetæ mente videbant ea quæ videbant, Spiritu sancto apparitionem faciente, et propterea visiones vocabant. Matthæus autem non mente sola, neque ut apparitionem Christum vidit, sed corporaliter cum eo fuit, et sensibiliter audiit eum, videns eum in carne: et idcirco non dicit, visio quam vidi, hoc est, apparitio, sed, liber generationis.

Jesu.] Nomen Jesu non est Græcum, sed Hebraicum, et interpretatur, Salvator. Jesua enim salus apud Hebræos dicitur.

Christi.] Christi dicebantur reges et sacerdotes. Inungebantur enim oleo sancto stillante a cornu quod capiti imponebatur. Dicitur igitur dominus Christus, et ut rex, quia contra peccatum regnavit: et ut sacerdos, obtulit enim semetipsum sacrificium pro nobis. Inunctus autem est et ipse oleo illo vero et præcipuo, nempe Spiritu sancto. Quis enim alius habuit Spiritum, ut dominus? In sanctis enim gratia Spiritus sancti efficax fuit, in Christo autem non operabatur gratia Spiritus, sed Christus cum Spiritu consubstantiali operabatur miracula.

Filii David.] Quia dixerat, Jesu, ideo ne putes quod de alio Jesus dicat, adjecit, filii David. Erat enim et alius Jesus celebris, qui post Moysen ducatum populi

τηγήσας· ἀλλ' ἐκεῖνος τοῦ Ναυῆ ἐλέγετο, καὶ οὐχὶ τοῦ Δαυίδ· πρὸ γὰρ τοῦ Δαυὶδ ἦν πολλαῖς γενεαῖς, καὶ οὐδὲ ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰούδα ἦν, ἀφ' ἧς κατήγετο ὁ Δαυὶδ, ἀλλ' ἀπὸ ἑτέρας.

Υἱοῦ Ἀβραάμ.] Τίνος ἕνεκεν προέταξε τὸν Δαυὶδ τοῦ Ἀβραάμ; ὅτι παρὰ τοῖς Ἑβραίοις μᾶλλον ἐφημίζετο ὁ Δαυὶδ, καὶ ὡς νεώτερος ὢν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ὡς ἀπὸ τῆς βασιλείας ἐπιφανέστερος γενόμενος· ἐν γὰρ τοῖς βασιλεῦσιν οὗτος πρῶτος εὐηρέστησε τῷ Θεῷ· καὶ ἐπαγγελίαν ἐδέξατο παρὰ Θεοῦ, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἀναστήσεται ὁ Χριστός. Ὅθεν καὶ πάντες τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαυὶδ ἔλεγον· καὶ γὰρ καὶ τύπον ἔσωζε τῷ ὄντι ὁ Δαυὶδ τοῦ Χριστοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος μετὰ τὸν Σαοὺλ τὸν ἀπόβλητον ἀπὸ Θεοῦ καὶ μισητὸν ἐβασίλευσεν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, μετὰ τὸ στερηθῆναι τὸν Ἀδὰμ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἀρχῆς ἧς εἶχε κατὰ πάντων καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν δαιμόνων, ἦλθε σαρκωθεὶς, καὶ ἐβασίλευσεν ἡμῶν.

V. 2 Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ.] Ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἄρχεται τῆς γενεαλογίας, διότι αὐτὸς ἦν πατὴρ τῶν Ἑβραίων, καὶ ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἐδέξατο τὰς ἐπαγγελίας, ὅτι ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογηθήσεται πάντα τὰ ἔθνη. Πρεπόντως οὖν ἀπὸ τούτου γενεαλογεῖ τὸν Χριστόν· ὁ γὰρ Χριστός ἐστι τὸ σπέρμα τοῦ Ἀβραὰμ, ἐν ᾧ εὐλογήθημεν ἅπαντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, οἱ πρώην κατάρατοι· Ἀβραὰμ δὲ ἑρμηνεύεται πατὴρ ἐθνῶν· Ἰσαὰκ δὲ χαρὰ, γέλως. Οὐ μνημονεύει δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς τῶν νόθων παίδων τοῦ Ἀβραὰμ, οἷον τοῦ Ἰσμαὴλ καὶ τῶν λοιπῶν, διότι οἱ Ἰουδαῖοι οὐκ ἀπὸ τούτων κατήγοντο, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ Ἰσαάκ.

Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ.] Ὁρᾷς ὅτι διὰ τοῦτο ἐμνήσθη τοῦ Ἰούδα καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, διότι ἀπ' αὐτῶν ἦσαν αἱ δώδεκα φυλαί;

Gen. xxxviii. 27. V. 3 Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ, ἐκ τῆς Θάμαρ.] Τὴν Θάμαρ ὁ Ἰούδας νύμφην ἔσχεν ἐπὶ Ἤρ, ἑνὶ τῶν παίδων αὐτοῦ. Τούτου δὲ ἀποθανόντος ἄπαιδος, συνέζευξε ταύτην τῷ Αὐνᾷ, καὶ

Israel suscepit et militavit, sed is filius Nave dicebatur, non David, fuitque ante David multis seculis: nec fuit ex tribu Juda, de qua descendit David, sed ex alia.

Filii Abrahæ.] Quare ipsum David Abrahæ præposuit? Quia apud Judæos celebrior erat David, et posterior fuit Abrahamo, regnoque clarior. Nam inter reges hic primus Deo placuit, et promissionem accepit a Deo, quod ex semine suo surrecturus esset Christus: quapropter omnes Christum filium David dicebant; etenim servabat David verum typum Christi. Sicut enim ipse post Saul reprobatum a Deo et odibilem, regnavit: ita et Christus, postquam privatus est Adam regno et principatu, quod habebat in omnia animantia atque dæmonia, incarnatus venit, et regnavit super nos.

Abraham genuit Isaac.] Ab Abraham incipit genealogiam, eo quod ipse pater Hebræorum fuerit, et quod ipse primus acceperit promissiones: quoniam in semine ejus benedicendæ essent omnes gentes. Decenter autem ab hoc Christi generationem recenset. Christus enim est semen Abrahæ, in quo benedicti sumus omnes qui ex gentibus, quique prius eramus maledicti. Abraham autem significat, pater gentium: Isaac vero, risus, gaudium. Non meminit autem evangelista filiorum Abrahæ ex concubinis, utputa Ismaelis et aliorum, eo quod Judæi non ab illis descenderunt, sed ab Isaac.

Isaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Judam et fratres ejus.] Vides quod propter hoc mentionem fecerit Judæ et fratrum ejus, quod ab ipsis duodecim tribus descenderint?

Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar.] Thamarem Judas desponderat Her uni filiorum suorum: illo autem sine liberis mortuo, sociavit eam Annæ, qui

τούτῳ παιδὶ ὄντι αὐτοῦ· ἐκθερισθέντος δὲ καὶ τούτου τῆς 5
ζωῆς διὰ τὴν πονηρίαν αὐτοῦ, ὁ Ἰούδας οὐκ ἔτι αὐτὴν συνῆπτέ τινι· ἡ δὲ ἐπιθυμοῦσα ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ παιδοποιῆσαι, ἀπέθετο μὲν τὰ τῆς χηρείας· σχηματισαμένη δὲ ὡς πόρνη ἐμίγη τῷ πενθερῷ αὐτῆς, καὶ συνέλαβεν ἐξ αὐτοῦ δύο παῖδας διδύμους· ἐν τῷ τίκτειν δὲ τούτους, προέβαλε τὴν χεῖρα ὁ πρῶτος τῶν παίδων ἀπὸ τῆς μήτρας, ὡς δῆθεν πρῶτος τεχθησόμενος· καὶ ἡ μαῖα κοκκίνῳ σπαρτίῳ ἐσφράγισε συντόμως τὴν ἐξελθοῦσαν τοῦ παιδὸς χεῖρα, ὡς ἂν γνωρίζηται ὁ πρῶτος τεχθείς· ἀλλὰ συνέστειλε τὴν χεῖρα ὁ παῖς ἔσω τῆς μήτρας, καὶ ἐτέχθη πρότερον ὁ ἕτερος παῖς, εἶθ᾽ οὕτως ἐκεῖνος ὁ τὴν χεῖρα προβαλόμενος· ἐκλήθη οὖν ὁ μὲν πρότερον τεχθεὶς Φαρὲς, ὅ ἐστι διακοπή· διέκοψε γὰρ τὴν φυσικὴν τάξιν· ὁ δὲ συστείλας τὴν χεῖρα Ζαρά. Σημαίνει δὲ αὕτη ἡ ἱστορία μυστήριόν τι· ὥσπερ γὰρ ὁ Ζαρὰ ἔδειξε μὲν πρῶτον τὴν χεῖρα, συνεστάλη δὲ πάλιν, οὕτω καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πολιτεία ἐφάνη μὲν ἐν τοῖς πρὸ τοῦ νόμου καὶ τῆς περιτομῆς ἁγίοις· πάντες γὰρ οὗτοι οὐκ ἐκ τῶν τοῦ νόμου παρατηρημάτων καὶ ἐντολῶν ἐδικαιώθησαν, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν ζῆσαι. Καὶ σκόπει τὸν Ἀβραὰμ, τὸν ἀφέντα πατέρα καὶ οἰκίαν ἕνεκεν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπαρνησάμενον καὶ τὴν φύσιν· σκόπει τὸν Ἰὼβ, τὸν Μελχισεδέκ· τοῦ νόμου δὲ ἐλθόντος, συνεστάλη ἡ τοιαύτη πολιτεία. Ὥσπερ δὲ ἐκεῖ τοῦ Φαρὲς γεννηθέντος ὕστερον πάλιν ἐξῆλθεν ὁ Ζαρὰ, οὕτω τοῦ νόμου δοθέντος ὕστερον ἔλαμψεν ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία, ἡ τῷ κοκκίνῳ σπαρτίῳ, ἤτοι τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σφραγισθεῖσα· διὰ τοῦτο γάρ τοι καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐμνημόνευσε τῶν δύο τούτων παίδων, ὡς μυστηριώδη τινὰ δηλούσης τῆς γεννήσεως αὐτῶν. Καὶ ἄλλως δέ· μνημονεύει τῆς Θάμαρ, καί τοι οὐκ ἐπαινετῆς δοκούσης διὰ τὸ μιγῆναι τῷ πενθερῷ, ἵνα δείξῃ ὅτι ὁ Χριστὸς, πάντα δι᾽ ἡμᾶς καταδεξάμενος, κατεδέξατο καὶ τοιούτους ἔχειν προγόνους. Μαλλον ἵνα καὶ δι᾽ αὐτοῦ τούτου τοῦ ἀπ᾽ αὐτῶν γεννηθῆναι ἁγιάσῃ αὐτούς· οὐ γὰρ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς.

V. 3—5 Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ. Ἐσρὼμ

et ipse filius ejus: extincto autem et hoc propter malitiam suam, Judas nulli amplius eam copulavit. At ipsa desiderans ex semine Abrahæ prolem edere, depositis vestibus viduitatis, vestem sumpsit scorti, et quasi scortum esset rem habuit cum socero suo, concepitque ex eo duos pueros gemellos. Porro cum pareret, primus manum præmisit ex utero, quasi primum prodíturus, et obstetrix coccineo funiculo protinus extentam pueri manum signavit, quo dignosci posset ut primogenitus: sed puer manum statim contraxit intra uterum, et alius prior natus est, deinde ille qui manum præmiserat. Vocatus est igitur qui prior natus fuerat, Phares, quod est, Dissectio: dissecuit enim naturalem ordinem. Qui autem contraxit manum, Zara dictus est. Significat autem hæc historia sacramentum quoddam. Nam sicut Zara ostendit quidem primum manum, et retraxit: ita in sanctis qui erant ante legem et circuncisionem apparuit vita Christiana. Omnes enim non ex observationibus et mandatis legis justificati fuerunt, sed quia evangelicam vitam vixerunt. Et observa quomodo Abraham patrem et domum propter Deum reliquerit, et naturam abnegaverit. Considera Job et Melchisedech. Ubi autem lex venit, contracta est talis vita. Quemadmodum autem illic nato Phares, posterior iterum exiit Zara: ita lege data, iterum apparuit vita evangelica, quæ coccineo funiculo, nempe sanguine Christi, signata fuit. Propterea et evangelista Phares et Zaram commemorat, quia nativitas eorum sacramenta quædam declarabat. Et aliter dicere potes, mentionem facit Thamar, tametsi non laudanda videatur, eo quod dormiverit cum socero: ut ostendat, quod Christus cum susceperit omnia propter nos, et hoc suscepit, ut tales habeat progenitores: imo ut per hoc ipsum quod ex eis natus est, eos sanctificaret: non enim venit vocare justos, sed peccatores.

Phares autem genuit Esrom, Esrom autem genuit

δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ· Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ· Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασών· Ναασὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών· Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆς Ῥαχάβ.] *Ῥαχὰβ νομίζουσί τινες εἶναι τὴν Ῥαὰβ ἐκείνην τὴν πόρνην, ἥτις τοὺς κατασκόπους ἐδέξατο τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. Καὶ διέσωσεν αὐτοὺς, καὶ διεσώθη καὶ αὐτή· ἐμνήσθη δὲ ταύτης, ἵνα δηλώσῃ ὅτι ὥσπερ αὕτη πόρνη ἦν, οὕτω καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν συναγωγή· ἐξεπόρνευσαν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν, ἀλλὰ δεξάμενοι τοὺς τοῦ Ἰησοῦ κατασκόπους, ἤτοι τοὺς ἀποστόλους, καὶ πεισθέντες τοῖς λόγοις ἐκείνων, ἐσώθησαν πάντες οἱ ἐξ ἐθνῶν.*

V. 5 Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ.]
Ἡ Ῥοὺθ *αὕτη ἀλλόφυλος ἦν, ἀλλ' ὅμως συνεζύγη τῷ* Βοόζ·
οὕτω καὶ ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, ἀλλόφυλος οὖσα καὶ ἔξω τῶν
διαθηκῶν, ἐπελάθετο τοῦ λαοῦ αὐτῆς, καὶ τῶν εἰδωλικῶν σε- 6
βασμάτων, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτῆς τοῦ διαβόλου, καὶ ἐλήφθη
εἰς γάμον τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ.

V. 5, 6 Ὠβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί· Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαυὶδ τὸν βασιλέα· Δαυὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου.] Καὶ *πάλιν τῆς τοῦ Οὐρίου μνημονεύει, ἵνα ὑποδείξῃ ὅτι οὐ δεῖ ἐπαισχύνεσθαι τοὺς προπάτορας· ἀλλὰ μᾶλλον σπουδάζειν διὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς λαμπρύνειν κἀκείνους· καὶ ὅτι πάντες δεκτοί εἰσι τῷ Θεῷ, κἂν ἐκ πόρνης γεννηθῶσι, μόνον ἐὰν ἀρετὴν ἔχωσιν.*

V. 7—11 Σολομῶν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ· Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά· Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά· Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ· Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ. Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν. Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωάθαμ. Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ· Ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεχίαν· Ἐζεχίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆν· Μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών· Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσίαν· Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος.] *Μετοικεσίαν Βαβυλῶνος λέγει*

Aram, Aram autem genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naason, Naason autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz ex Rachab.] Rachab putant quidam Raab scortum, quæ exploratores Jesu Nave suscepit, servavitque eos, et servata est etiam ipsa. Mentionem autem fecit ejus, ut declaret quod sicut ipsa scortum fuit, ita et gentium congregatio. Fornicabantur enim in studiis suis, sed susceptis exploratoribus Jesu, apostolis inquam, ex gentibus omnes qui illorum crediderunt sermonibus, salvati sunt.

Booz autem genuit Obed ex Ruth.] Ruth hæc alienigena fuit, conjuncta est tamen Booz: ita et ecclesia ex gentibus alienigena existens et a testamentis extraria, oblita est populi sui, et cultus simulacrorum, et diaboli patris sui, cui juncta erat, et nupsit filio Dei.

Obed autem genuit Jesse, Jesse autem genuit David Regem, David autem Rex genuit Solomonem ex ea quæ fuit Uriæ.] Hic quoque ejus quæ fuit Uriæ, mentionem facit: ut doceat quod nemo debeat erubescere propter progenitores, sed dare magis operam virtute sua illos clariores efficere, et quod omnes accepti sint Deo, etiam e scorto nati, modo virtute sint præditi.

Solomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abia, Abia autem genuit Asa, Asa autem genuit Josaphat, Josaphat autem genuit Joram, Joram autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Joathan, Joathan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam, Ezechias autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Josiam, Josias autem genuit Jechoniam et fratres ejus in transmigratione Babylonis.] Migrationem in Babylonem

τὴν αἰχμαλωσίαν ἣν ὕστερον ὑπέστησαν, εἰς Βαβυλῶνα ἀπαχθέντες πάντες ὁμοῦ. Καὶ ἄλλοτε μὲν γὰρ ἐστράτευσαν οἱ Βαβυλώνιοι, ἀλλὰ μετριώτερον αὐτοὺς ἐκάκωσαν· τότε δὲ τελέως αὐτοὺς μετῴκισαν ἀπὸ τῆς πατρίδος.

V. 12—16 Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ· Σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ· Ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιούδ· Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ· Ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀζώρ· Ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Σαδώκ· Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ· Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιούδ· Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ· Ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν Ματθάν· Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός.] *Τίνος ἕνεκεν γενεαλογεῖ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ οὐ τὴν θεοτόκον; τίς γὰρ μετουσία τῷ Ἰωσὴφ πρὸς τὸν ἄσπορον ἐκεῖνον τόκον; μὴ γὰρ ἀληθῶς πατὴρ ἦν τοῦ Χριστοῦ ὁ Ἰωσὴφ, ἵνα ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ γενεαλογῇ τὸν Χριστόν. Ἄκουε τοίνυν, ὅτι ἀληθῶς οὐδεμίαν μετουσίαν ἔχει ὁ Ἰωσὴφ πρὸς τὴν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἔδει διὰ τοῦτο τὴν θεοτόκον γενεαλογηθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ νόμος ἦν μὴ γενεαλογεῖσθαι γυναῖκας, διὰ τοῦτο* Num. xxxvi. 8. *οὐκ ἐγενεαλόγησε τὴν παρθένον· πλὴν τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογήσας καὶ ταύτην ἐγενεαλόγησεν. Ἦν γὰρ νόμος μὴ ἀπὸ ἑτέρας φυλῆς λαμβάνειν γυναῖκας, μηδὲ ἀπὸ ἑτέρας πατριᾶς, ἤτοι συγγενείας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ φυλῆς καὶ πατριᾶς· ὥστε ἐπεὶ τοιοῦτος ἦν νόμος, πρόδηλον ὅτι καὶ ὁ Ἰωσὴφ γενεαλογούμενος συνεισάγει τὴν γενεαλογίαν τῆς θεοτόκου· πάντως γὰρ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς ἦν ἡ θεοτόκος καὶ τῆς αὐτῆς πατριᾶς· εἰ γὰρ μὴ ἦν, πῶς ἂν ἐμνηστεύθη αὐτῷ; Ὥστε ὁ εὐαγγελιστὴς ἐφύλαξε καὶ τὸν νόμον τὸν κελεύοντα μὴ γενεαλογεῖσθαι γυναῖκας, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐγενεαλόγησε τὴν θεοτόκον, τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογήσας· ἄν-* 7
δρα δὲ Μαρίας ὠνόμασεν αὐτὸν, κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν· καὶ γὰρ τὸν μνηστῆρα ἔχομεν ἔθος ἄνδρα λέγειν τῆς μνηστευθείσης, κἂν μήπω γάμος προέβῃ.

vocat captivitatem quam postea omnes tulere, abducti simul omnes in Babylonem. Etenim alias quoque belligerati sunt Babylonii, sed mediocriter eos afflixerunt: tunc autem penitus ipsos a patria sua migrare fecerunt.

At post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel, Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliachim, Eliachim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc, Sadoc autem genuit Achin, Achin autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Matthan, Matthan autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, ex qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.] Quare genealogiam Josephi narrat et non Deiparæ? quæ enim communio Josephi et partus sine semine nati? neque enim vere erat pater Christi Joseph, ut a Joseph Christi genealogia censeatur. Audi igitur, quod vere nullam communionem habet Joseph cum nativitate Christi, sed oportebat eam propter genealogiam matris Dei censeri. Verum quia lex erat mulierum genealogiam non ponere, propterea virginis genealogiam non posuit, sed posita genealogia Josephi, et hujus genealogiam posuit. Erat enim lex, non ducendam uxorem ex aliena tribu, neque ex aliena familia in cognatione, sed ex sua et tribu et cognatione: atque adeo quia talis erat lex, manifestum quod et Josephi genealogia posita, genealogiam colligat matris Dei. Nam ex eadem plane tribu et familia erat mater Dei. Nam si non fuisset, quomodo fuisset ei desponsata? Atque ita observavit evangelista legem præcipientem non ponendam mulierum genealogiam, et nihilominus posita Josephi genealogia, genealogiam Deiparæ posuit. Virum autem Mariæ nominavit eum, juxta communem consuetudinem. Etenim mos est sponsum adhuc procum agentem, virum dicere sponsæ, etiam si nondum habitæ sint nuptiæ.

V. 17 **Πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ Δαυὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες.]** Εἰς τρεῖς καταστάσεις διεῖλε τὰς γενεὰς, ἵνα δείξῃ τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι καὶ ὑπὸ κριτῶν ἀρχόμενοι ὡς οἱ ἄχρι τοῦ Δαυὶδ, καὶ ὑπὸ βασιλέων ὡς οἱ ἄχρι τῆς μετοικεσίας, καὶ ὑπὸ ἱερέων ὡς οἱ ἄχρι τοῦ Χριστοῦ, ὅμως οὐδὲν πρὸς ἀρετὴν ὠφελήθησαν· καὶ ὅτι ἐδέοντο τοῦ ἀληθινοῦ καὶ κριτοῦ καὶ βασιλέως καὶ ἱερέως, ὅς ἐστιν ὁ Χριστός· ἐπιλειψάντων γὰρ τῶν ἀρχόντων, ἦλθεν ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τοῦ Ἰακὼβ προφητείαν. Πῶς δέ εἰσιν ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ γενεαὶ δεκατέσσαρες, ὅπου δεκατρία πρόσωπα εὑρίσκονται; εἰ μὲν γὰρ ἐγενεαλογεῖτο γυνὴ, εἴχομεν ἂν συντάττειν καὶ τὴν Μαρίαν, καὶ συμποσοῦν τὸν ἀριθμόν· νῦν δὲ, οὐ γενεαλογεῖται γυνή· πῶς οὖν λύεται τοῦτο; Φασί τινες ὅτι καὶ τὴν μετοικεσίαν ὡς προσώπου τάξιν ἔχουσαν ἔθηκεν.

V. 18 **Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ.]** Τίνος ἕνεκεν συνεχώρησεν ὁ Θεὸς μνηστευθῆναι ταύτην, καὶ ὅλως δοῦναι ὑπόνοιαν τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι συνεγένετο αὐτῇ ὁ Ἰωσήφ; Ἵνα ἔχῃ τὸν κηδεμόνα ἐν ταῖς συμφοραῖς· οὗτος γὰρ καὶ ἐν τῇ εἰς Αἴγυπτον φυγῇ ἐπεμελήθη αὐτῆς, καὶ διέσωσεν αὐτήν. Ἅμα δὲ καὶ ἵνα λάθῃ τὸν διάβολον, διὰ τοῦτο ἐμνηστεύθη· ὁ γὰρ διάβολος ἀκούσας ὅτι ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, ἐπετήρει τὴν παρθένον· ἵνα τοίνυν ἀπατηθῇ ὁ ἀπατῶν, μνηστεύεται τὴν ἀειπάρθενον ὁ Ἰωσήφ· καὶ σχῆμα μόνον γίνεται συζυγίας, πρᾶγμα δὲ οὔ.

Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου.] Τὸ συνελθεῖν ἐνταῦθα τὴν μίξιν δηλοῖ· πρὶν γὰρ μιγῆναι συνέλαβεν· ὅθεν καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐκπλήττεται καὶ βοᾷ, εὑρέθη, ὡς περὶ παραδόξου τινὸς λέγων.

V. 19 **Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς δίκαιος ὢν, καὶ**

Omnes igitur generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim: et a David usque ad migrationem in Babylonem, generationes quatuordecim: et a migratione in Babylonem usque ad Christum generationes quatuordecim.] In tres ordines distribuit generationes, ut monstraret quod Judæi sive a judicibus gubernarentur, ut qui usque ad David vixerunt: sive a regibus, ut qui usque ad transmigrationem: sive a sacerdotibus, ut qui usque ad Christum: nihil tamen in virtutem profecerint, et quod opus habuerint vero judice et rege ac sacerdote, qui est Christus. Nam postquam defecerunt reges, venit Christus secundum prophetiam Jacob. Ubi autem sunt a demigratione Babylonica usque ad Christum generationes quatuordecim, cum tredecim tantum personæ reperiantur? Nam si in genealogia mulier recenseretur, possemus et Mariam connumerare, et complere numerum: nunc autem mulierem diximus ad genealogiam non pertinere: quomodo igitur solvitur hoc? Dicunt quidam quod et demigrationem posuerit ceu personæ ordinem occupantem.

Jesu vero Christi nativitas erat hæc. Nam ut desponsata est mater ejus Maria Josepho.] Quare Deus permisit ut ipsa desponsaretur, et omnino suspicionem daret hominibus quasi cognosceret eam Joseph? Ut haberet in adversis curatorem: nam hic in fuga in Ægyptum curam ejus habuit, et servavit eam. Est et alia causa, ut lateret Diabolum: propterea desponsata est. Diabolus enim cum audisset quod virgo in utero haberet, observabat virginem: ut igitur deceptor decipiatur, desponsat Joseph semper virginem Mariam: et figura quidem fit conjugii, non autem res ipsa.

Priusquam convenirent ipsi, inventa est in utero habens ex Spiritu sancto.] Convenire hic significat congressum. Priusquam enim congrederentur, concepit. Unde et evangelista obstupescit, et clamat, inventa est, quasi de re quadam admirabili dicens.

Joseph autem vir ejus, cum esset justus, et nollet eam

μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν.] Πῶς ἦν δίκαιος ὁ Ἰωσήφ, ὅπου τοῦ νόμου κελεύοντος τὴν μοιχαλίδα παραδειγματίζεσθαι, τουτέστι φανεροῦσθαι καὶ κολάζεσθαι, αὐτὸς ἔμελλε συσκιάσαι τὸ ἁμάρτημα καὶ παραβῆναι τὸν νόμον; Λύεται δὲ τοῦτο, πρῶτον μὲν ὅτι δι' αὐτὸ τοῦτο δίκαιος ἦν. Οὐ γὰρ ἐβούλετο ἀπηνὴς εἶναι, ἀλλ' ἐφιλανθρωπεύετο ἀπὸ πολλῆς χρηστότητος, ἀνώτερον τοῦ νόμου ἑαυτὸν δεικνύων, καὶ ἤδη ὑπὲρ τὰ νομικὰ ἐντάλματα ζῶν. Ἔπειτα, ὅτι καὶ αὐτὸς ἔγνω
ὡς ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου συνέλαβε, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ 8
ἠθέλησε τὴν ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ οὐκ ἀπὸ μοιχοῦ συλλαβοῦσαν παραδειγματίσαι καὶ κακῶσαι. Ὅρα γὰρ τί φησιν; εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα· τίνι εὑρέθη; τῷ Ἰωσήφ. Τουτέστι διεγνώσθη ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου συνέλαβεν· ὅθεν ἠβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν, ὡς οὐ τολμῶν ἔτι γυναῖκα ἔχειν, τὴν τοσούτου καταξιωθεῖσαν χαρίσματος.

V. 20 Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων.] Ὅτε ἠπόρει ὁ δίκαιος, τότε ὁ ἄγγελος ἐπέστη, διδάσκων αὐτὸν τί ποιήσοι. Κατ' ὄναρ δὲ φαίνεται αὐτῷ, διότι σφόδρα πιστὸς ἦν· τοῖς μὲν γὰρ ποιμέσι φανερῶς ὡμίλησεν ὁ ἄγγελος, ὡς ἀγροίκοις· τούτῳ δὲ, ὡς δικαίῳ καὶ πιστῷ, καθ' ὕπνου. Πῶς δὲ οὐκ ἔμελλε πιστεῦσαι, ὅταν ὁ ἄγγελος ἐδίδασκεν αὐτὸν περὶ ὧν αὐτὸς κατὰ διάνοιαν εἶχε, καὶ περὶ ὧν οὐκ ἐξεῖπέ τινι; Ἐνθυμηθέντος γὰρ αὐτοῦ ἀλλ' οὐκ ἐκλαλήσαντος, ἐφίσταται αὐτῷ ὁ ἄγγελος· εἰκότως οὖν ἐπίστευσεν ὅτι ἐκ Θεοῦ ἐστι· Θεοῦ γὰρ τὸ τὰ ἀπόῤῥητα εἰδέναι.

Ἰωσὴφ υἱὸς Δαυίδ.] Υἱὸν Δαυὶδ εἶπεν αὐτὸν, ἀναμιμνήσκων αὐτὸν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαυὶδ προεφητεύετο ὁ Χριστὸς ἔσεσθαι· καὶ τοιαῦτα λέγων, ὅτι, μὴ ἀπίστει, ἐνθυμηθεὶς τοῦ Δαυὶδ, ὃς ἐπαγγελίαν ἐδέξατο περὶ τοῦ Χριστοῦ.

Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν.] Δείκνυσιν ἐντεῦθεν, ὅτι ἐφοβεῖτο αὐτὴν ἔχειν, μή πως προσκρούσῃ τῷ Θεῷ, ὡς μοιχαλίδα ἔχων. Ἢ καὶ ἄλλως, μὴ φοβηθῇς, τουτέστι, σὺ μὲν φοβῇ προσάψασθαι αὐτῆς, ὡς ἐκ Πνεύματος

traducere, voluit clam dimittere eam.] Quomodo erat justus Joseph, cum lex præceperit adulteram traducere, hoc est, denunciare et punire, ipse autem adumbraturus peccatum, et prævaricaturus legem, eam dimittere voluerit? Solvitur autem hoc, primum quidem, quod propter hoc ipsum justus erat, nolebat enim crudelis esse, sed præ multa benignitate, misericordia eam prosequebatur, ostendens se superiorem lege, et jam super legalia mandata viventem. Deinde quia et ipse cognovit de Spiritu sancto eam concepisse, propterea noluit traducere et affligere eam, quæ de Spiritu sancto, non ex adultero, conceperat. Vide enim quid dicat; Inventa est in utero habens. A quo inventa est? a Joseph, hoc est, innotuit quod ex Spiritu sancto concepit. Unde clam voluit eam dimittere, quasi non auderet habere uxorem, quæ tantam habebat gratiam.

Hæc autem ipso cogitante, ecce angelus Domini in somno apparuit ei, dicens.] Cum angeretur justus, angelus ei astitit, docens eum quid faciendum esset. In somno autem apparet ei, quod in fide multum esset firmus. Nam angelus quidem pastoribus, ut agrestibus, manifeste loquutus est: huic autem ut justo et fideli, per somnum. Quomodo autem non crediturus esset, cum angelus doceret eum de iis quæ ipse animo versabat, et de iis quæ nulli dixerat? Nam cum ipse cogitaret, et non loqueretur, astitit angelus. Merito igitur credidit ex Deo esse. Dei enim est scire quæ non effamur.

Joseph fili David.] Filium David eum dixit, in memoriam reducens quod prædictum erat, futurum Christum ex semine David. Et hæc dicens, admonuit ut non discrederet, sed cogitaret David, qui promissionem acceperat de Christo.

Ne timeas accipere.] Ostendit hic quod metuerit habere eam, ne forte offenderet Deum, uti adulteram fovens, aut aliter. Ne timeas, hoc est, tu quidem times

ἁγίου συλλαβούσης· ἀλλὰ μὴ φοβοῦ παραλαβεῖν, τουτέστιν, ἔνδον κατέχειν· τῇ γὰρ διανοίᾳ καὶ τῇ ἐνθυμήσει ἤδη ἀπέλυσεν αὐτήν.

Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου.] Τοῦτο λέγει, ὅτι, σὺ μὲν ἴσως νομίζεις ὅτι μοιχαλίς ἐστιν. Ἐγὼ δὲ λέγω σοι ὅτι γυνή σου ἐστί. Τουτέστιν, οὐχ ὑπό τινος διεφθάρη, ἀλλὰ σή ἐστι μνηστή.

Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου.] Οὐ γὰρ μόνον ἀπήλλακται παρανόμου μίξεως, ἀλλὰ καὶ κατά τινα θειότερον τρόπον συνέλαβεν, ὥστε καὶ χαῖρε διὰ τοῦτο μᾶλλον.

V. 21 Τέξεται δὲ υἱόν.] Ἵνα μή τις εἴποι, καὶ πόθεν σοι πιστεύσω, ὅτι ἐκ Πνεύματός ἐστι; φησὶ περὶ τοῦ μέλλοντος, ὅτι τέξεται υἱόν· εἰ γὰρ περὶ τούτου ἀληθεύσω, εὔδηλον ὅτι καὶ τὸ, ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ἀληθές ἐστιν· οὐκ εἶπε δὲ, τέξεταί σοι, ἀλλ᾽ ἁπλῶς, τέξεται· οὐ γὰρ ἐκείνῳ ἔτικτεν, ἀλλὰ τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ· οὐδὲ εἰς ἐκεῖνον μόνον ἡ χάρις περιΐστατο, ἀλλ᾽ εἰς πάντας ἐξεχεῖτο.

Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἰησοῦν.] Σὺ καλέσεις, ὡς δῆθεν πατὴρ, καὶ ὡς κηδεμὼν τῆς παρθένου· μὴ γὰρ ὑπολάμβανε Ἰωσὴφ, ὅτι ἐπεὶ ἀπὸ Πνεύματός ἐστιν ἡ σύλληψις, ἀφήσεις τὴν Παρθένον ἀβοήθητον. Ἀλλ᾽ ὑπουργήσεις ἐν ἅπασιν.

Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.] Ἐνταῦθα ἑρμηνεύει, τὸ Ἰησοῦς τί δηλοῖ, ὅτι σωτήρ· αὐτὸς γάρ, φησι, σώσει τὸν λαὸν 9
αὐτοῦ. Οὐ μόνον τὸν Ἰουδαϊκὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐθνικὸν, τὸν σπουδάσαντα πιστεῦσαι καὶ γενέσθαι λαὸν αὐτοῦ. Πόθεν δὲ σώσει; ἆρα ἀπὸ πολέμων; οὐχὶ, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· ὅθεν δῆλον ὅτι Θεός ἐστιν ὁ τεχθησόμενος· Θεοῦ γὰρ μόνου τὸ συγχωρεῖν ἁμαρτίας.

V. 22 Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος.] Μὴ νομίσῃς ὅτι νεωστὶ ταῦτα ἔδοξε τῷ Θεῷ, ἀλλὰ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς. Οἶδας γὰρ, ὦ Ἰωσὴφ, τοὺς προφήτας, ὡς νομομαθής. Καὶ ἐνθυμήθητι τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου· οὐκ

adjungi illi, quia ex Spiritu sancto concepit, sed ne timeas accipere, hoc est, domi et intus tenere. Cogitatione enim et mente jam amandaverat eam.

Mariam uxorem tuam.] Hoc dicit; tu quidem fortasse putas adulteram esse: ego autem tibi dico, quod uxor tua sit: hoc est, quod a nullo vitiata, sed tua sit sponsa.

Quod enim in ea genitum, ex Spiritu sancto est.] Non enim solum libera est ab illicito coitu, sed et diviniore quodam modo concepit, et propterea rectius gaudere debes.

Pariet autem filium.] Ut ne quis dicat, et unde tibi credam quod ex Spiritu sancto est? dicit de futuro quod paritura sit filium. Nam si de hoc verum dixero, manifestum est quod et hoc, quod ex Spiritu sancto, verum est. Non dixit autem, pariet tibi, sed simpliciter, pariet. Non enim peperit illi, sed toti orbi: neque illi soli gratia facta est, sed in omnes effusa est.

Et vocabis nomen ejus, Jesum.] Tu vocabis, utpote pater, et curam gerens virginis, neque suspiceris Joseph quod quia a Spiritu est conceptio, virginem ideo dimittere debeas adjutorio destitutam, sed ministrabis ei in omnibus.

Is enim salvabit populum suum a peccatis suis.] Hoc loco interpretatur quid significet Jesus, nempe salvatorem. Ipse enim, inquit, salvabit populum suum: non solum Judaicum, sed et Gentilem, qui credere et fieri populus ejus non addubitaverit. Quomodo autem salvabit? num a bellis? minime, sed a peccatis suis: unde manifestum, Deum esse qui nascetur. Solius enim Dei est condonare peccata.

Hoc autem totum factum est, ut adimpleatur quod dictum est a Domino per prophetam, dicentem.] Ne putes, quod nuper hæc placere incœperint Deo, sed superioribus seculis, et ab initio. Scis enim, o Joseph, prophetas, utpote in lege doctus. Et animadverte quod

εἶπε τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἡσαΐου, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Κυρίου. Οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἐλάλησεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς διὰ στόματος τοῦ ἀνθρώπου· ὥστε ἀξιόπιστος ὁ χρησμός.

V. 23 Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει.] Φασὶν οἱ Ἑβραῖοι, ὅτι οὐ κεῖται ἐν τῷ προφήτῃ, παρθένος, ἀλλὰ, νεᾶνις· πρὸς οὓς λεκτέον ὅτι τὸ νεᾶνις καὶ τὸ παρθένος ταὐτόν ἐστι παρὰ τῇ γραφῇ· νεάνιδα γὰρ ὀνομάζει τὴν ἀδιάφθορον. Ἔπειτα, εἰ μὴ ἔτεκε παρθένος, πῶς ἔμελλεν εἶναι σημεῖον καὶ παράδοξον; Ἄκουε γὰρ τοῦ Ἡσαΐου, λέγοντος· διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· καὶ εὐθὺς ἐπάγοντος· ἰδοὺ ἡ παρθένος, καὶ τὰ ἑξῆς· ὥστε εἰ μὴ ἔμελλε παρθένος τεκεῖν, οὐκ ἂν σημεῖον ἦν. Παραχαράττουσιν οὖν οἱ Ἑβραῖοι ἐθελοκακοῦντες τὴν γραφήν. Καὶ ἀντὶ τοῦ παρθένος, νεᾶνις τιθέασιν· εἴτε δὲ νεᾶνις κεῖται, εἴτε παρθένος, πάντως παρθένον δεῖ νοηθῆναι τὴν μέλλουσαν τεκεῖν, ἵνα δὴ καὶ τεράστιον εἴη τοῦτο.

Καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.] Φασὶν οἱ Ἑβραῖοι· πῶς οὖν οὐκ ἐκλήθη Ἐμμανουὴλ, ἀλλὰ Ἰησοῦς Χριστός; ῥητέον οὖν ὅτι οὐκ εἶπε καλέσεις, ἀλλὰ καλέσουσι, τουτέστιν, αὐτὰ τὰ πράγματα δείξουσιν αὐτὸν Θεὸν ὄντα, καὶ μεθ' ἡμῶν ἀναστρεφόμενον. Ἡ γὰρ θεία γραφὴ ἀπὸ τῶν ἔργων τίθησι τὰ ὀνόματα, ὡς τὸ, κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ταχέως σκύλευσον· καίτοι ποῦ ἐκλήθη τὶς τοιούτῳ ὀνόματι; Ἀλλ' ἐπειδὴ ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸν Κύριον ἐσκυλεύθη καὶ ᾐχμαλωτίσθη ἡ πλάνη, οὕτω λέγεται ὀνομασθῆναι ἀπὸ τοῦ πράγματος τὴν κλῆσιν εὑράμενος. (Esai. viii. 3.)

V. 24 Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου.] Ὅρα ψυχὴν διεγηγερμένην, πῶς ἐπείσθη ταχέως.

Καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.] Συνεχῶς δὲ ὀνομάζει αὐτὴν γυναῖκα τοῦ Ἰωσὴφ, ἐκβάλλων τὴν πονηρὰν ὑπόνοιαν, καὶ διδάσκων ὅτι οὐκ ἄλλου τινὸς ἐγένετο γυνὴ, ἀλλ' αὐτοῦ ἦν.

V. 25 Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκεν.]

dictum est a Domino. Non autem dixit, dictum ab Esaia, sed a Domino. Non enim homo loquutus est, sed Deus per os hominis: unde fide dignum oraculum est.

Ecce virgo in utero habebit.] Dicunt Hebræi, quod non exstet in propheta, virgo, sed adolescentula. Ad quod dicendum quod in scriptura idem sit adolescentula et virgo. Adolescentulam enim nominat incorruptam, deinde, nisi peperisset virgo, quomodo futurum erat signum et admirabile? Audi enim Esaiam dicentem: Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Et statim addit, Ecce virgo, &c. Alioqui si non pareret virgo, signum non esset. Depravant igitur Hebræi sua malitia scripturam, et pro virgine, adolescentulam ponunt. Igitur sive adolescentula vocetur, sive virgo, omnino virginem intelligere oportet eam quæ paritura erat, ut et hoc sit miraculum.

Et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur, Nobiscum Deus.] Dicunt Hebræi, Quomodo igitur non vocatus est Emmanuel, sed Jesus Christus? Dicendum itaque quod non dixit vocabis, sed vocabunt, id est, opera ejus demonstrabunt eum Deum esse, et nobiscum conversari. Divina enim scriptura ex operibus imponit nomina, sicut cum dicit: Voca nomen ejus, Velociter prædare. Et ubi vocatus est quis tali nomine? Quia simul ut natus est Dominus, direptus et captivus adductus est error, sic dicitur nominatus esse appellationem ab opere nactus.

Excitatus autem Joseph a somno, fecit ut injunxerat ei angelus Domini.] Vide animum alacrem, quomodo statim obedierit.

Et accepit uxorem suam.] Continuo eam nominat uxorem Josephi, ejiciens malam suspicionem, et docens quod non alterius, sed illius fuerit uxor.

Et non cognovit eam, donec peperisset.] Hoc est, non

Τουτέστιν, οὐκ ἐμίγη αὐτῇ οὐδέποτε· τὸ γὰρ ἕως ἐνταῦθα οὐ τοῦτο ἐμφαίνει, ὅτι ἄχρι μὲν τοῦ τόκου οὐκ ἔγνω, μετὰ δὲ ταῦτα ἔγνω· ἀλλὰ καθάπαξ οὐδέποτε αὐτὴν ἔγνω. Ἰδίωμα δὲ ἔχει τοιοῦτον ἡ γραφή. Ὡς τὸ, οὐκ ἐπέστρεψεν Gen. viii. 7. ὁ κόραξ εἰς τὴν κιβωτὸν, ἕως οὗ ἐξηράνθη ἡ γῆ· οὔτε γὰρ μετὰ ταῦτα ὑπέστρεψε· καὶ πάλιν, Μεθ' ὑμῶν Matth. xxviii. 20. εἰμι ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Μετὰ δὲ τὴν συντέλειαν ἆρα οὐκ ἔσται; καὶ πῶς; τότε γὰρ μᾶλλον· οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα τὸ, ἕως οὗ ἔτεκε, νοήσεις, ἀντὶ τοῦ, οὔτε πρὸ τοῦ τόκου, οὔτε μετὰ τὸν τόκον ἔγνω αὐτήν· πῶς γὰρ ἂν ἥψατο τῆς ἁγίας ἐκείνης, μεθ' ὃ μάλιστα ἔγνω τὸν ἄφραστον ἐκεῖνον τόκον;

Τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον.] Οὐχ ὡς δευτέρου τινὸς τεχθέντος λέγει τοῦτον πρωτότοκον, ἀλλ' ἁπλῶς, ὡς πρῶτον τεχθέντα καὶ μόνον. Ὁ γὰρ Χριστὸς καὶ πρωτότοκός ἐστιν, ὡς πρῶτος τεχθεὶς, καὶ μονογενὴς, ὡς μὴ ἔχων δεύτερον ἀδελφόν.

Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἰησοῦν.] Δείκνυσι κἀνταῦθα τὴν εὐπείθειαν τοῦ Ἰωσὴφ, ὅτι ὅσα εἶπεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος, ἐποίησεν.

ΚΕΦ. β'.

ΤΟΥ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.] Βηθλεὲμ ἑρμηνεύεται, οἶκος ἄρτου. Ἰουδαία δὲ, ἐξομολόγησις. Γένοιτο γοῦν καὶ ἡμᾶς νῦν διὰ τῆς ἐξομολογήσεως γενέσθαι οἶκον ἄρτου τοῦ πνευματικοῦ.

Ἐν ἡμέραις Ἡρώδου.] Μέμνηται τοῦ Ἡρώδου, ἵνα σὺ μάθῃς ὅτι ἐξέλιπον οἱ ἀπὸ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἄρχοντες καὶ βασιλεῖς, καὶ ἀναγκαίως ἦλθεν ὁ Χριστός. Ὁ γὰρ Ἡρώδης οὐκ ἦν Ἰουδαῖος, ἀλλ' Ἰδουμαῖος, Ἀντιπάτρου υἱὸς, ἐκ γυναικὸς Ἀραβίσσης. Ἐκλιπόντων δὲ τῶν ἀρχόντων, Gen. xlix. 10. ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν ἦλθεν, ὡς Ἰακὼβ προεφήτευσεν.

Τοῦ βασιλέως.] Ἦν γὰρ καὶ ἕτερος Ἡρώδης, ὁ τετράρχης· διὰ τοῦτο τίθησι τὸ ἀξίωμα τοῦ βασιλέως.

habuit unquam rem cum ea. Hoc enim loco vox, donec, non hoc manifestat, quod non cognoverit eam usque ad partum, postea autem cognoverit, sed omnino nunquam eam cognoverit. Hunc enim habet scriptura idiotismum. Sic cum dicit, Non reversus est corvus in arcam, donec aresceret terra, neque enim postea rediit. Sic et alio loco: Vobiscum sum usque ad consummationem seculi: igitur post consummationem non erit vobiscum? Et quomodo? Tunc enim multo magis erit. Sic igitur et hoc loco, Donec peperisset, intelligas, hoc est, neque ante partum, neque post partum cognovit eam. Quomodo enim attigisset sanctam illam, postquam ineffabilem partum cognovisset?

Filium suum primogenitum.] Non quod alio quodam nato dicat eum primogenitum, sed simpliciter ut primum et solum natum. Christus enim et primogenitus est, ut primo natus: et unigenitus, ut non habens alium fratrem.

Et vocavit nomen ejus, Jesum.] Ostendit hoc loco obedientiam Joseph, quia quæcunque dixerat ei Angelus, fecit.

CAPUT II.

Q*UUM autem natus esset Jesus in Bethlehem Judæ.*] Bethlehem significat, Domus panis; Judæa autem, Confessio. Fiat igitur, ut nos nunc per confessionem fiamus domus panis spiritualis.

In diebus Herodis.] Meminit Herodis, ut tu discas quod defecerunt a tribu Juda reges et principes, et necessario venit Christus. Herodes enim non erat Judæus, sed Idumæus, Antipatri filius ex uxore Arabe. Cum autem defecissent principes, expectatio gentium venit, sicut Jacob prædixit.

Regis.] Erat enim et alius Herodes Tetrarcha: et propterea ponit dignitatem regis.

Ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα.] Τίνος ἕνεκεν οἱ μάγοι ἔρχονται; πρὸς κατάκρισιν τῶν Ἰουδαίων. Εἰ γὰρ οἱ μάγοι ἄνθρωποι εἰδωλολάτραι ἐπίστευσαν, ποία ἀπολογία λοιπὸν τοῖς Ἰουδαίοις; ἅμα δὲ καὶ ἵνα ἡ δόξα τοῦ Χριστοῦ πλέον ἐκλάμψῃ, μαρτυρούντων τῶν μάγων, τῶν μάλιστα τοῖς δαίμοσιν ὑποκειμένων, καὶ ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ.

Ἀπὸ ἀνατολῶν.] Καὶ τοῦτο πρὸς κατάκρισιν τῶν Ἑβραίων. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τοσούτου διαστήματος ἦλθον, οἱ δὲ Ἑβραῖοι αὐτοῦ ἔχοντες τὸν Χριστὸν, ἐδίωκον.

V. 2 Λέγοντες, ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;] Λέγουσι τούτους τοὺς μάγους τοῦ Βαλαὰμ ἀπογόνους εἶναι τοῦ μάντεως· εὑρόντας δὲ τὸν ἐκείνου χρησμὸν, τὸ, ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, νοῆσαι τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον, καὶ διὰ τοῦτο ἐλθεῖν, θέλοντας ἰδεῖν τὸ τεχθέν. Num. xxiv. 17.

Εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ.] Ὅταν ἀκούσῃς ἀστέρα, μὴ νομίσῃς τοιοῦτον εἶναι ἐκεῖνον, οἵους ὁρῶμεν, ἀλλὰ θείαν δύναμιν καὶ ἀγγελικὴν, εἰς τύπον ἀστέρος φαινομένην. Ἐπεὶ γὰρ οἱ μάγοι 11
ἀστρολόγοι ἦσαν, διὰ τοῦ συνήθους αὐτοῖς προσηγάγετο αὐτοὺς ὁ Κύριος, ὥσπερ καὶ τὸν Πέτρον, ἁλιέα ὄντα, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων ὧν ἐσαγήνευσεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, ἐξέπληξεν. Ὅτι δὲ ἀγγελικὴ δύναμις ἦν ὁ ἀστὴρ, δῆλον ἀπὸ τοῦ καὶ ἐν ἡμέρᾳ ὑπερλάμπειν, καὶ ἀπὸ τοῦ κινεῖσθαι μὲν κινουμένων τῶν μάγων, ἵστασθαι δὲ ἀναπαυομένων· ἀλλὰ καὶ [1] ἀπὸ τοῦ βορείου μέρους, ὅ ἐστι τῆς Περσίδος, εἰς τὸ νότιον ἐκινεῖτο, ὅ ἐστι τῆς Ἱερουσαλήμ. Οὐδέποτε δὲ ἀστὴρ ἀπὸ τοῦ βορείου ἐπὶ τὸ νότιον κινεῖται.

Καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ.] Φαίνονται οὗτοι οἱ μάγοι μεγάλης ἀρετῆς ὄντες. Εἰ γὰρ ἐν τῇ ξένῃ χώρᾳ προσκυνεῖν ἤθελον, πῶς οὐκ ἂν ἐν τῇ Περσίδι ἐπαῤῥησιάσαντο καὶ ἐκήρυξαν;

1 ἀπὸ τοῦ βορείου μέρους.] Immo Persis est ab Oriente Hierosolymorum. Sequitur noster Chrysostomum suum, qui cum Antio-

Ecce magi ab oriente venerunt Hierosolyma.] Quare magi veniunt? In condemnationem Judæorum. Nam si magi, homines cultui idolorum dediti, crediderunt, quam postea defensionem prætexent Judæi? Et alia causa est, ut gloria Christi magis effulgeret, testimonium perhibentibus magis, qui maxime adversarii erant Deo, et obnoxii dæmonibus.

Ab oriente.] Et hoc ad condemnationem Hebræorum pertinet. Illi enim per tantum spatium venerunt: Hebræi vero Christum, quem apud se habebant, persecuti sunt.

Dicentes, Ubi est, qui natus est Rex Judæorum?] Ferunt illos magos fuisse ex Balaam vate progenitos. Nam ut invenerunt oraculum illius, Orietur stella ex Jacob, intellexerunt mysterium Christi, et idcirco infantem adire voluerunt.

Vidimus enim stellam ejus in oriente.] Quando audis stellam, ne talem putes illam, quales videmus, sed divinam virtutem et angelicam in figura sideris apparentem. Nam quoniam astrologi magi erant, propterea Dominus familiari ipsis signo eos adduxit, sicut et Petrum piscatorem a multitudine piscium, quos in nomine Christi cœperat, stupescere fecit. Quod autem angelica virtus fuerit stella, manifestum ex eo, quod et in die refulserit, et ad motum magorum se moverit, et ad quietem eorum quieverit. Quin et a septentrionali parte, quæ est Persidis, ad meridiem, in qua est Hierusalem, movebatur. Nunquam autem stella a septentrione ad meridiem vertitur.

Et venimus, ut adoremus eum.] Videntur hi magi magna virtute præditi. Nam si in aliena regione adorare voluerunt, quomodo non in Perside ipsa magna cum libertate prædicaverunt?

chensis esset, fortasse in hunc errorem non incidisset, nisi miraculo indagando nimis operam daret.

V. 3 *Ἀκούσας δὲ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.*] Ὁ μὲν Ἡρώδης ἐταράχθη, ὡς ἀλλόφυλος περὶ τῆς βασιλείας δεδοικώς· ἐγίνωσκε γὰρ ὅτι ἀνάξιος ἦν ταύτης· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι τίνος ἕνεκεν ταράττονται; ἔδει γὰρ αὐτοὺς μᾶλλον χαίρειν, ὅτι βασιλεὺς αὐτοῖς ἔσται, ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων προσκυνούμενος. Ἀλλ' ὄντως ἀνόητον χρῆμα ἡ πονηρία.

V. 4 *Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται.*] Γραμματεῖς ἦσαν οἱ διδάσκαλοι τοῦ λαοῦ, ὥσπερ οὓς ἡμεῖς λέγομεν γραμματικούς. Οἰκονομεῖ δὲ ὁ Θεὸς ἐρωτηθῆναι τούτους, ἵνα ὁμολογήσωσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐκ τούτου ὦσι κατακεκριμένοι, αὐτοὶ τοῦτον σταυρώσαντες ὃν ὡμολόγησαν πρότερον.

V. 5 *Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου.*]
Michææ v. 2. Προφήτου ποίου; τοῦ Μιχαίου. Ἐκεῖνος γάρ φησιν,

V. 6 *Καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα.*] Μικρᾶς γὰρ οὔσης ταύτης κατεφρόνουν· νῦν δὲ διὰ τὸν ἐκ ταύτης προελθόντα Χριστὸν, περιβόητός ἐστι. Πάντες γὰρ ἐκ περάτων τῆς γῆς ἔρχονται, προσκυνήσοντες ταύτην τὴν ἁγίαν Βηθλεέμ.

Ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος.] Καλῶς εἶπε τὸ ἐξελεύσεται, καὶ οὐχὶ, ἐν σοὶ μενεῖ. Οὐ γὰρ ἔμεινεν ὁ Χριστὸς ἐν τῇ Βηθλεὲμ, ἀλλ' ἐκ ταύτης μὲν ἐξῆλθε μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἐν δὲ τῇ Ναζαρὲτ τὰ πλεῖστα διέτριβε. Λέγουσι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ὅτι περὶ τοῦ Ζοροβάβελ τοῦτο προεφητεύθη. Ψεύδονται δὲ προφανῶς. Καὶ γὰρ Ζοροβάβελ οὐκ ἐν τῇ Βηθλεὲμ ἐγεννήθη, ἀλλ' ἐν τῇ Βαβυλῶνι. Ἴδε γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ· Ζορὸ, δηλοῖ τὴν σπορὰν καὶ τὴν γέννησιν· Βαβὲλ δὲ, τὴν Βαβυλῶνα, τουτέστιν, ὁ ἐν Βαβυλῶνι σπαρεὶς ἢ γεννηθείς. Ἀλλὰ καὶ ἡ προφητεία φανερῶς ἐλέγχει αὐτοὺς, λέγουσα· αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς, ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. Τίνος δὲ ἄλλου αἱ ἔξοδοί εἰσι καὶ ἀπ'

Herodes autem rex ut audivit, turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo.] Herodes quidem turbatus est, ut alienigena, regno suo timens; sciebat enim quod illo indignus esset. Judæi autem quare turbantur? oportebat enim gaudere potius, quod regem ipsi habituri essent, qui a Persicis regibus adoraretur. Sed revera insipiens res est malitia.

Et congregatis omnibus pontificibus et scribis populi, interrogavit eos, ubi nascatur Christus.] Scribæ erant doctores populi, quales sunt quos nos dicimus grammaticos. Singulari autem Dei dispensatione interrogantur illi, ut confiteantur veritatem, et ex hoc condemnentur, quod illum crucifixerunt, quem prius confessi sunt.

At illi dixerunt ei, In Bethlehem Judææ. Sic enim scriptum est per Prophetam.] Per quem Prophetam? Per Michæam: ille enim dicit,

Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda.] Contempta enim erat utpote parva: nunc autem quia ex ea prodiit Christus, celebris est. Omnes enim ex finibus terræ veniunt, et sanctam hanc adorant Bethlehem.

Ex te enim egressurus est dux.] Recte egressurus est, inquit, et non, in te manebit. Non enim mansit Christus in Bethlehem, sed ex ea postquam natus est exiit, et in Nazareth frequenter conversatus est. Dicunt autem Judæi quod hoc prædictum sit de Zorobabel; sed mentiuntur manifeste. Etenim Zorobabel non in Bethlehem natus est, sed in Babylone. Vide enim nomen ejus, Zoro significat semen et nativitatem: Babel autem Babylona, hoc est, qui natus vel genitus est in Babylone. Sed et prophetia manifeste arguit eos, dicens: Egressus ejus a principio, a diebus æternitatis. Cujus autem alterius egressus sunt ab

ἀρχῆς, καὶ ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, ἢ τοῦ Χριστοῦ, ὃς δύο ἐξό- 12
δους ἔσχεν ἤτοι γεννήσεις; ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη γέννησις ἀπ' ἀρχῆς ἐκ τοῦ πατρὸς, ἡ δὲ δευτέρα ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, ἀπὸ τῆς θεοτόκου ἀρξαμένη, καὶ ὑπὸ χρόνον οὖσα. Εἰπάτωσαν ουν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν ὁ Ζοροβάβελ ἀπ' ἀρχῆς ἐγένετο; ἀλλ' οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν.

Ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.] Ποιμανεῖ εἶπεν, ἀλλ' οὐ τυραννήσει, ἢ καταφάγεται. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι βασιλεῖς οὐ ποιμένες, ἀλλὰ λύκοι· ὁ δὲ Χριστὸς ποιμὴν, ὡς καὶ αὐτὸς λέγει· ἐγὼ
Ioann. x. 11. εἰμὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Λαὸν δὲ Ἰσραὴλ λέγει καὶ τοὺς ἐξ Ἑβραίων πιστεύσαντας, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται, ὁρῶν Θεὸν, ὥστε πάντες οἱ Θεὸν ὁρῶντες, Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἂν ἐξ ἐθνῶν ὦσιν.

V. 7 Τότε ὁ Ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους.] Λάθρα τούτους ἐκάλεσε διὰ τοὺς Ἰουδαίους. Ὑπώπτευε γὰρ ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι ἴσως περὶ πολλοῦ ποιήσονται τὸ παιδίον, καὶ φροντίσουσι τοῦ σῶσαι αὐτὸ, ὡς μέλλον ἐλευθερῶσαι αὐτούς. Διὰ τοῦτο οὖν λάθρα ἐπιβουλεύει.

Ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος.] Τουτέστιν, ἀκριβῶς ἀνέμαθεν. Ὁ γὰρ ἀστὴρ, πρὸ τοῦ γεννηθῆναι τὸν Κύριον, ἐφάνη τοῖς μάγοις· ἐπεὶ γὰρ ἔμελλον πολὺν ἀναλίσκειν χρόνον κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, διὰ τοῦτο πρὸ πολλοῦ ἐφάνη ὁ ἀστὴρ, ὡς ἂν προσκυνήσωσιν αὐτὸν ἔτι ἐν τοῖς σπαργάνοις ὄντα. Τινὲς δὲ λέγουσιν, ὅτι ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸν Χριστὸν ἐφάνη ὁ ἀστὴρ, καὶ οἱ μάγοι διὰ δύο ἐτῶν ἦλθον, καὶ οὐκ ἐν σπαργάνοις εὗρον τὸν Κύριον, οὐδὲ ἐν τῇ φάτνῃ, ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ μετὰ τῆς μητρὸς, διετῆ ὄντα. Ἀλλὰ σὺ τὸ προῤῥηθὲν ἔχε κρεῖττον.

V. 8 Καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεὲμ, εἶπε, Πορευθέντες ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου.] Οὐκ εἶπε περὶ τοῦ βασιλέως, ἀλλὰ περὶ τοῦ παιδίου· οὐδὲ γὰρ τὸ ὄνομα ἀνέχεται· ὅθεν δεικνύει ὅτι μαίνεται κατ' αὐτοῦ.

initio, et a diebus æternitatis quam Christi, qui duos egressus habuit, hoc est nativitates? Nam prima ejus nativitas, ab initio fuit a patre, secunda autem fuit a diebus seculi, principium sumens a matre Dei, quæ in tempore fuit. Dicant igitur Judæi, num Zorobabel ab initio fuerit? sed hoc non possunt dicere.

Qui pascet populum meum Israel.] Pascet dixit, non tyrannidem exercebit, vel devorabit. Alii enim reges non pastores sed lupi sunt: Christus autem pastor, sicut ipse dicit: Ego sum pastor bonus. Populum Israel dicit, tam eos qui ex Judæis, quam qui ex Gentibus crediderunt; Israel enim interpretatur, videns Deum. Unde omnes Deum videntes Israelitæ sunt, etiamsi ex Gentibus nati sint.

Tunc Herodes clam vocatis magis.] Clanculo illos vocavit, propter Judæos. Suspicabatur enim quod Judæi fortassis puerum facturi essent magni, et curaturi, ut servarent eum, utpote liberatorem suum: et propterea clam insidiatur.

Diligenter quæsivit ab eis tempus stellæ quæ apparuit.] Hoc est, accurate didicit. Stella enim antequam natus esset Dominus, apparuerat magis, quoniam multum temporis in iter insumpturi erant; ideo multo ante apparuit stella, ut adorarent eum adhuc in fasciis jacentem. Aliqui autem dicunt, quod simul nascente Christo apparuit stella, et magi per biennium venerunt, et non in fasciolis invenerunt puerum, neque in præsepio, sed in domo cum matre bimum. Sed tu priorem sententiam ut meliorem habe.

Et missis eis in Bethlehem, dixit, Ite et diligenter inquirite de puero hoc.] Non dixit de rege, sed de puero: neque enim nomen ferre poterat: demonstrans quantum contra illum insaniret.

V. 8, 9 Ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως ἐπορεύθησαν.] Ἄδολοι γὰρ ὄντες αὐτοὶ, ἐνόμιζον κἀκεῖνον ἀδόλως λέγειν.

Καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτούς.] Ἀπεκρύβη πρὸς μικρὸν ὁ ἀστὴρ οἰκονομικῶς, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτοὶ τοὺς Ἰουδαίους, καὶ ταραχθῇ ὁ Ἡρώδης, καὶ οὕτω περιφανεστέρα γένηται ἡ ἀλήθεια. Ἐξελθοῦσι δὲ αὐτοῖς ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ πάλιν ἐφάνη, χειραγωγῶν αὐτούς. Ὅθεν δῆλον ὅτι θεία δύναμις ἦν ὁ ἀστήρ.

Ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον.] Καὶ τοῦτο ξένον. Κατέβη γὰρ ὁ ἀστὴρ ἀπὸ τοῦ ὕψους, καὶ προσγειότερος γενόμενος ἔδειξεν αὐτοῖς τὸν τόπον. Εἰ γὰρ ἐξ ὕψους αὐτοῖς ἐφαίνετο, πῶς ἂν ἔμελλον ἰδικῶς γνωρίσαι τὸν τόπον ἔνθα ἦν ὁ Χριστός; οἱ γὰρ ἀστέρες πολὺν τόπον περιλαμβάνουσιν. Ὅθεν καὶ σὺ ἐπάνω τῆς σῆς 13
οἰκίας βλέπεις τὴν σελήνην τυχὸν, κἀγὼ δοκῶ ταύτην ἀνωτέρω εἶναι τῆς ἐμῆς οἰκίας μόνης. Καὶ πάντες ἁπλῶς δοκοῦσιν ἕκαστος ἐπάνω αὐτοῦ μόνου ἵστασθαι τὴν σελήνην ἢ ἄλλον ἀστέρα. Κἀκεῖνος οὖν ὁ ἀστὴρ οὐκ ἂν ἔδειξε τὸν Χριστὸν, εἰ μὴ συγκατέβη, καὶ μονονουχὶ ἐπάνω τῆς κεφαλῆς τοῦ παιδίου ἔστη.

V. 10 Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα.] Ὡς οὐ πλανηθέντες, ἀλλ᾽ εὑρόντες τὸ ζητούμενον, ἐχάρησαν.

V. 11 Καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ.] Ἅμα μὲν τῷ γεννηθῆναι ἐν τῇ φάτνῃ κατέκλινεν ἡ παρθένος τὸ παιδίον, οὐ γὰρ εὕρισκον τότε οἰκίαν· μετὰ ταῦτα δὲ εἰκός ἐστιν εὑρεῖν οἰκίαν, ἔνθα καὶ οἱ μάγοι εὗρον αὐτούς. Ἀνέβησαν μὲν γὰρ εἰς Βηθλεὲμ, ἵνα ἀπογραφῶσιν ἐκεῖ, καθὰ καὶ Λουκᾶς λέγει. Πολλοῦ δὲ πλήθους συντρέχοντος διὰ τὴν ἀπογραφὴν, οὐκ ἔσχον πρὸς καιρὸν οἰκίαν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ σπηλαίῳ ἐτέχθη· εἶτα εὑρέθη ἡ οἰκία, ἔνθα ὡράθη τοῖς μάγοις ὁ Κύριος.

Ubi vero repereritis, renunciate mihi, ut et ego veniam, et adorem illum. At illi audito rege, profecti sunt.] Ipsi quum dolo carerent, putabant et illum absque dolo loqui.

Et ecce stella, quam viderant in Oriente, præcessit eos.] Occulta erat ad parvum tempus stella singulari dispensatione, ut Judæos interrogarent, et turbaretur Herodes, atque ita manifestior fieret veritas. Ut autem ipsi egressi sunt ab Hierusalem, iterum apparuit, ducens eos. Unde manifestum, quod stella erat virtus divina.

Donec progressa staret supra ubi erat puer.] Et hoc rarum. Descendit enim stella superne, et terræ propior facta, ostendit eis locum. Nam si ex summitate apparuisset, quomodo certiores fieri potuissent, de loco in quo esset Christus? Stellæ enim multum locum comprehendunt. Unde tu supra domum tuam vides lunam forte, et ego eamdem video nonnisi supra domum meam: et unicuique videtur stare non nisi supra domum suam lunam vel aliam stellam. Unde et illa stella non demonstrasset Christum, nisi descendisset, et tantum non supra caput pueri stetisset.

Visa autem stella gavisi sunt gaudio magno valde.] Quod non aberrassent, sed invenissent quod quærebant, gavisi sunt.

Et ingressi domum, viderunt puerum cum Maria matre ejus.] Mox quidem ut natus fuit, reclinavit virgo puerum in præsepium, non enim tunc invenerant domum. Verisimile autem est postea eos invenisse domum, ubi et magi invenerunt eos. Ascenderant enim in Bethlehem, ut recenserentur illic, sicut et Lucas dicit. Multa autem concurrente multitudine ut censeretur, non habebant ad tempus domum, sed in spelunca natus est: deinde inventa domo, visus ibi est a magis Dominus.

Καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ.] Ἴδε ψυχῆς ἔλλαμψιν. Πένητα ἔβλεπον, καὶ προσεκύνουν. Ἐπληροφορήθησαν γὰρ ὅτι Θεός ἐστι, διὸ καὶ προσάγουσιν αὐτῷ δῶρα, ὡς Θεῷ καὶ ὡς ἀνθρώπῳ. Ἄκουε γάρ.

Καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν.] Τὸν μὲν χρυσὸν προσήγαγον αὐτῷ, ὡς βασιλεῖ, τῷ γὰρ βασιλεῖ χρυσὸν τελουμεν οἱ ὑπὸ χεῖρα· τὸν δὲ λίβανον, ὡς Θεῷ, τῷ γὰρ Θεῷ λίβανον θυμιῶμεν· τὴν δὲ σμύρναν, ὡς μέλλοντι γεύσασθαι θανάτου· μετὰ γὰρ τῆς σμύρνης ἐνταφιάζουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ μένειν τὸ σῶμα ἄσηπτον. Ἡ γὰρ σμύρνα, ξηρὰ οὖσα, ξηραίνει τὴν ὑγρότητα, καὶ οὐκ ἐᾷ σκώληκας γεννᾶσθαι. Ὁρᾷς τῶν μάγων τὴν πίστιν; ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τῆς προφητείας τοῦ Βαλαὰμ ἐδιδάχθησαν τὸν Κύριον καὶ Θεὸν εἶναι καὶ βασιλέα, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν
Num. xxiv. 9. τεθνηξόμενον. Ἄκουσον δὲ τῆς προφητείας· κατακλιθεὶς, φησὶν, ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος. Ἰδοὺ τὸ βασιλικὸν διὰ τοῦ λέοντος, διὰ δὲ τοῦ, κατακλιθεὶς, ἡ νέκρωσις. Οἱ εὐλογοῦντές σε, εὐλόγηνται· ἰδοὺ ἡ θεότης. Τὴν γὰρ τῆς εὐλογίας δύναμιν μόνη ἡ θεία φύσις ἔχει.

V. 12 **Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.]** Ἴδε ἀκολουθίαν, πρῶτον δι' ἀστέρος ἐχειραγώγησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς τὴν πίστιν· εἶτα ἐλθόντας εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐδίδαξεν αὐτοὺς διὰ τοῦ προφήτου, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται· καὶ τελευταῖον, διὰ τοῦ ἀγγέλου. Οἱ δὲ πείθονται τῷ χρηματισμῷ, τουτέστι, τῇ θείᾳ ὁμιλίᾳ. Χρηματισθέντες οὖν, ἤτοι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀποκάλυψιν δεξάμενοι, ἠπάτησαν Ἡρώδην. Καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν μήπως ἐπιδιωχθῶσιν, ἀλλ' ἐθάῤῥησαν τῇ τοῦ γεννηθέντος δυνάμει. Οὕτως ἦσαν μάρτυρες ἀληθεῖς.

V. 13 **Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.]** Εἶδες διὰ ποίαν αἰτίαν συνεχώρησεν ὁ Θεὸς 14
μνηστευθῆναι τὴν παρθένον; ἐνταῦθα γὰρ προφαίνεταί σοι,

Et quum procidissent, adoraverunt illum.] Vide animæ illustrationem. Pauperem videbant, et adorabant. Persuasi enim erant quod esset Deus, ideo et ei offerunt munera ut Deo, et ut homini. Audi enim,

Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei dona, aurum, et thus, et myrrham.] Aurum quidem obtulerunt ei, ut regi, aurum enim subditi regibus pendimus; thus autem, ut Deo, Deo enim thus adolemus; myrrham vero, ut degustaturo mortem, nam Judæi cum myrrha mortuos sepeliunt, ut corpus maneat incorruptum. Myrrha enim quum sicca sit, arefacit et exiccat humiditatem, et non sinit innasci vermes. Vides magorum fidem, quod et a prophetia Balaam didicerunt Dominum et Deum et regem esse, ac pro nobis moriturum. Audi autem prophetiam, Recubans, inquit, requievit ut leo et ut catulus leonis. Ecce regiam dignitatem per leonem significat, mortalitatem autem, dum ait, recubans. Qui benedicunt te, benedicentur: ecce et deitatem. Sola enim Dei natura hanc benedictionis virtutem habet.

Et oraculo accepto in somnis, ne reverterentur ad Herodem, per aliam viam redierunt in regionem suam.] Vide consequentiam, primum Deus illos ad fidem per stellam adduxit: deinde cum venerunt in Hierosolymam, docuit eos per prophetam, quod in Bethlehem nascatur: et tandem, per angelum. Et illi obediunt oraculo, hoc est, divino colloquio. Oraculo igitur accepto, id est, revelatione a Deo habita, imposuerunt Herodi, et non timuerunt ne forte insectaretur, sed confisi sunt virtute. Illius qui natus est, verique martyres fuerunt.

Digressis autem illis: ecce angelus Domini in somnis apparet Joseph, dicens, Surge, et accipe puerum et matrem ejus.] Vidisti quam ob causam permiserit Deus desponsari virginem? Hic enim apparet quod a Deo factum

ὅτι διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαι ταύτης καὶ κήδεσθαι. Οὐκ εἶπε δὲ, παράλαβε τὴν γυναῖκά σου, ἀλλὰ τὴν μητέρα τοῦ παιδίου. Ἐπεὶ γὰρ ἡ ὑποψία ἐλύθη, καὶ ἐπληροφορήθη ὁ δίκαιος ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόκῳ θαυμάτων, ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐστὶ πάντα, οὐκ ἔτι γυναῖκα αὐτοῦ ὀνομάζει ταύτην.

Καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον.] Φεύγει καὶ ὁ Κύριος, ἵνα πιστώσηται, ὅτι ὄντως καὶ ἄνθρωπος ἦν. Εἰ γὰρ ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ Ἡρώδου γενόμενος οὐ κατεκόπη, ἔδοξεν ἂν κατὰ φαντασίαν σαρκωθῆναι. Εἰς Αἴγυπτον δὲ φεύγει, ἵνα καὶ ἐκείνην ἁγιάσῃ. Δύο γὰρ ἦσαν χῶραι πάσης κακίας ἐργαστήρια, ἡ Βαβυλὼν καὶ Αἴγυπτος. Τὴν μὲν οὖν Βαβυλῶνα διὰ τῶν μάγων ἐδέξατο προσκυνοῦσαν· τὴν δὲ Αἴγυπτον τῇ ἑαυτοῦ παρουσίᾳ ἡγίασεν.

Καὶ ἴσθι ἐκεῖ, ἕως ἂν εἴπω σοι.] Ἴσθι, ἀντὶ τοῦ ἔσο ἐκεῖ, ἄχρις ἂν ἀπὸ Θεοῦ κελευσθῇς. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς μηδὲν ποιεῖν ἔξω τῆς θείας βουλῆς.

Μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό.] Ἴδε ἀνοησίαν ἀνθρώπου· τὴν τοῦ Θεοῦ βουλὴν σπουδάζει νικῆσαι. Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἐκ Θεοῦ, τί φοβῇ; εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστι, πῶς ἀπολέσεις τὸ παιδίον;

V. 14, 15 Ὁ δὲ, ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.] Φασὶν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι διὰ τὸν λαὸν ἐῤῥέθη τοῦτο, τὸν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπαναχθέντα διὰ Μωϋσέως. Λέγομεν οὖν, ὅτι καί τι καινὸν ἐλέχθη ἐπὶ τῷ λαῷ τυπικῶς, ἐξέβη δὲ εἰς τὸν Χριστὸν ἀληθινῶς. Ἔπειτα τίς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ; ὁ λαὸς ὁ προσκυνῶν τῷ Βεελφεγὼρ εἰδώλῳ καὶ τοῖς γλυπτοῖς, ἢ ὁ ὄντως υἱὸς τοῦ Θεοῦ;

V. 16 Τότε Ἡρώδης, ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων.] Ὥσπερ τῷ Φαραῷ ἐνέπαιξεν ὁ Θεὸς διὰ Μωϋσέως, οὕτω καὶ τῷ Ἡρώδῃ διὰ τῶν μάγων· ἐπεὶ καὶ ἄμφω, καὶ Ἡρώδης καὶ Φαραὼ, παιδοκτόνοι. Ὁ μὲν Φαραὼ τὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ Ἑβραίων ἄῤῥενα φονεύων, ὁ δὲ Ἡρώδης τὰ τῶν ἐν Βηθλεέμ.

est, ut diligentem ejus curam Joseph gereret. Non dixit autem, accipe uxorem tuam, sed matrem pueri. Nam quoniam suspicio soluta fuit, et justus ille per miracula in partu facta compertum habuit ex Spiritu sancto esse omnia, non ultra uxorem ejus illam nominat.

Et fuge in Ægyptum.] Fugit et Dominus, ut credatur quod revera homo sit. Nam si in manus incidisset Herodis, et non fuisset occisus, opinati fuissent incarnatum eum apparenter. In Ægyptum autem fugit, ut et illam sanctificet. Duæ enim sunt regiones omnis nequitiæ officinæ, Babylon videlicet, et Ægyptus. Babylonem per magos suscepit adorantem: Ægyptum autem sua præsentia sanctificavit.

Et esto illic, donec dixero tibi.] Esto pro sis illic, donec a Deo jussus fueris. Oportet enim nos nihil facere præter divinam voluntatem.

Quæsiturus enim est Herodes puerum, ut perdat illum.] Vide incogitantiam hominis, qui laborat ut divinam vincat voluntatem. Nam si quidem non est ex Deo, quid times? sin ex Deo est, quomodo perdes puerum?

Ille autem excitatus accepit puerum et matrem ejus nocte, et secessit in Ægyptum, et fuit illic usque ad obitum Herodis: ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam, dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.] Dicunt Judæi, quod propter populum dictum sit hoc, qui ex Ægypto per Mosen eductus sit. Dicimus itaque, quod novum aliquid etiam per figuram dictum est de populo, impletum autem vere in Christo. Deinde quis est filius Dei? populusne, qui adoravit idolum Beelphegor et sculptilia, an qui revera est filius Dei?

Tunc Herodes ubi vidit sibi illusum fuisse a magis.] Sicut Deus illusit Pharaoni per Mosen, sic Herodi per magos: quoniam et Herodes et Pharao puericidæ erant. Pharao masculos Hebræorum pueros in Ægypto occidit, Herodes autem in Bethlehem.

Ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεέμ.] Τὴν κατὰ τῶν μάγων ὀργὴν, κατὰ τῶν οὐδὲν ἀδικησάντων, ἐνδείκνυται. Τίνος δὲ ἕνεκεν συνεχωρήθησαν οἱ παῖδες σφαγῆναι; ἵνα δειχθῇ τοῦ Ἡρώδου ἡ κακία· ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς μοι· καὶ τί τοῦτο; ἵνα δειχθῇ ἡ ἐκείνου κακία, διὰ τοῦτο ἠδικήθησαν οἱ παῖδες; ἄκουε τοίνυν, ὅτι οὐκ ἠδικήθησαν, ἀλλὰ στεφάνων ἠξιώθησαν. Πᾶς γὰρ ὁ κακόν τι πάσχων ἐνταῦθα, ἢ εἰς ἁμαρτημάτων διάλυσιν πάσχει, ἢ εἰς στεφάνων προσθήκην· ὥσπερ δὴ καὶ οὗτοι οἱ παῖδες μειζόνως στεφανωθήσονται.

V. 16, 17 Καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος.] Ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι ἄκοντος τοῦ Θεοῦ γέγονεν ἡ τῶν νηπίων ἀναίρεσις, δείκνυσιν ὅτι καὶ προεγίνωσκε καὶ προεῖπεν.

V. 18 Φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη.] Ἡ Ῥαμὰ τόπος ἦν τῆς Παλαιστίνης ὑψηλός. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ὄνομα, ὑψηλήν· ἔλαχε δὲ εἰς κλῆρον τῇ φυλῇ τοῦ Βενιαμὶν, ὃς ἦν τῆς Ῥαχὴλ υἱός· ἡ δὲ Ῥαχὴλ ἐν τῇ Βηθλεὲμ ἐτάφη. Λέγει τοίνυν τὴν Βηθλεὲμ ὁ προφήτης, Ῥαχὴλ, διότι ἐν αὐτῇ ἐτάφη ἐκείνη· τὸν δὲ κλαυθμὸν καὶ τὸν θρῆνον ἀκουσθῆναι ἐν τῇ ὑψηλῇ. Ἄκουε τοίνυν τοῦ προφήτου·

Θρῆνος καὶ κλαυθμὸς, καὶ ὀδυρμὸς πολύς· Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς.] Τουτέστιν, ἡ Βηθλεέμ.

Καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσίν.] Ἐν τῷ βίῳ τούτῳ οὐκ εἰσίν· ἐπεὶ αἱ ψυχαὶ ἀθάνατοι.

V. 19 Τελευτήσαντος δὲ Ἡρώδου.] Πικρὰν τελευτὴν ἔσχεν ὁ Ἡρώδης, πυρετῷ καὶ δυσεντερίᾳ καὶ κνησμῷ καὶ ὄγκῳ ποδῶν, καὶ σήψει τοῦ αἰδοίου σκώληκας γεννώσῃ, καὶ δυσπνοίᾳ, καὶ τρόμῳ, καὶ σπασμῷ τῶν μελῶν, ἀποῤῥήξας τὴν πονηρὰν ψυχήν.

V. 19, 20 Ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, λέγων· ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ

Iratus est vehementer, et misit atque interfecit omnes pueros qui in Bethlehem.] Ostendit iram contra magos, qui in nullo offenderant. Quare autem permissi sunt pueri occidi? Ut ostendatur Herodi malitia. Sed forte dices mihi, Et quid hoc? Nunquid ut ostendatur illius malitia, ideo injuria fieri debuit pueris? Audi igitur quod non injuria affecti sunt, sed coronas meruerunt. Omnis enim qui malum aliquid hic patitur, vel patitur ut peccata dissolvat, vel ut coronæ augeantur, sicut et illi pueri magis coronati sunt.

Et omnibus confiniis ejus a bimatu et infra, juxta tempus quod percontatus erat a magis. Tunc impletum est quod dictum ab Hieremia propheta, dicente.] Ut ne quis putet quod invito Deo facta sit puerorum interemptio, ostendit quod prænoverit et prædixerit.

Vox in Rhama audita est.] Rhama locus fuit Palæstinæ excelsus, nomen enim hoc excelsum significat, fuitque in sorte tribus Benjamin, qui fuit filius Rachel. Rachel autem sepulta fuit in Bethlehem. Dicit igitur propheta Bethlehem, Rachel, eo quod in illa sepulta fuit Rachel; fletum autem et ploratum auditum fuisse in excelso. Audi igitur prophetam:

Lamentatio et ploratus, et fletus multus. Rachel plorans filios suos.] Hoc est, Bethlehem.

Et noluit consolationem admittere, eo quod non sint.] In hac vita non sunt, nam animæ sunt immortales.

Defuncto autem Herode.] Amara morte periit Herodes, febri et intestinorum cruciatu, et scabie, et podagra, et putredine verendorum vermes generante, et spirandi difficultate et tremore et contractione membrorum malam abrupit animam.

Ecce Angelus Domini in somnis apparet Joseph in Ægypto, dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem ejus,

πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ.] Οὐ λέγει φεῦγε, ἀλλὰ πορεύου· φόβος γὰρ οὐκέτι ἦν.

Τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου.] Ποῦ Ἀπολινάριος, ὅστις ἔλεγε μὴ ψυχὴν ἀνθρώπου λαβεῖν τὸν Κύριον; ἐντεῦθεν γὰρ ἐλέγχεται.

V. 21, 22 *Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ. Ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν.*] Τρεῖς υἱοὺς κατέλειψεν Ἡρώδης, Φίλιππον, Ἀντίπαν, καὶ Ἀρχέλαον· τὸν μὲν οὖν Ἀρχέλαον βασιλέα, τοὺς δὲ λοιποὺς τετράρχας ἐκέλευσεν εἶναι. Ἐφοβήθη δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπελθεῖν εἰς γῆν Ἰσραὴλ, τουτέστιν, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, διότι καὶ ὁ Ἀρχέλαος ὅμοιος ἦν τῷ πατρὶ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀντίπας αὐτός ἐστιν ὁ νέος Ἡρώδης, ὁ [1] τὸν πρόδρομον ἀνελών.

Χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας.] Ἡ Γαλιλαία οὐκ ἦν γῆ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ τῶν ἐθνικῶν ἦν, διὸ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ὡς βδέλυγμα τούτους ἔβλεπον.

V. 23 *Καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ.*] Καὶ πῶς ὁ Λουκᾶς λέγει, ὅτι μετὰ τὸ γεννηθῆναι τελέσας τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ ὑπὸ τοῦ Συμεὼν βασταχθεὶς, κατῆλθεν ὁ Κύριος εἰς Ναζαρέτ· ἐνταῦθα δὲ ὁ Ματθαῖος λέγει, ὅτι μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνοδον ἦλθεν εἰς Ναζαρέτ; Μάθε τοίνυν, ὅτι ἃ ἐσιώπησεν ὁ Ματθαῖος, εἶπεν ὁ Λουκᾶς. Οἷον τί λέγω. Μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἐτέλεσε τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας· εἶτα κατῆλθεν εἰς Ναζαρέτ. Ταῦτα λέγει ὁ Λουκᾶς. Ὁ Ματθαῖος δὲ λέγει τὰ μετὰ ταῦτα, ὅτι ἔφυγεν εἰς Αἴγυπτον, εἶτα ἀνῆλθεν ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ναζαρέτ. Οὐκ ἐναντιοῦνται οὖν ἀλλήλοις, ἀλλ' ὁ μὲν λέγει τὴν ἀπὸ Βηθλεὲμ εἰς Ναζαρὲτ κάθοδον ὁ Λουκᾶς, ὁ δὲ Ματθαῖος τὴν μετὰ ταῦτα ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ναζαρὲτ ἄνοδον.

Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν,

[1] τὸν πρόδρομον] Baptistam. Ita Chrysostom. Homil. in Matt. ix. p. 178.

et vade in terram Israel.] Non dicit fuge, sed vade: timor enim jam nullus erat.

Mortui enim sunt qui quærebant animam pueri.] Ubi Apollinaris est, qui dicebat Dominum non accepisse animam? hinc enim arguitur.

Ille autem cum surrexisset, accepit puerum et matrem ejus, et venit in terram Israel. Verum quia audiverat quod Archelaus regnaret in Judæa in loco Herodis patris sui, timuit illuc abire.] Tres filios reliquit Herodes, Philippum, Antipam et Archelaum. Archelaum quidem regem, alios autem tetrarchas esse jussit. Timuit autem Joseph in terram Israel abire, hoc est, in terram Juda, eo quod Archelaus similis patri suo erat. Antipas vero ipse est juvenis ille Herodes qui præcursorem sustulit.

Oraculo autem accepto in somnis, secessit in partes Galilææ.] Galilæa non erat terra Israel, sed Gentilium, unde et Judæi sicut abominationem illos videbant.

Ac profectus habitavit in civitate quæ dicitur Nazareth.] At quomodo Lucas dicit, quod postquam natus fuit, implevitque xl. dies, et a Simeone gestatus est, descenderit Dominus in Nazareth: hoc autem loco Matthæus ait, quod post reditum ex Ægypto venerit in Nazareth? Disce igitur, quod quæ siluit Matthæus, dixit Lucas. Ut exempli gratia aliquid dicam. Postquam natus est, implevit xl. dies, deinde descendit in Nazareth: hæc dicit Lucas. Matthæus autem dicit quæ postea facta sunt, quod fugerit in Ægyptum, deinde venerit ab Ægypto in Nazareth. Non dissident ergo inter se. Nam Lucas dicit descensum a Bethlehem in Nazareth. Matthæus autem postea reditum ab Ægypto in Nazareth.

Ut impleatur quod dictum est per prophetas, quod

ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.] Καὶ ποῖος προφήτης
τοῦτο εἶπεν; οὐχ εὑρίσκεται νῦν. Διὰ γὰρ τὴν ἀμέλειαν τῶν
Ἑβραίων πολλὰ βιβλία ἀπώλοντο, καὶ ἀπὸ τῶν συνεχῶν
αἰχμαλωσιῶν· ἀγράφως δὲ τυχὸν ἐλέγετο παρὰ τοῖς 16
Ἰουδαίοις. Σημαίνει δὲ τὸ Ναζωραῖος, ἡγιασμένος. Ἐπεὶ
τοίνυν ἅγιος ὁ Χριστὸς, εἰκότως ἂν λέγοιτο Ναζωραῖος.
Ἅγιος γὰρ τοῦ Ἰσραὴλ παρὰ πολλῶν προφητῶν καλεῖται
ὁ Κύριος.

ΚΕΦ. γ'.

ΕΝ δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.] Οὐχ ὅτε ἦν ὁ Κύριος παῖς, καὶ ἐν Ναζαρὲτ κατῴκει, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτω φησίν, οἷον, ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, τῷ πρὸ τῆς νῦν γενεᾶς.

Παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής.] Διὰ τοῦτο ἐπέμφθη παρὰ τοῦ Θεοῦ ὁ Ἰωάννης, ἵνα ἐλέγχων τοὺς Ἰουδαίους πείσῃ αὐτοὺς εἰς αἴσθησιν ἐλθεῖν τῶν οἰκείων κακῶν, καὶ οὕτω παραδέξασθαι τὸν Χριστόν. Εἰ μὴ γὰρ αἴσθησιν λάβοι τις τῶν ἁμαρτιῶν, οὐκ ἔρχεται εἰς μετάνοιαν. Ἐπέμφθη τοίνυν ὁ Ἰωάννης,

V. 1, 2 Κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας, καὶ λέγων, μετανοεῖτε.] Ἀλαζόνες ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι, διὰ τοῦτο συνωθεῖ αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν.

Ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.] Βασιλείαν οὐρανῶν λέγει τὴν πρώτην καὶ δευτέραν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ τὴν ἐνάρετον ζωήν. Ὅταν γὰρ ἐπὶ γῆς βαδίζοντες ὡς ἐν οὐρανῷ πολιτευώμεθα, μὴ ἐμπαθῶς ζῶντες, βασιλείαν ἔχομεν οὐρανῶν.

V. 3 Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.] Ὁδὸς τὸ Εὐαγγέλιον λέγεται· τρίβοι δὲ τὰ νομικὰ προστάγματα, ὡς κατατετριμμένα καὶ παλαιά. Φησὶ τοίνυν ὅτι, ἕτοιμοι γένεσθε πρὸς τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν, καὶ, τὰς νομικὰς δὲ ἐντολὰς εὐθείας, τουτέστι, πνευματικὰς ποιήσατε. Τὸ Πνεῦμα γὰρ εὐθές

Nazaræus vocabitur.] Et quis propheta hoc dixit? non invenitur nunc. Per negligentiam enim Judæorum multi libri desiderantur, et ob continuas captivitates: fortassis absque etiam scriptura hoc dicebatur apud Judæos. Significat autem Nazaræus, sanctificatus: Igitur quoniam sanctus Christus, recte dicitur Nazaræus. Sanctus enim Israelis, a multis prophetis vocatur Dominus.

CAPUT III.

IN diebus autem illis.] Non cum Dominus puer erat, et in Nazareth habitabat, sed generaliter hoc inquit, sicut in tempore illo, quod ante hanc præsentem erat ætatem.

Accessit Joannes Baptista.] Propterea missus est a Deo Joannes, ut argueret Judæos, et persuaderet eis ut sua mala agnoscerent, atque ita Christum susciperent. Nam nisi quis sensum acceperit peccatorum, non venit ad pœnitentiam. Missus igitur est Joannes,

Prædicans in deserto Judææ, et dicens: Resipiscite.] Arrogantes erant Judæi, idcirco cogit eos ad pœnitentiam.

Appropinquavit enim regnum cœlorum.] Regnum cœlorum dicit primum et secundum Christi adventum, et vitam virtutibus præditam. Quando enim in terra ambulamus, quasi in cœlo degentes absque affectionibus, regnum habemus cœlorum.

Hic enim est qui dictus est ab Esaia propheta, dicente: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.] Via evangelium dicitur: semitæ autem legalia mandata, ut trita et vetera. Dicit igitur, Parati estote ad evangelicam vitam, et legis mandata recta, hoc est, spiritualia facite: spiritus enim rectus

ἐστιν. Ὅταν οὖν ἴδῃς Ἰουδαῖον σαρκικῶς νοοῦντα τὰ τοῦ νόμου, εἰπὲ ὅτι οὗτος τὰς τρίβους οὐκ ἐποίησεν εὐθείας, τουτέστιν, οὐ πνευματικῶς νοεῖ τὸν νόμον.

V. 4 Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου.] *Εἰς μετάνοιαν παρεκάλει καὶ ἀπὸ τοῦ σχήματος. Πενθικὴν γὰρ εἶχε τὴν στολήν· λέγουσι δὲ τὴν κάμηλον μεταξὺ εἶναι καθαροῦ καὶ μή. Καθὸ μὲν γὰρ μηρυκίζει, καθαρόν ἐστι· καθὸ δὲ οὐκ ἔστι διχηλὸν κατὰ τοὺς ὄνυχας, οὐκ ἔστι καθαρόν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Ἰωάννης τόν τε καθαρὸν δοκοῦντα λαὸν, τὸν Ἰουδαϊκὸν, καὶ τὸν ἀκάθαρτον, τὸν ἐθνικὸν προσῆγε τῷ Θεῷ, καὶ μεσίτης ἦν παλαιᾶς διαθήκης καὶ νέας, διὰ τοῦτο ἐφόρει τὰς τρίχας τῆς καμήλου.*

Καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ.] *Πάντες οἱ ἅγιοι ἐζωσμένοι εἰσάγονται παρὰ τῇ γραφῇ, ὡς ἀεὶ ἐν ἔργῳ ὄντες. Οἱ γὰρ ἀμελεῖς καὶ τρυφηλοὶ οὐ ζώννυνται· ὡς νῦν οἱ Σαρακηνοί. Ἢ ὅτι ἐνέκρωσαν τὰ πάθη τῆς ἐπιθυμίας· τὸ γὰρ δέρμα νεκροῦ ζώου ἐστὶ μέρος.*

Ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον.] *Τινὲς λέγουσι βοτάνας εἶναι τὰς ἀκρίδας, ἃς καὶ μέλαγρα καλοῦσι. Τινὲς δὲ τὰ ἀκρόδρυα ἤτοι ὀπώρας ἀγρίας. Μέλι δὲ ἄγριον τὸ ὑπὸ ἀγρίων μελισσῶν γεωργούμενον, ἐν* 17
δένδροις εὑρισκόμενον καὶ πέτραις.

V. 5, 6 Τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.] *Εἰ καὶ ἐβαπτίζοντο, ἀλλ' οὖν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν οὐκ εἶχε τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. Ἀλλὰ μόνην μετάνοιαν ἐκήρυττεν ὁ Ἰωάννης, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἔφερεν, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ βάπτισμα ὡδήγει, παρ' οὗ ἡ ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν.*

V. 7 Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων.] *Φαρισαῖος ἑρμηνεύεται ἀποκεκομμένος. Ἐδόκουν γὰρ ἐν τῷ βίῳ καὶ τῇ γνώσει ἀποκεκόφθαι καὶ ὑπερέχειν τῶν ἄλλων.*

Καὶ Σαδδουκαίων.] *Οὗτοι οὔτε ἀνάστασιν ἐπίστευ-*

est. Quando igitur videris Judæum carnaliter intelligentem mandata legis, dic quod ipse non faciat semitas rectas, hoc est, non spiritualiter intelligat legem.

Ipse vero Joannes habebat indumentum suum ex pilis camelorum.] Ad pœnitentiam hortabatur etiam habitu, lugubrem enim gerebat vestem. Dicunt autem camelum medium esse inter munda et immunda animalia: nam quia ruminat, mundum est: quia autem ungulas non dividit: est immundum. Joannes autem quoniam ad Deum adducebat populum Judaicum, qui videbatur mundus esse, et Gentilem, qui immundus, eratque mediator veteris et novi Testamenti, idcirco ferebat pilos camelorum.

Et zonam pelliceam circa lumbos suos.] Omnes sancti introducuntur a scriptura cincti, veluti semper in opere existentes. Negligentes enim et delicati non cinguntur, ut nunc Sarraceni. Vel quod affectiones concupiscentiæ mortificarunt. Pellis enim mortui animalis pars est.

Cibus autem ejus erant locustæ, et mel agreste.] Quidam dicunt herbas esse locustas, quas et malagra vocant; alii nuces aut poma sylvestria. Mel autem agreste, quod a feris apibus conficitur, et in arboribus ac petris invenitur.

Tunc agressa est ad illum Hierosolyma, et omnis Judæa, et omnis regio undique finitima Jordani, et baptizabantur in Jordanæ ab illo, confitentes peccata sua.] Tametsi baptizabantur, non tamen remissionem peccatorum habebat baptisma Joannis, sed solam pœnitentiam prædicabat Joannes, et ad remissionem peccatorum ferebat, hoc est, ad Christi baptisma ducebat, apud quem remissio peccatorum.

Quum vidisset autem multos ex Pharisæis.] Pharisæus interpretatur Absectus et Divisus. Videbantur enim Pharisæi in vita et scientia separati esse, et exedere alios.

Et Sadducæis.] Hi neque resurrectionem crede-

ον, οὔτε ἄγγελον, οὔτε πνεῦμα. Ἑρμηνεύονται δὲ, δίκαιοι. Σεδὲκ γὰρ, ἡ δικαιοσύνη. Δικαίους γὰρ ἑαυτοὺς ὠνόμαζον. Ἢ ἀπὸ αἱρεσιάρχου Σαδὼκ ὀνομάζονται.

Ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς.] Οὐκ ἤρχοντο μετὰ γνώμης ὀρθῆς, ὡς οἱ λοιποί. Διὰ τοῦτο καὶ καθάπτεται αὐτῶν.

Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;] Πικρῶς αὐτοῖς διαλέγεται, γινώσκων τὴν στρεβλότητα αὐτῶν, πλὴν ἀλλὰ καὶ ἐπαινεῖ, λέγων· τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν; θαυμάζει γὰρ πῶς ἐγένετο τοῦτο, τὸ τὴν πονηρὰν αὐτῶν γενεὰν μετανοῆσαι. Γεννήματα δὲ ἐχιδνῶν λέγει αὐτοὺς, διότι ὥσπερ ταῦτα κατεσθίοντα τὰς μήτρας οὕτως ἐξέρχονται, οὕτω καὶ οὗτοι τοὺς πατέρας, ἤτοι διδασκάλους, τοὺς προφήτας, ἐφόνευον· ἀπὸ τῆς μελλούσης δὲ ὀργῆς, τῆς γεέννης, φησίν.

V. 8 **Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας.]** Ὁρᾷς τί λέγει, ὅτι οὐ δεῖ μόνον φεύγειν τὴν κακίαν, ἀλλὰ καὶ καρποὺς ἀρετῆς ποιεῖν. Ἔκκλινον γάρ, φησιν, ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν.

V. 9 **Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ.]** Τοῦτο ἦν αὐτοῖς εἰς ἀπώλειαν, ὅτι ἐν εὐγενείᾳ ἐθάρρουν.

Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς καὶ ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.] Λίθοι νοοῦνται μὲν καὶ τὰ ἔθνη, ἐξ ὧν πολλοὶ ἐπίστευσαν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἁπλῶς τοῦτο λέγει ὁ Ἰωάννης, ὅτι καὶ ἀπὸ λίθων δύναται τέκνα ποιῆσαι τῷ Ἀβραάμ. Καὶ γὰρ λίθος ἦν καὶ ἡ μήτρα τῆς Σάῤῥας, διὰ τὴν στείρωσιν, ἀλλ' ἔτεκεν ὅμως. Ἤγειρε δὲ καὶ τέκνα τῷ Ἀβραὰμ ὁ Κύριος ἀπὸ τῶν λίθων· πότε; ὅτε σταυρουμένου αὐτοῦ, ἰδόντες πολλοὶ τὰς πέτρας ῥαγείσας ἐπίστευσαν.

V. 10 **Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται.]** Ἀξίνην λέγει τὴν τοῦ Χριστοῦ κρίσιν. Δένδρα δὲ, ἕνα ἕκαστον ἡμῶν· ὁ οὖν μὴ πιστεύσας ἐντεῦθεν ἤδη αὐτόῤῥιζος ἀποτέμνεται, καὶ εἰς γέενναν ἐμβάλλεται.

bant, neque angelum, neque spiritum: interpretantur autem, Justi. Sedek enim justitia, nam justos seipsos nominabant. Vel ab hæresiarcha Sadok nominantur.

Venientes ad baptismum ejus, dicit illis.] Non venerant bona mente, ut cæteri, et idcirco etiam reprehendit eos.

Progenies viperarum, quis submonstravit vobis fugere a futura ira?] Dure eis loquitur, sciens perversitatem illorum, tametsi aliquantulum laudet, dicens: Quis submonstravit vobis? Admiratur enim quomodo hoc factum sit, ut prava natio illorum resipiscat. Progeniem autem viperarum vocat eos, eo quod sicut illæ devorantes matrices suas nascuntur, similiter et illi, patres, hoc est magistros, prophetas occiderunt. A futura ira, id est gehennæ, inquit.

Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ.] Vides quid dicat, quoniam non oportet solum fugere malitiam, sed etiam fructum virtutis facere. Declina enim, inquit, a malo, et fac bonum.

Et ne sitis hac mente, ut dicatis apud vosipsos, Patrem habemus Abraham.] Hinc perierunt, quod in generositate sua confidebant.

Dico enim vobis, quod potest Deus etiam ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ.] Per lapides intelliguntur etiam Gentes, e quibus multi crediderunt. Simpliciter tamen dicebat Joannes, quod etiam ex lapidibus possit Deus facere filios Abrahæ. Erat enim et vulva Saræ lapis propter sterilitatem, et nihilominus peperit. Excitavit autem Deus filios Abrahæ ex lapidibus: ecquando vero? cum multi videntes crucifixum et ruptas petras crediderunt.

Jam vero et securis ad radicem arborum posita est.] Securim vocat judicium Domini: arbores autem, singulos nostrum. Igitur qui non crediderit, jam hinc stirpitus excinditur, et in gehennam mittitur.

Πᾶν οὖν δένδρον.] Κἂν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατάγηται.

Μὴ ποιοῦν καρπὸν καλόν.] Οὐκ εἶπε μὴ ποιῆσαν, ἀλλὰ μὴ ποιοῦν. Ἀεὶ γὰρ δεῖ καρποφορεῖν. Εἰ γὰρ χθὲς ἠλέησας, σήμερον δὲ ἁρπάζεις, οὐκ εὐαρεστεῖς.

Ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.] Τὸ τῆς γεέννης.

V. 11 Ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός
μου ἐστίν.] Εἶπεν αὐτοῖς, ποιήσατε καρπόν. Δείκνυσιν
οὖν τίς ὁ καρπὸς, ὅτι τὸ πιστεῦσαι εἰς τὸν ὀπίσω αὐτοῦ 18
ἐρχόμενον. Ὀπίσω δὲ αὐτοῦ ἤρχετο ὁ Χριστός. Καθὸ καὶ ὕστερος αὐτοῦ ἦν κατὰ τὴν γέννησιν, ἓξ μόνοις μησὶν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν φανέρωσιν. Ἐφανερώθη γὰρ πρότερον ὁ πρόδρομος, εἶτα ὁ Χριστὸς, ὑπ' αὐτοῦ μαρτυρηθείς.

Οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι.] Οὐδὲ δοῦλος, φησὶν, ἔσχατος αὐτοῦ εἰμι, ὥστε βαστάζειν ταῦτα. Ὑποδήματα δὲ νοήσεις καὶ τὰς δύο καταβάσεις αὐτοῦ, τήν τε ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν, καὶ τὴν ἐκ γῆς εἰς τὸν ᾅδην. Ὑποδήματα γάρ εἰσιν ἡ δερματίνη σὰρξ, καὶ ἡ νέκρωσις. Ταύτας οὖν τὰς δύο καταβάσεις οὐ δύναται βαστάσαι ὁ πρόδρομος, μὴ δυνάμενος νοῆσαι πῶς ἐγένοντο.

Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.] Τουτέστι, κατακλύσει ὑμᾶς ἀφθόνως ταῖς τοῦ πνεύματος χάρισιν, ἐπεὶ τὸ μὲν ἐμὸν, φησὶ, βάπτισμα οὐ δίδωσι πνευματικὴν χάριν, οὐδὲ γὰρ τὴν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· αὐτὸς δὲ καὶ ἀφήσει ὑμῖν, καὶ πνεῦμα δαψιλῶς δώσει.

V. 12 Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.] Μὴ νομίσητε ὅτι ἐὰν βαπτισθῆτε ὑπ' ἐκείνου, εἶτα ἁμαρτάνητε, συγχωρήσει ὑμῖν. Ἀλλὰ καὶ πτύον ἔχει, τουτέστι, κρίσιν καὶ ἐξέτασιν.

Καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ.] Τουτέστι, τὴν ἐκκλησίαν, ἥτις πολλοὺς μὲν ἔχει βεβαπτισμένους, ὥσπερ ἐν τῇ ἅλωνι πᾶν τὸ γεώργιον. Ἀλλ' ἐν τούτοις, οἱ μέν εἰσιν ἄχυρα, ὅσοι κοῦφοί εἰσι καὶ τοῖς πνεύμασι τῆς

Omnis igitur arbor.] Etiam si ab Abraham descendat.

Non faciens fructum bonum.] Non dixit, quæ non fecit, sed non faciens, semper enim oportet fructum ferre. Nam licet heri misericors fueris, hodie autem rapias, non acceptus eris.

Exsecatur, et in ignem mittitur.] Gehennæ scilicet.

Ego quidem baptizo vos in aqua ad pœnitentiam: qui autem post me venit, fortior me est.] Dixit eis, Facite fructum. Ostendit igitur quis fructus, nempe credere in eum qui post se venturus erat. Venit enim post eum Christus. Nam sicut sex tantum mensibus secundum nativitatem posterior eo erat: ita et juxta manifestationem fuit posterior. Manifestatus est enim prius præcursor: deinde Christus, qui ab eo testimonium acceperat.

Cujus non sum idoneus calceamenta gestare.] Ne postremus quidem, inquit, ipsius sum servus ut ista gestem. Per calceamenta autem intelligas etiam duos descensus ejus, nempe eum qui e cœlis in terram, et eum qui a terra in infernum. Calceamentum enim est pellicea caro, et mortificatio. Hos igitur duos descensus non potest portare præcursor, intelligere non valens quomodo facti sint.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto.] Hoc est, inundabit vos largiter Spiritus sancti gratiis, quia meum, inquit, baptisma non dat spiritualem gratiam, sed neque peccatorum remissionem: ipse autem et remittet vobis peccata, et spiritum liberaliter dabit.

Cujus ventilabrum in manu ejus.] Non credatis quod si baptizati fueritis ab illo, et deinde peccaveritis, ignoscat vobis. Nam ventilabrum quoque habet, hoc est, judicium et inquisitionem.

Et repurgabit aream suam.] Hoc est, ecclesiam, quæ multos quidem habet baptizatos, sicut area omne quod in agro cultum fuit: sed inter hos alii quidem

πονηρίας κινούμενοι· οἱ δὲ σῖτος, ὅσοι καὶ ἑτέρους ὠφελοῦσι, καὶ τρέφουσι διὰ διδασκαλίας καὶ πράξεως.

Καὶ συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ· τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.] Ἀσβεστόν ἐστι τὸ πῦρ ἐκεῖνο· ὥστε φλυρεῖ ὁ Ὠριγένης, λέγων ὅτι ἔσται τέλος τῆς κολάσεως.

V. 13, 14 Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων.] Καθαρὸς ὢν βαπτίζεται, ἵνα ἡμᾶς ἀποπλύνῃ· καὶ ἵνα δείξῃ ἡμῖν, ἐπὰν μέλλωμεν βαπτισθῆναι, προκαθαίρεσθαι· ἵνα μὴ μολύνωμεν τὸ βάπτισμα, μετὰ ταῦτα εὐκόλως ῥυπαινόμενοι διὰ τὴν πονηρὰν συνήθειαν. Κωλύει δὲ αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, ἵνα μὴ νομίσωσιν οἱ ὁρῶντες, καὶ αὐτὸν ὡς ἕνα τῶν πολλῶν εἰς μετάνοιαν βαπτιζόμενον.

Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι.] Χρείαν γὰρ εἶχεν ὁ πρόδρομος ὑπὸ τοῦ Κυρίου καθαρισθῆναι. Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ καταγόμενος, καὶ αὐτὸς ἐπεσύρετο τὸ μόλισμα τὸ ἐκ τῆς παρακοῆς· ὁ Χριστὸς δὲ σαρκωθεὶς ἐκαθάρισε πάντας.

Καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;] Οὐκ ἐτόλμησεν εἰπεῖν ὅτι καὶ σὺ βαπτίζῃ ὑπ' ἐμοῦ; ἀλλὰ, καὶ σὺ ἔρχῃ; οὕτως ηὐλαβεῖτο.

V. 15 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε πρὸς αὐτόν· ἄφες ἄρτι.] Νῦν, φησὶ, παραχώρησον· ἔσται δὲ καιρὸς ὅτε τὴν ἀξίαν δόξαν ἕξομεν, κἂν μὴ νῦν φαινώμεθα.

Οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην.] Τὸν νόμον λέγει δικαιοσύνην. Ἐπικατάρατος, φησὶν, ἣν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ὅτι τὸν νόμον οὐκ ἠδύνατο τελειῶσαι. Ἐγὼ τοίνυν ἐτέλεσα καὶ τἄλλα τοῦ νόμου. Λείπει δέ μοι τοῦτο, τὸ βαπτισθῆναι. Τοῦτο τοί-
νυν τελέσας ἀπαλλάξω τὴν φύσιν τῆς κατάρας· τοῦτο γὰρ 19
ἐμοὶ πρέπει.

V. 15, 16 Τότε ἀφίησιν αὐτόν· καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς.] Τριάκοντα ἐτῶν ὢν βαπτίζεται, ἐπεὶ αὕτη ἡ ἡλικία δέχεται πάντα τὰ ἁμαρτήματα. Ἐν μὲν γὰρ τῇ

sunt palea, hi scilicet qui leves sunt, et spiritibus malitiæ agitantur: alii autem triticum, qui aliis utiles sunt, et alios pascunt doctrina et opere.

Et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.] Inextinguibilem illum ignem vocat. Unde nugatur Origenes, dicens quod futurus sit finis suppliciorum.

Tunc advenit Jesus a Galilæa ad Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum, dicens.] Quum mundus esset, baptizatur, ut nos abluat: et ut ostendat nobis quod si baptizari velimus, prius mundemur, ut ne inquinemus baptisma, postea facile in sordes relabentes propter malam consuetudinem. Prohibet autem eum Joannes, ut ne videntes illum putent quasi unum ex multis ad pœnitentiam baptizari.

Mihi opus est ut a te baptizer.] Opus enim habebat præcursor a Domino mundari, utpote ab Adam descendens. Nam et ipse contraxerat ortum ex inobedientia inquinamentum. Christus autem incarnatus purificavit omnes.

Et tu venis ad me?] Non ausus fuit dicere, Et tu baptizaris a me? sed, Et tu venis? Tam pius erat.

Respondens autem Jesus, dixit ad illum, Dimitte nunc.] Nunc, inquit, permitte: erit autem tempus, quo digna nobis erit gloria, licet nunc non appareamus.

Sic enim decet, ut impleamus omnem justitiam.] Legem vocat justitiam. Maledicta erat, inquit, humana natura, quia legem non poterat perficere. Ego igitur implevi alia quæ in lege sunt, et deest hoc unum ut baptizer: quod ubi fecero, liberabo naturam a maledicto. Hoc enim me decet.

Tunc omittit illum: Et baptizatus Jesus.] Christus cum triginta annorum esset, baptizatur, eo quod ætas illa peccata omnia in se accipit. In prima ætate magna

πρώτῃ ἡλικίᾳ πολὺ τὸ ἀνόητον. Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, τῇ τῶν νεωτέρων, πολλὴ ἡ φλὸξ τῆς ἐπιθυμίας καὶ τοῦ θυμοῦ· ἐν δὲ ταύτῃ τῇ τῶν ἀνδρῶν πολλὴ ἡ φιλοχρηματία. Ἀνέμεινεν οὖν ταύτην τὴν ἡλικίαν, ἵνα διὰ πασῶν τῶν ἡλικιῶν πληρώσῃ τὸν νόμον, καὶ ἁγιάσῃ ἡμᾶς.

Εὐθὺς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος.] Οἱ Μανιχαῖοι λέγουσιν, ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπέθετο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, κατὰ φαντασίαν δὲ ἄλλο σῶμα ἔδειξεν. Ἐπιστομίζονται δὲ ἐντεῦθεν, ὁ Ἰησοῦς γάρ, φησὶν, ἀνέβη· οὐκ ἄλλος ἀνέβη, ἀλλ' ὁ καταβὰς εἰς τὸ ὕδωρ.

Καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί.] Ὁ μὲν Ἀδὰμ αὐτοὺς ἔκλεισε. Διὰ δὲ τὸν Χριστὸν ἀνοίγονται· ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ σὺ, ὅταν βαπτίζῃ, ἀνοίγεις αὐτούς.

V. 16, 17 Καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα.] Κατέρχεται τὸ πνεῦμα, ἵνα μαρτυρήσῃ, ὅτι μείζων ὁ βαπτιζόμενος ἢ ὁ βαπτίζων. Οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι μέγαν εἶχον τὸν (Joan. v. 35.) Ἰωάννην, τοῦ δὲ Χριστοῦ οὐ τοσοῦτον ἐφρόντιζον. Εἶδον δὲ τὸ πνεῦμα πάντες ἐρχόμενον ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, ὡς ἂν μὴ νομίσωσιν ὅτι ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, διὰ τὸν Ἰωάννην ἐγένετο, ἀλλ' ἰδόντες τὸ πνεῦμα πιστεύσωσιν, ὅτι ἡ φωνὴ αὕτη διὰ τὸν Ἰησοῦν ἐστιν. Ὡσεὶ περιστερὰν δὲ, διὰ τὸ ἄκακον καὶ πρᾶον· καὶ ὅτι καθαρώτατόν ἐστιν ἡ περιστερὰ, καὶ ἔνθα δυσωδία ἐστὶν, οὐ παραμένει· οὕτω καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ Νῶε, περιστερὰ ἤγγειλε τὴν λύσιν τοῦ κατα- (Gen. viii. 11.) κλυσμοῦ, κάρφος ἐλαίας φέρουσα· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δηλοῖ λύσιν τῶν ἁμαρτιῶν. Ἐκεῖ κάρφος ἐλαίας, ἐνταῦθα δὲ ἔλεος Θεοῦ.

Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.] Τουτέστιν, ἐν ᾧ ἀναπαύομαι, ἐν ᾧ ἀρέσκομαι.

est insipientia. In secunda, quæ est adolescentum, magna est flamma concupiscentiæ et iræ. In virili autem amor opum regnat. Expectavit igitur hanc ætatem, ut per omnes ætates impleret legem, et nos sanctificaret.

Statim ascendit ab aqua.] Manichæi dicunt quod corpus suum deposuerit in Jordane, juxta apparentiam autem aliud corpus monstrarit. Obmutescunt autem hinc, Jesus enim, inquit, ascendit: non alius ascendit, sed is qui in aquam descenderat.

Et ecce aperti sunt ei cœli.] Adam illos clausit, per Christum autem aperiuntur: ut discas, quod quando baptizaris, aperis eos.

Et vidit spiritum Dei descendentem quasi columbam, et venientem super eum, et ecce vox e cœlis, dicens,] Descendit spiritus, ut testimonium perhibeat quod major sit qui baptizatur, quam qui baptizat. Judæi enim magnificabant Joannem, at Christum non tantum curabant. Viderunt autem spiritum omnes venientem super Jesum, ut ne putarent quod vox dicens, Hic est filius meus dilectus, propter Joannem dicta sit, sed viso spiritu crederent quod propter Jesum vox illa sit. Quasi columbam, propter innocentiam et mansuetudinem, et quod mundissima sit columba, et ubi fœtor est, ibi non maneat: sic et Spiritus sanctus. Et ut de Noe aiunt columbam nunciasse diluvii solutionem, ramum olivæ afferentem, sic et hic Spiritus sanctus manifestat peccatorum solutionem. Illic ramus olivæ, hic misericordia Dei.

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi beneplacitum est.] Hoc est, in quo requiesco, in quo placeor.

ΚΕΦ. δ'.

ΤΟΤΕ ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος.] Διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι μετὰ τὸ βάπτισμα μᾶλλον δεῖ προσδοκᾷν πειρασμοὺς, ἀνάγεται ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· οὐδὲν γὰρ ἄνευ τοῦ Πνεύματος ἔπραττεν. Ἀνάγεται δὲ εἰς τὴν ἔρημον, ἵνα δείξῃ ἡμῖν, ὅτι ὁ διάβολος τότε πειράζει ἡμᾶς, ὅταν εἴδῃ μεμονωμένους, καὶ μὴ ὑπ' ἀλλήλων βοηθουμένους. Δεῖ οὖν ἡμᾶς μὴ ἀβούλως ἑαυτοῖς θαῤῥεῖν.

Πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου.] Διάβολος λέγεται ὡς διαβαλὼν τὸν Θεὸν πρὸς τὸν Ἀδάμ. Εἶπε γὰρ αὐτῷ, ὅτι ὁ Θεὸς φθονεῖ ὑμῖν. Καὶ νῦν δὲ τὴν ἀρετὴν διαβάλλει πρὸς ἡμᾶς.

V. 2 Καὶ νηστεύσας.] Ἐνήστευσεν, ἵνα δείξῃ, ὅτι ὅπλον μέγα ἡ νηστεία κατὰ τῶν πειρασμῶν, ὥσπερ ἀρχὴ πάσης ἁμαρτίας ἡ τρυφή.

Ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα.] Τοσαύτας νηστεύει ὅσας καὶ Μωσῆς, καὶ Ἠλίας. Εἰ γὰρ πλείους, ἔδοξεν ἂν φαντασία ἡ σάρκωσις.

Ὕστερον ἐπείνασεν.] Ὅτε συνεχώρησε τῇ φύσει, τότε καὶ ἐπείνασεν, ἵνα δώσῃ ἀφορμὴν τῷ διαβόλῳ προσελθεῖν καὶ συμπλακῆναι αὐτῷ διὰ τῆς πείνης, καὶ οὕτω ῥίψῃ αὐτὸν καὶ καταβάλῃ, καὶ τὴν νίκην χαρίσηται ἡμῖν.

V. 3 Καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.] Ἤκουσε τῆς ἐξ οὐρανοῦ φωνῆς ὁ λῃστής. Πάλιν εἶδεν αὐτὸν πεινῶντα, καὶ ἀμφέβαλλε λοιπὸν, πῶς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ πεινᾷ, διὰ τοῦτο τοίνυν πειράζει αὐτὸν, ἵνα μάθῃ. Κολακεύει δὲ αὐτὸν, νομίζων ὑποκλέψαι, ἐν τῷ λέγειν, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἐρωτᾷς, καὶ τί ἁμάρτημα ἦν τὸ ποιῆσαι τοὺς λίθους ἄρτους; Ἄκουε οὖν, ὅτι τὸ ἀκούειν τοῦ διαβόλου κατά τι, ἁμάρτημά ἐστιν. Ἄλλως τε ἴδε, οὐκ εἶπεν, ἵνα ὁ λίθος οὗτος γένηται ἄρτος, ἀλλ' οἱ λίθοι, θέλων ῥίψαι τὸν Χριστὸν εἰς περιττότητα. Τῷ γὰρ

CAPUT IV.

TUNC Jesus ductus est in desertum a spiritu.] Docens nos, quod post baptismum magis oportet expectare tentationes, ducitur a Spiritu sancto: nihil enim sine Spiritu fecit. Ducitur autem in desertum, ut ostendat nobis quod diabolus tunc nos tentet quando viderit solitarios, et non ab aliis adjutos. Oportet igitur nos non temere fidere nobisipsis.

Ut tentaretur a diabolo.] Diabolus dicitur, quod accusaverit et calumniatus fuerit Deum apud Adam. Dixit enim illi, Deus vobis invidet, et nunc virtutem apud nos calumniatur.

Et cum jejunasset.] Jejunavit: ut ostendat quod magna armatura contra tentationes sit jejunium, sicut principium omnis peccati deliciæ.

Dies quadraginta, et noctes quadraginta.] Tot jejunavit, quot et Moses, et Elias: quod si plures jejunasset, visa fuisset incarnatio ejus fictitia et apparens.

Postea esuriit.] Quando permisit naturæ, tunc et esuriit, ut daret occasionem diabolo accedendi et congrediendi secum propter famem, et sic prosternat et dejiciat eum, nobisque victoriam largiatur,

Et cum accessisset ad eum ille qui tentat, dixit: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.] Audivit vocem cœlestem latro. Iterum videt eum esurientem, et dubitat adhuc, quomodo filius Dei esuriat, et idcirco tentat eum ut discat. Adulatur autem ei, putans se quid suffuraturum, dicendo, Si filius Dei es. Jam rogas, Et quod peccatum erat, facere lapides, panes? Audi igitur, quia audire diabolum in aliquo, peccatum est. Vide autem et aliud. Non dixit, ut lapis hic panis fiat, sed lapides: volens Christum ad superflua instigare.

πεινῶντι εἷς ἄρτος ἀρκεῖ πάντως, διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς οὐκ ἤκουσεν αὐτοῦ.

V. 4 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε· γέγραπται, οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.] Ἀπὸ τῆς παλαιᾶς ἐστιν ἡ μαρτυρία, Μωσέως γὰρ ὁ λόγος. Καὶ γὰρ καὶ οἱ Ἑβραῖοι τῷ μάννα ἐτράφησαν, οὐκ ἄρτῳ ὄντι, ἀλλὰ διὰ ῥήματος Θεοῦ πᾶσαν χρείαν τῶν Ἑβραίων πληροῦντι, καὶ πάντα γινομένῳ ὅσα ἂν φαγεῖν τις ἐπεθύμει. Εἴτε γὰρ ἰχθύος, εἴτε ᾠοῦ, εἴτε τυροῦ ἐπεθύμει ὁ Ἰουδαῖος, τοιαύτην γεῦσιν παρεῖχεν αὐτῷ τὸ μάννα.

Sap. xvi. 20.

V. 5 Τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ.] Μέρος τι τοῦ ἱεροῦ, οἷα τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα [1]δίῤῥυτα· ὥσπερ γὰρ πτέρυγες δοκοῦσιν.

V. 6 Καὶ λέγει αὐτῷ· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλλε σεαυτὸν κάτω. Γέγραπται γὰρ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.] Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, μονονουχὶ τοῦτο λέγει· ἐγὼ οὐ πιστεύω τῇ ἐξ οὐρανῶν φωνῇ· ὅμως σὺ, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, δεῖξόν μοι. Καίτοι γε, ὦ μιαρὲ, εἰ υἱὸς ἦν τοῦ Θεοῦ, κατεκρήμνισεν ἂν ἑαυτόν; τῆς σῆς ὠμότητος τοῦτο ἐστὶ, τὸ κατακρημνίζειν τοὺς δαιμονῶντας, Θεοῦ δὲ τὸ σώζειν. Οὐ γέγραπται δὲ τὸ, ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ περὶ τῶν ἁγίων, τῶν δεομένων βοηθείας ἀγγελικῆς. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐ δεῖται, Θεὸς ὤν.

V. 7 Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· πάλιν γέγραπται, οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.] Ἡμέρως αὐτὸν ἀποκρούεται ὁ Χριστὸς, διδάσκων ἡμᾶς διὰ τῆς πρᾳότητος νικᾷν τοὺς δαίμονας.

V. 8, 9 Πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας

[1] δίῤῥυτα] Vox alias, opinor, non reperta, et in lexicis frustra quæsita. Videtur autem idem significare, quod apud Latinos *displuviata* (Vitruv. VI. 3) tecta scilicet ædium in summo divaricata, et plu-

Esurienti enim unus panis sufficit, et propter hoc Christus non audivit eum.

At ille respondens, dixit: Scriptum est, Non in pane solo victurus est homo, sed in omni verbo, quod egreditur per os Dei.] Ex veteri testamento est testimonium hoc, Mosis enim sermo est. Nam et Hebræi cibati sunt manna, quod non erat panis, sed per verbum Dei implebat omnem Hebræorum indigentiam, et fiebat omnia quæcunque comedere quisquam cupiebat: nam sive piscem, sive ovum, sive caseum concupiscebat Judæus, illius gustum manna ei præbebat.

Tunc assumit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum supra pinnaculum templi.] Pars quædam templi erat, sicut quæ apud nos dicuntur δίῤῥυτα: videntur enim sicut alæ esse.

Et dicit ei: Si filius Dei es tu, mittito te deorsum. Scriptum est enim, angelis suis mandabit de te, et in manibus portabunt te, ne forte impingas in lapidem pedem tuum.] Si filius Dei es tu, quasi hoc dicat: Ego non credo voci cœlitus missæ: attamen tu, si filius Dei es, ostende mihi. Quamvis filius Dei erat, num, o maledicte, præcipitare debebat seipsum? Tuæ crudelitatis est, præcipitare dæmonio actos, Dei autem salvare. Non autem scriptum est istud, In manibus portabunt te, propter Christum, sed propter sanctos, qui indigent angelico præsidio. Christus autem qui Deus est, non opus illo habet.

Dixit illi Jesus: Rursum scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum.] Mansuete repellit eum Christus, docens et nos mansuetudine dæmones vincere.

Iterum assumit eum diabolus in montem excelsum valde, et monstrat ei omnia regna mundi, et gloriam illorum, et

viam in utrumque latus demittentia. His contrarium erat *compluvium* (*σύῤῥοια*) ex quo aquæ pluviales in medium atrium sive impluvium confluebant.

τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτῷ· ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι.] Τινὲς μὲν νομίζουσιν ὄρος ὑψηλὸν, τὸ τῆς φιλοχρηματίας πάθος, εἰς ὃ σπουδάζει ἀναγαγεῖν τὸν Ἰησοῦν ὁ ἐχθρός· ἀλλ' οὐ καλῶς νομίζουσιν. Αἰσθητῶς γὰρ ἐφάνη αὐτῷ ὁ διάβολος, λογισμοὺς γὰρ ὁ Κύ- 21
ριος οὐκ ἐδέξατο, μὴ γένοιτο. Αἰσθητῶς οὖν αὐτῷ ἔδειξεν ἐν τῷ ὄρει πάσας τὰς βασιλείας, κατὰ φαντασίαν ὑποστήσας αὐτῷ πρὸ ὀφθαλμῶν ταύτας, καὶ ταῦτα πάντα σοι δώσω, φησίν. Ὡς γὰρ ἴδιον ὄντα τὸν κόσμον λογίζεται, ὑπὸ ὑπερηφανίας· τοῦτο δὲ καὶ νῦν λέγει τοῖς πλεονέκταις, ὥστε οἱ προσκυνοῦντες αὐτῷ, ἐκεῖνοι ταῦτα ἔχουσιν.

V. 10 **Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.]** Ὀργίζεται ὁ Κύριος αὐτῷ, ὅτε εἶδεν αὐτὸν τὰ τοῦ Θεοῦ σφετεριζόμενον, καὶ λέγοντα· ταῦτα πάντα σοι δώσω, ὡς ἴδια. Μάθε δὲ πῶς ὠφελοῦσιν αἱ γραφαί· ὁ γὰρ Κύριος ἀπ' αὐτῶν ἐπεστόμισε τὸν ἐχθρόν.

V. 11 **Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.]** Τοὺς τρεῖς πειρασμοὺς ἐνίκησεν ὁ Κύριος, τὸν τῆς γαστριμαργίας, τὸν τῆς κενοδοξίας, καὶ τὸν τῆς φιλοχρηματίας, ἤγουν φιλοπλουτίας. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἄρχοντες τῶν παθῶν· τούτους οὖν νικήσας, καὶ τοὺς ἄλλους πολλῷ μᾶλλον· Luc. iv. 13. ὅθεν ὁ Λουκᾶς φησιν ὅτι πάντα πειρασμὸν ἐτέλεσε, τὰς κεφαλὰς τῶν πειρασμῶν τελέσας· ὅθεν καὶ ἄγγελοι διακονοῦσιν αὐτῷ, ἵνα δειχθῇ ὅτι καὶ ἡμῖν μετὰ τὴν νίκην ἄγγελοι ὑπηρετήσουσι. Πάντα γὰρ δι' ἡμᾶς καὶ ποιεῖ καὶ δείκνυσιν ὁ Χριστός. Ἐπεὶ αὐτῷ ὡς Θεῷ ἀεὶ οἱ ἄγγελοι ὑπουργοῦσιν.

V. 12, 13 **Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ.]** Ἀναχωρεῖ ὁ Ἰησοῦς, παιδεύων ἡμᾶς μὴ ἐπιῤῥίπτειν ἑαυτοὺς τοῖς κινδύνοις. Ἀναχωρεῖ δὲ εἰς τὴν

dicit ei, Hæc omnia tibi dabo, si procideris et adoraveris me.] Quidam putant montem excelsum valde esse divitiarum amorem, in quem conatur adversarius Jesum ducere; sed non recte opinantur. In sensibili enim forma apparuit ei diabolus. Cogitationes enim tales non habuit Dominus, Absit. Sensibiliter igitur ei monstravit in monte omnia regna, ante oculos ea apparere faciens. Et hæc omnia tibi dabo, inquit. Mundum quasi suus proprius esset proponit, præ superbia. Hoc et nunc dicit avaris, ut adorantes se omnia hæc habeant.

Tunc dicit ei Jesus: Vade post me, Satana. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, et illum solum coles.] Irascitur illi dominus, quando videt illum ea quæ Dei sunt sibi vindicantem, et dicentem, Hæc omnia tibi dabo ut propria. Disce autem quomodo prosint scripturæ, per quas Dominus os inimici obturavit.

Tunc omittit illum diabolus, et ecce angeli accedebant et ministrabant ei.] Tres tentationes superavit Dominus, gulæ, vanæ gloriæ, et avaritiæ. Illæ enim præcipuæ sunt affectiones. Has igitur qui vicerit, alias multo magis vincet. Unde Lucas dicit quod omnem tentationem consummaverit, quandoquidem capita tentationum vicit. Proinde angeli ei ministrant: quo commonstretur quod et nobis post victoriam angeli ministraturi sint, omnia enim propter nos et fecit et monstravit Dominus, quoniam ei ut Deo angeli semper ministrant.

Quum audisset autem Jesus, quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam, et relicta Nazareth, profectus habitavit in Capernaum, quæ est apud mare, in confiniis Zabulon et Nephthalim.] Secedit Jesus, docens nos ne temere periculis nos injiciamus. Secedit autem in Galilæam, hoc est, devolubilem. Gentes enim in pec-

Γαλιλαίαν, ὅ ἐστι, τὴν κατακυλιστήν. Τὰ γὰρ ἔθνη εἰς τὴν ἁμαρτίαν κατεκυλίοντο. Καὶ κατοικεῖ ἐν Καπερναοὺμ, ὅ ἐστιν οἶκος παρακλήσεως· ἵνα γὰρ ποιήσῃ τὰ ἔθνη οἶκον τοῦ παρακλήτου, διὰ τοῦτο κατῆλθε. Ζαβουλὼν δὲ ἑρμηνεύεται νυκτερία· Νεφθαλεὶμ δὲ, πλατυσμός· τὰ τοίνυν ἔθνη καὶ νύκτα εἶχον καὶ πλατυσμὸν ἐν τῇ ζωῇ. Οὐ γὰρ τὴν στενὴν ὁδὸν ἐβάδιζον, ἀλλὰ τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν.

V. 14—16 Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· Γῆ Ζαβουλῶν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, ὁδὸν θαλάσσης πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν· ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.] Ὁδὸν θαλάσσης, ἀντὶ τοῦ ἡ πρὸς τὴν ὁδὸν τῆς θαλάσσης κειμένη. Φῶς δὲ μέγα τὸ εὐαγγέλιον· ὁ γὰρ νόμος φῶς καὶ αὐτὸς ἦν, ἀλλὰ μικρόν. Σκιὰ δὲ θανάτου ἡ ἁμαρτία· ὁμοίωμα γὰρ καὶ σκιαγραφία τοῦ θανάτου ἐστίν. Ὡς γὰρ ὁ θάνατος τὸ σῶμα, οὕτως αὕτη τὴν ψυχὴν κατέχει. Ἀνέτειλε δὲ τὸ φῶς ἡμῖν· οὐ γὰρ ἡμεῖς ἐζητήσαμεν αὐτὸ, ἀλλ' ἐκεῖνο ἐπεφάνη ἡμῖν, ὡσανεὶ καταδιῶξαν ἡμᾶς.

V. 17 Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν καὶ λέγειν.] Ἀφ' οὗ ἐδεσμεύθη ὁ Ἰωάννης, ἤρξατο κηρύσσειν ὁ Ἰησοῦς. Ἀνέμενε γὰρ τὸν Ἰωάννην πρότερον μαρτυρῆσαι περὶ αὐτοῦ, καὶ κατασκευάσαι αὐτῷ ὁδὸν, δι' ἧς 22
ἔμελλεν ἐλθεῖν, ὥσπερ καὶ τοῖς δεσπόταις οἱ δοῦλοι προετοιμάζουσιν. Ἴσος γὰρ ὢν τῷ πατρὶ ὁ Κύριος εἶχε καὶ αὐτὸς προφήτην τὸν Ἰωάννην, ὥσπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ Θεὸς εἶχε τοὺς πρὸ τοῦ Ἰωάννου προφήτας, μᾶλλον δὲ κἀκεῖνοι τοῦτε πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ εἰσιν.

Μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.] Βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐστι καὶ ὁ Χριστὸς, ἔστι δὲ καὶ ἡ ἐνάρετος ζωή. Ὅταν γάρ τις ὡς ἄγγελος πολιτεύηται ἐν γῇ, ἆρα οὐκ οὐράνιός ἐστιν; ὥστε ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἐὰν ἀγγελικῶς ζῶμεν.

V. 18, 19 Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας εἶδε δύο ἀδελφοὺς, Σίμωνα τὸν λε-

catis volutantur. Habitat autem in Capernaum, quod est domus consolationis: ut enim faciat gentes domum consolatoris, ob eam causam descendit. Zabulon interpretatur nocturna, Nephthalim autem latitudo. Gentes enim et noctem habebant, et latitudinem in vita: non enim per angustam viam ambulabant, sed per eam quæ in perditionem fert.

Ut impleatur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Terra Zabulon, et terra Nephthalim juxta viam maris trans Jordanem, Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, et sedentibus in regione et umbra mortis lux orta est eis.] Via maris pro eo quod est ad viam maris sitam. Lux autem magna, evangelium: lex enim lux et ipsa erat, sed parva. Umbra autem mortis, peccatum: similitudo enim et adumbratio mortis est. Nam sicut mors corpus, ita et peccatum animam invadit. Orta autem est lux nobis. Non enim quæsivimus illam nos, sed illa apparuit nobis, quasi sequens nos.

Ex hoc cœpit Jesus prædicare ac dicere.] Ex quo tempore detentus est in vinculis Joannes, cœpit prædicare Jesus. Expectavit enim Jesus, ut Joannes prius de se testificaretur, et pararet sibi viam, qua venturus erat: sicut servi ante dominos præparant. Æqualis enim existens patri Dominus, habebat et ipse prophetam Joannem, sicut et pater suus et Deus habuit prophetas ante Joannem, imo et illi et patris sunt et filii.

Resipiscite, in propinquo enim est regnum cœlorum.] Regnum cœlorum est et Christus, est et vita virtutibus prædita. Quando enim quis super terram vivit sicut angelus, nonne cœlestis est? atque ita in unoquoque nostrum est regnum cœlorum, si angelicam vitam agimus.

Ambulans autem apud mare Galilææ vidit duos fratres,

γόμενον Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν· ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς· καὶ λέγει αὐτοῖς.] Οὗτοι τοῦ Ἰωάννου ἐγένοντο μαθηταί. Ζῶντος δὲ ἔτι τοῦ Ἰωάννου, προσῆλθον τῷ Χριστῷ. Ὡς δὲ εἶδον τὸν Ἰωάννην δεσμευθέντα, πάλιν ὑπέστρεψαν εἰς τὴν ἁλιευτικὴν, καὶ οὕτως ἐλθὼν ὁ Χριστὸς ἁλιεύει αὐτοὺς, λέγων·

V. 19, 20 Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. Οἱ δὲ, εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.] Ὅρα ὑπηκόους ἀνθρώπους· εὐθέως ἠκολούθησαν αὐτῷ. Ὅθεν δῆλον ὅτι δευτέρα ἐστὶν ἡ κλῆσις αὕτη. Προδιδαχθέντες γὰρ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, εἶτα ἀφέντες αὐτὸν, ἑτοίμως πάλιν ἠκολούθησαν ἰδόντες αὐτόν.

V. 21 Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφοὺς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν.] Ἀρετὴ μεγίστη τὸ γηροτροφεῖν τὸν πατέρα αὐτῶν, καὶ ἀπὸ δικαίων τρέφεσθαι πόνων.

Καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν.] Πένητες γὰρ ἦσαν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δυνάμενοι νέα ὠνήσασθαι, τὰ παλαιὰ συνέῤῥαπτον.

V. 22 Οἱ δὲ, εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.] Φαίνεται ὁ Ζεβεδαῖος μὴ πιστεύσας, καὶ διὰ τοῦτο ἀφῆκαν αὐτόν. Ὁρᾷς πότε δεῖ ἀφεῖναι τὸν πατέρα, ὅταν ἐμποδίζῃ πρὸς ἀρετὴν καὶ θεοσέβειαν· οὗτοι δὲ ἰδόντες τοὺς προτέρους ἀκολουθοῦντας, εἰκότως ἠκολούθησαν, μιμησάμενοι ἐκείνους.

V. 23 Καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας.] Ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐναντίος τῷ νόμῳ, εἰσέρχεται εἰς τὰς συναγωγὰς τῶν Ἑβραίων.

Καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.] Τῶν σημείων ἄρχεται, ἵνα πιστώσηται ἃ διδάσκει. Νόσος δέ ἐστιν ἡ χρονία κακοπάθεια· μαλακία δὲ ἡ πρόσκαιρος ἀνωμαλία τοῦ σώματος.

Simonem qui dicitur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) et dicit illis.] Hi fuerunt discipuli Joannis. Vivente autem adhuc Joanne, accesserunt ad Christum. Porro ubi Joannem viderunt vinctum, reversi sunt ad piscatoriam, et sic veniens Christus piscatur eos, dicens:

Venite post me, et faciam vos piscatores hominum. Illi autem statim relictis retibus, secuti sunt illum.] Vide obedientes homines, statim secuti sunt illum. Unde manifestum quod hæc secunda vocatio sit. Antea enim docti erant a Christo, deinde reliquerunt eum: nunc autem viso ipso, statim secuti sunt.

Et progressus illinc vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi filium, et Joannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre suo.] Summa virtus est, pascere patrem senem, atque justis ali laboribus.

Sarcientes retia sua.] Pauperes enim erant, et quia non poterant emere nova, reparaverunt vetera.

At illi protinus relicta navi et patre suo, secuti sunt eum.] Apparet Zebedæum non credidisse, et propterea reliquerunt eum. Vides quando oportet relinquere patrem, nempe quando obstat virtuti et pietati. Hi autem ut viderunt priores sequentes Christum, merito secuti sunt, imitantes illos.

Et circumibat Jesus totam Galilæam, docens in synagogis illorum, et prædicans evangelium regni.] Ut monstret quod non contrarius sit legi, ingreditur in synagogas Hebræorum.

Et sanans omnem morbum et omnem languorem in populo.] A signis incipit ut credantur quæ docet: morbus autem est diuturna mala valetudo, languor vero temporarius, et deordinatio in corpore.

V. 24 **Καὶ ἐξῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν. Καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.**] Οὐκ ἀπήτησεν ὁ Χριστός τινα ἐκ τῶν προσαγομένων πίστιν, διότι αὐτὸ τοῦτο πίστεως ἦν, τὸ μακρόθεν προσφέρειν αὐτούς. Σεληνιαζομένους δὲ λέγει τοὺς δαιμονῶντας· ὁ γὰρ δαίμων, θέλων ἐνσπεῖραι τοῖς
ἀνθρώποις ὅτι οἱ ἀστέρες κακοποιοί εἰσιν, ἐπετήρει τὴν σε- 23
λήνην ὁλόκυκλον οὖσαν, καὶ τότε ἐπετίθετο, ἵνα δόξῃ ἡ σελήνη τοῦ πάθους αἰτία, καὶ διαβληθῇ ἡ δημιουργία τοῦ Θεοῦ· ὥσπερ καὶ οἱ Μανιχαῖοι ἐπλανήθησαν.

V. 25 **Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ Δεκαπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, καὶ Ἰουδαίας καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου.**

ΚΕΦ. ε΄.

ΙΔΩΝ δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος.] Διδάσκων ἡμᾶς μὴ κατ' ἐπίδειξίν τι ποιεῖν, ἀναβαίνει εἰς τὸ ὄρος· ἐπεὶ γὰρ ἔμελλε διδάσκειν, παιδεύει ἡμᾶς τῶν ἐν μέσῳ ἀναχωρεῖν θορύβων, ὅταν διδάσκωμεν.

Καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.] Οἱ μὲν ὄχλοι διὰ τὰ θαύματα, οἱ δὲ μαθηταὶ διὰ τὰ διδάγματα προσέρχονται· ὅθεν καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι τὰ θαύματα, καὶ θεραπεῦσαι τὰ σώματα, θεραπεύει καὶ τὰς ψυχὰς, ἵνα μάθωμεν ὅτι καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων αὐτός ἐστι δημιουργός.

V. 2 **Καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ.**] Διὰ τί πρόσκειται τὸ, ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ; φαίνεται γὰρ ὅτι περιττόν ἐστιν. Ἀλλ' οὐχὶ, καὶ μὴ ἀνοίγων γὰρ τὸ στόμα ἐδίδασκεν. Πῶς; διὰ τοῦ βίου καὶ τῶν θαυμάτων· νῦν δὲ ἀνοίγων τὸ στόμα διδάσκει.

Ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων.] Οὐ τοὺς μαθητὰς μόνους, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄχλον· ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῶν μακαρισμῶν, ὥσπερ καὶ ὁ Δαυὶδ ἀπὸ μακαρισμοῦ ἤρξατο. Ps. i. 1.

Et abiit fama illius in totam Syriam, et attulerunt ad eum omnes male affectos, variis morbis et torminibus contractos, et lunaticos, et paralyticos: et curavit eos.] Non petiit Christus ab aliquo ex iis qui adducebantur, fidem: nam istud ipsum a longe afferre, fidei erat. Lunaticos autem dicit dæmoniacos. Dæmon enim volens hominibus persuadere quod stellæ maleficæ sint, observat lunam quum integra est, et tunc insidiatur, ut videatur luna passionis et morbi causa, et rejiciatur opificium Dei: quemadmodum et Manichæi erraverunt.

Et secutæ sunt eum turbæ multæ a Galilæa, et Decapoli, et Hierosolymis, et Judæa, et a regionibus trans Jordanem sitis.

CAPUT V.

ET quum vidisset turbas, ascendit in montem.] Docens nos nihil ad ostentationem esse faciendum, ascendit in montem. Quandoquidem enim docturus erat, erudit nos a media secedere turba, quando docemus.

Et cum sedisset ipse, accesserunt ad eum discipuli ejus.] Cætera quidem turba propter miracula, discipuli autem propter doctrinam accedunt: unde postquam curavit corpora, et fecit miracula, curat et animas, ut discamus quod et animarum et corporum sit opifex.

Et aperto ore suo.] Quare additum est, aperto ore suo? videtur quod superfluat. Minime: docuit enim etiam non aperiendo os suum. Quomodo? per vitam et miracula; nunc autem aperiens os docet.

Docebat eos, dicens.] Non tantum discipulos, sed et turbam. Incipit autem a beatitudinibus, sicut et David a beatitudine incepit.

V. 3 **Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.**] Τὴν ταπεινοφροσύνην προκαταβάλλεται ὥσπερ θεμέλιον. Ἐπεὶ γὰρ ἐκ τῆς ὑπερηφανίας ἔπεσεν ὁ Ἀδὰμ, διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης ἀνορθοῖ ἡμᾶς ὁ Χριστός· ἤλπισε γὰρ Ἀδὰμ Θεὸς γενέσθαι. Οἱ συντετριμμένοι δὲ τῇ ψυχῇ, οὗτοι πτωχοὶ τῷ πνεύματι.

V. 4 **Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.**] Οἱ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι πενθοῦντες, οὐχὶ ἐπί τινι τῶν βιωτικῶν. Πενθοῦντες δὲ εἶπε, τουτέστιν, ἀεὶ καὶ οὐχ ἅπαξ· καὶ οὐχ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν τοῦ πλησίον. Παρακληθήσονται δὲ καὶ ἐνταῦθα· ὁ γὰρ πενθῶν δι' ἁμαρτίαν χαίρει πνευματικῶς· καὶ ἐκεῖ δὲ πολλῷ μᾶλλον.

V. 5 **Μακάριοι οἱ πρᾳεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.**] Τινὲς γῆν, τὴν νοητήν φασιν, ἤτοι τὸν οὐρανόν· πλὴν ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ταύτην νόει. Ἐπεὶ γὰρ νομίζονται οἱ πρᾳεῖς καταπεφρονημένοι καὶ ἀποστερούμενοι τῶν ὑπαρχόντων, φησὶν ὅτι μᾶλλον οὗτοι τὰ πάντα ἔχουσι. Πρᾳεῖς δέ εἰσιν οὐχ οἱ μηδόλως ὀργιζόμενοι, οἱ τοιοῦτοι γὰρ
ἀναίσθητοι, ἀλλ' οἱ θυμὸν μὲν ἔχοντες, κρατοῦντες δὲ, καὶ 24
ὅτε δεῖ ὀργιζόμενοι.

V. 6 **Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.**] Ἐπειδὴ μέλλει περὶ ἐλεημοσύνης εἰπεῖν, δείκνυσι πρῶτον ὅτι δεῖ δικαιοσύνην μετιέναι, καὶ μὴ ἐξ ἁρπαγῆς ἐλεεῖν. Μετὰ ἐπιθυμίας δὲ ἁπάσης δεῖ μετέρχεσθαι τὴν δικαιοσύνην· τὸ γὰρ πεινῶντες καὶ διψῶντες τοῦτο σημαίνει. Ἐπειδὴ δὲ δοκοῦσιν οἱ πλεονέκται εὔποροι εἶναι καὶ χορτάζεσθαι, φησὶν ὅτι οἱ δίκαιοι μᾶλλον καὶ ἐνταῦθα χορτασθήσονται, αὐτοὶ γὰρ ἔχουσι τὰ ἴδια μετὰ ἀσφαλείας.

V. 7 **Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.**] Οὐχὶ διὰ χρημάτων μόνον ἐστὶν ἐλεεῖν, ἀλλὰ καὶ λόγου· κἂν μηδὲν ἔχῃς, διὰ δακρύων. Ἐλεηθήσονται δὲ καὶ ἐνταῦθα παρὰ ἀνθρώπων. Ὁ γὰρ χθὲς ἐλεήμων ἐὰν

Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum cœlorum.] Primum humilitatem animi ceu fundamentum jacit. Nam quoniam propter superbiam Adam cecidit, per humilitatem erigit nos Christus, quandoquidem Deus fieri sperabat Adam. Contriti autem anima, sunt pauperes spiritu.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient.] Qui propter peccata lugent, non propter temporalia. Lugentes autem dixit, semper scilicet et non semel: et non pro nostris peccatis tantum, sed et pro peccatis proximorum. Consolationem vero accipient et in hac vita, qui enim luget propter peccata gaudet spiritualiter: et in cœlo quoque multo magis gaudebit.

Beati mites, quoniam ipsi hæreditatem accipient terræ.] Aliqui spiritualem terram dicunt, sive cœlum: verum tu et hanc terram intellige, quoniam enim putantur mites despecti esse et inopes, dicit quod hi magis omnia habeant. Mites autem sunt, non qui prorsus non irascuntur, tales enim insipientes sunt et insensati, sed qui iræ quidem vim habent, continent tamen, et quando oportet irascuntur.

Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam illi saturabuntur.] Quandoquidem de misericordia dicturus est, ostendit primum servandam justitiam, et eleemosynam non ex rapina dandam. Porro justitia omni cum alacritate exercenda est, quod significat cum dicit: esurientes et sitientes. Quoniam autem avari quidam abundantes esse videntur et saturati, dicit quod justi magis etiam hic satientur, quia propria secure possident.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.] Non in solis divitiis est misericordia, sed in sermone: et si nihil habes, etiam in lacrymis. Misericordiam autem consequentur et hic ab hominibus. Qui enim heri misericors fuit, etiam si hodie inops sit, ab

ἀπορήσῃ σήμερον, παρὰ πάντων ἐλεηθήσεται, καὶ ἐκεῖ δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ μειζόνως.

V. 8 **Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.**] Πολλοί εἰσιν οὔτε ἁρπάζοντες, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐλεοῦντες· πλὴν πορνεύουσι καὶ ἀκάθαρτοι ἄλλως εἰσίν. Ὁ γοῦν Χριστὸς κελεύει μετὰ τῶν ἄλλων ἀρετῶν καὶ καθαροὺς, ἤτοι σώφρονας, εἶναι· οὐ μόνον τῷ σώματι, ἀλλὰ καὶ τῇ καρδίᾳ. Τοῦ ἁγιασμοῦ γὰρ ἤτοι τῆς σωφροσύνης χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Ὥσπερ γὰρ τὸ κάτοπτρον ἐὰν ᾖ καθαρὸν, τότε δέχεται τὰς ἐμφάσεις, οὕτω καὶ ἡ καθαρὰ ψυχὴ δέχεται ὄψιν Θεοῦ, καὶ τὴν τῶν γραφῶν γνῶσιν.

Heb. xii. 14.

V. 9 **Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.**] Οὐ μόνον οἱ εἰρηνεύοντες αὐτοὶ πρὸς πάντας, ἀλλὰ καὶ οἱ ἑτέρους στασιάζοντας καταλλάσσοντες· εἰρηνοποιοὶ δέ εἰσι καὶ οἱ διὰ διδασκαλίας τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ ἐπιστρέφοντες. Υἱοὶ δὲ Θεοῦ οἱ τοιοῦτοι· καὶ γὰρ καὶ ὁ μονογενὴς κατήλλαξεν ἡμᾶς τῷ Θεῷ.

V. 10 **Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.**] Οὐ μόνοι οἱ μάρτυρες διώκονται, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἕνεκεν τοῦ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ πάσης ἁπλῶς ἀρετῆς· δικαιοσύνη γὰρ, ἡ πᾶσα ἀρετή· ἐπεὶ καὶ κλέπται καὶ φονεῖς διώκονται, ἀλλ' οὐ μακάριοι.

V. 11 **Μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσιν.**] Πρὸς αὐτοὺς λοιπὸν τοὺς ἀποστόλους ἀποτείνεται, δεικνὺς ὅτι μάλιστα τῶν διδασκάλων ἴδιον τὸ ὀνειδίζεσθαι.

Καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ.] Οὐχ ὁ ἁπλῶς ὀνειδιζόμενος μακάριος, ἀλλ' ὅταν καὶ διὰ Χριστὸν, καὶ ψευδῶς. Ἐὰν δὲ μὴ τὰ δύο ταῦτα προσῇ, ἄθλιος ἐκεῖνος, ὡς πολλοὺς σκανδαλίζων.

V. 12 **Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς.**] Ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐκ εἶπε μισθὸν πολὺν, ἐνταῦθα δὲ, δεικνύων ὅτι τὸ ὑπομεῖναι

omnibus misericordiam consequetur, atque illic multo majorem a Deo.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.] Multi sunt non rapientes, sed et misericordes, veruntamen scortantur et alias immundi sunt. At Christus jubet cum aliis virtutibus etiam mundos, hoc est, castos esse: non solum corpore, sed et corde. Nam absque sanctificatione, hoc est, castitate, nullus videbit Deum. Sicut speculum, si fuerit mundum, tunc accipit imagines: ita et anima pura faciem Dei et scripturarum scientiam suscipit.

Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur.] Non solum illi qui cum aliis pacem habent, sed et qui seditiosos alios conciliant. Pacifici autem sunt et qui per doctrinam inimicos Dei convertunt. Filii autem Dei fiunt tales; etenim unigenitus conciliavit nos Deo.

Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.] Non soli martyres, sed et multi persecutionem patiuntur, quia juvant injuria afflictos, et in summa omnem virtutem fovent. Justitia enim est omnis virtus. Fures autem et homicidæ, tametsi etiam ipsi persecutionem patiantur, non sunt tamen beati.

Beati estis, cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint.] Ad ipsos apostolos deinceps se convertit, ostendens quod maxime proprium sit doctoribus opprobria audire.

Et dixerint omne malum verbum contra vos, mentientes propter me.] Non quicunque exprobratur, beatus est, sed qui et propter Christum, et falso: si autem duo hæc non affuerint, miser ille est, utpote multis existens offendiculo.

Gaudete et exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis.] Quum de aliis loqueretur, non dixit mercedem multam: hic autem ostendit, quod sustinere opprobrium,

ὄνειδος, μέγα καὶ χαλεπώτατον. Πολλοὶ γὰρ καὶ ἀπηγχόνισαν ἑαυτούς. Καὶ ὁ Ἰὼβ δὲ τοὺς ἄλλους ὑπομείνας πειρασμοὺς, τότε μάλιστα ἐταράχθη, ὅτε ὠνείδιζον αὐτῷ οἱ φίλοι, ὡς δι' ἁμαρτίας πάσχοντι.

Οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν.] Ἵνα μὴ ὑπονοήσωσιν οἱ ἀπόστολοι, ὅτι διὰ τὸ ἐναντία τινὰ διδάσκειν διωχθήσονται, παραμυθεῖται αὐτοὺς, λέγων ὅτι, καὶ οἱ πρὸ ὑμῶν προφῆται δι' ἀρετὴν ἠλαύνοντο· ὥστε παραμυθίαν ἔχετε τὰ ἐκείνων πάθη.

V. 13 **Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς.**] Οἱ μὲν προφῆται εἰς ἓν ἔθνος ἀπεστάλησαν· ὑμεῖς δὲ τῆς γῆς ἁπάσης ἐστε τὸ ἅλας, διὰ τῆς διδασκαλίας καὶ τῶν ἐλέγχων στύφοντες τοὺς χαύνους, ἵνα μὴ γεννήσωσι τοὺς ἀτελευτήτους σκώληκας· ὥστε μὴ ἀποβάλλητε τὴν στρυφότητα τῶν ἐλέγχων, κἂν ὀνειδίζησθε, κἂν διώκησθε. Διό φησιν·

Ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.] Ὁ γὰρ διδάσκαλος ἐὰν μωρανθῇ, τουτέστιν εἰ οὐκ ἐλέγχει καὶ στύφει, ἀλλὰ χαυνωθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται, τουτέστι διορθωθήσεται; ἀπὸ τότε οὖν ἔξω ῥίπτεται τοῦ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος, καὶ καταπατεῖται, τουτέστι καταφρονεῖται.

V. 14 **Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου.**] Πρότερον ἅλας, καὶ τότε φῶς. Ὁ γὰρ ἐλέγχων τὰ κρυφῇ πραττόμενα, ἐκεῖνός ἐστι φῶς. Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστιν. Οὐκ ἔθνος δὲ ἓν ἐφώτισαν οὗτοι, ἀλλὰ τὸν κόσμον.

Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη.] Παιδεύει αὐτοὺς ἀναγωνίους εἶναι καὶ ἀκριβεῖς περὶ τὸν βίον, ὡς παρὰ πάντων βλέπεσθαι μέλλοντας. Μὴ γὰρ νομίσητε, φησὶν, ὅτι ἐν γωνίᾳ κρυβήσεσθε, ἀλλὰ περίβλεπτοι ἔσεσθε, ὥστε βλέπετε πῶς ἀμώμως ζήσεσθε, ἵνα μὴ καὶ ἑτέρους σκανδαλίζητε.

V. 15 **Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν ὑπὸ τὸ μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ.**] Ἐγὼ μὲν, φησὶν, ἧψα τὸ φῶς, τὸ δὲ

magnum sit et gravissimum. Multi enim suspenderunt seipsos. Et Job, quamvis sustinebat multas tentationes alias, tunc tamen maxime turbabatur, cum exprobrarent ei amici quasi propter peccata sua pateretur.

Sic enim persecuti sunt prophetas, qui ante vos fuerunt.] Ut ne suspicentur apostoli, quod persecutionem patiantur eo quod contraria quædam docuerint, consolatur eos, dicens, Quia et ante vos prophetis propter virtutem hoc accidit: unde illorum passiones vos consolari debent.

Vos estis sal terræ.] Prophetæ ad unam gentem missi sunt, vos autem totius terræ sal estis, mordentes et condientes doctrina et reprehensionibus dissolutos, ut non pariant vermes perpetuos: propterea ne abjiciatis mordacitatem reprehensionum, etiamsi persecutionem patiamini, et vobis exprobrent. Ideo dicit:

Quod si sal insulsus fiat, in quo salietur? ad nihil valet ultra, nisi ut projiciatur foras, et conculcetur ab hominibus.] Si doctor enim insulsus fiat, hoc est, si non arguit et constringit, sed mollis est et laxus, in quo salietur, hoc est, corrigetur? Tunc igitur foras projicitur a doctorum dignitate, et conculcatur, hoc est, despicitur.

Vos estis lux mundi.] Prius sal, deinde lux. Qui enim reprehendit quæ occulte fiunt, ille lux est. Omne enim quod manifestat, lux est: non gentem autem unam illustraverunt illi, sed mundum.

Non potest civitas occultari, quæ supra montem sita est.] Docet eos, ut durent in certamine, et diligentem vitæ suæ rationem habeant, ut ii, in quos omnes spectant. Ne igitur putetis, inquit, quod in angulo latituri sitis, sed spectabiles eritis, et ideo videte quomodo citra maculam agatis vitam, ut ne et aliis offendiculo sitis.

Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modium, sed super candelabrum, et lucet omnibus qui in domo sunt.] Ego enim accendi lumen, vestri autem sit studii, ne gra-

μὴ σβεσθῆναι τὴν χάριν τῆς ὑμετέρας ἔστω σπουδῆς, ὡς ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις λάμπῃ ἡ λαμπρότης τοῦ ὑμετέρου βίου. Φησὶ γοῦν·

V. 16 **Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.]** Οὐκ εἶπεν ὅτι, ὑμεῖς ἐπιδεικνύετε τὴν ἀρετὴν, τοῦτο γὰρ οὐ καλὸν, ἀλλ' ἐκείνη μόνη λαμψάτω, ὥστε καὶ τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν θαυμάζειν, καὶ δοξάζειν, οὐχ ὑμᾶς, ἀλλὰ τὸν πατέρα ὑμῶν. Ὥστε ἐὰν πράττωμεν ἀρετὴν, εἰς δόξαν δεῖ τοῦ Θεοῦ ταύτην πράττειν, οὐκ εἰς ἡμετέραν.

V. 17 **Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλα πληρῶσαι.]** Ἐπειδὴ ἔμελλεν αὐτὸς νόμους εἰσάγειν καινοὺς, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι ἀντίθεός ἐστι, φησὶ προθεραπεύων τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν, ὅτι, οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ μᾶλλον πληρῶσαι. Πῶς δὲ ἐπλήρωσε; πρῶτον μὲν ὅτι, ὅσα εἶπον περὶ αὐτοῦ οἱ προφῆται, ἐποίησε. Διὸ καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς συχνάκις λέγει· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου. Ἀλλὰ καὶ τὰς τοῦ νόμου ἐντολὰς πάσας ἐπλήρωσεν. Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Καὶ ἄλλως δὲ ἐπλήρωσε τὸν νόμον, τουτέστιν, ἀνεπλήρωσεν· ὅσα γὰρ ἐκεῖνος ἐσκιαγράφησε, ταῦτα οὗτος 26
τελείως ἐζωγράφησεν. Ἐκεῖνος, τὸ, μὴ φονεύσῃς· οὗτος, τὸ μηδὲ θυμωθῇς εἰκῇ. Ὥσπερ καὶ ὁ ζωγράφος οὐ καταλύει τὴν σκιαγραφίαν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀναπληροῖ.

1 Pet. ii. 22.

V. 18 **Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν.]** Τὸ ἀμὴν βεβαιωτικόν ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, ναὶ λέγω ὑμῖν.

Ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.] Δείκνυσιν ἐνταῦθα ὅτι ὁ κόσμος παρέρχεται καὶ μετασχηματίζεται. Λέγει τοίνυν ὅτι ἕως οὗ συνίσταται τὸ πᾶν, οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον γράμμα ἐκ τοῦ νόμου παρέλθοι. Ἄλλοι δὲ τὸ ἰῶτα καὶ τὴν κεραίαν τὰς δέκα τοῦ νόμου ἐντολάς φασιν· ἄλλοι δὲ τὸν σταυρόν· τοῦ

tia extinguatur, ita ut et aliis luceat fulgor vitæ vestræ. Inquit enim:

Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.] Non dixit, ipsi ostendite virtutem, hoc enim non esset bonum, sed illa per se luceat, ut et inimici vestri admirentur, et glorificent, non vos, sed patrem vestrum. Et si ita operamur virtutem, in gloriam Dei oportet eam operari, non in nostram.

Ne existimetis, quod venerim ad destruendam legem vel prophetas: non veni ut destruam, sed ut adimpleam.] Quoniam ipse novas leges introducturus erat, ut ne putetur quod Deo adversarius sit, dixit prius occurrens pravæ quorundam suspicioni, quod non destruat, sed magis adimpleat legem. Quomodo autem adimplevit? Primum quidem, quia perfecit omnia quæ de eo prædixerunt prophetæ. Ideo et evangelista subinde dicit, Ut impleatur quod dictum est de eo per prophetam. Deinde et omnia mandata legis implevit. Peccatum enim non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus. Quin et alia ratione adimplevit legem, hoc est denuo implevit: quæcumque enim illa adumbravit, ea hic perfecte depinxit. Illa dixit, Ne occidas: hic vero dixit, Ne temere irascaris. Sicut et pictor non delet lineamenta prima, sed magis illustrat et adimplet.

Amen dico vobis.] Amen affirmativa particula est pro, etiam dico vobis.

Donec prætereat cœlum et terra, iota unum aut apex unus non præteribit ex lege, quoad omnia facta fuerint.] Ostendit hic, quod mundus præterit et transfiguratur. Dicit igitur quod quamdiu subsistit universum, neque minima litera e lege transibit. Alii autem iota et apicem decem legis præcepta dicunt, alii autem crucem,

γὰρ σταυροῦ ἰῶτά ἐστι τὸ ὀρθὸν ξύλον, καὶ κεραία τὸ πλάγιον. Φησὶ τοίνυν ὅτι τὰ περὶ τοῦ σταυροῦ εἰρημένα πληρωθήσεται.

V. 19 Ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.] *Ἐλαχίστας ἐντολὰς λέγει, ἃς μέλλει αὐτὸς παραδοῦναι, οὐ γὰρ τὰς νομικάς. Ὀνομάζει δὲ αὐτὸς ἐλαχίστας διὰ ταπείνωσιν, ἵνα καὶ σὲ παιδεύσῃ μετριοφρονεῖν ἐπὶ ταῖς διδασκαλίαις. Ἐλάχιστος δὲ κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῇ ἀναστάσει ἔσχατος, καὶ ἀπεῤῥιμμένος εἰς γέενναν. Οὐ γὰρ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσελεύσεται, ἄπαγε· ἀλλὰ βασιλείαν, τὴν ἀνάστασιν νόει.*

Ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.] *Πρῶτον τὸ ποιήσῃ, καὶ τότε τὸ διδάξῃ. Πῶς γὰρ ἄλλον ὁδηγήσω εἰς ὁδὸν ἣν οὐ διώδευσα; πάλιν δὲ ἐὰν ποιῶ μὲν ἐγὼ, οὐ διδάσκω δὲ, οὐκ ἔχω τοσοῦτον μισθὸν, πολλάκις δὲ καὶ κατάκρισιν, ὅταν διὰ φθόνον ἢ ὄκνον οὐ διδάσκω.*

V. 20 Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.] *Δικαιοσύνην λέγει τὴν πᾶσαν ἀρετήν· ὡς τὸ, δίκαιος ἦν Ἰὼβ, ὅσιος, ἄμεμπτος· φρίξον οὖν, ἄνθρωπε, ἐννοήσας πόσον ἀπαιτούμεθα. Εἶτα διδάσκει ἡμᾶς, πῶς ἂν περιττεύσωμεν· καὶ καταλέγει τὰς ἀρετάς.*

V. 21 Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει.] *Τὸ παρὰ τίνος ἐῤῥέθη, οὐ λέγει· εἰ γὰρ εἶπεν ὅτι, ὁ μὲν πατήρ μου εἶπε τοῖς ἀρχαίοις, ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἔδοξεν ἂν ἀντινομοθετεῖν τῷ πατρί. Πάλιν εἰ εἶπεν ὅτι, ἐγὼ εἶπον τοῖς ἀρχαίοις, δυσπαράδεκτος ἂν ἐγένετο. Ἀορίστως οὖν λέγει ὅτι, ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· δείκνυσι δὲ ὅτι ἐπαλαιώθη ὁ νόμος ἐν τῷ εἰπεῖν ὅτι, ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐπαλαιώθη, καὶ ἐγγύς ἐστιν ἀφανισμοῦ, δεῖ ἀφεῖναι αὐτὸν καὶ δραμεῖν ἐπὶ τὰ νέα.*

nam crucis iota est rectum lignum, et apex transversum; quo sensu dicit quod ea quæ de cruce dicta sunt, implebuntur.

Quisquis igitur solverit unum ex mandatis his minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum.] Minima mandata dicit, quæ ipse traditurus erat, non legalia. Nominat autem ea minima propter humilitatem: ut et te instruat modeste docendo loqui. Minimus autem vocabitur in regno, hoc est in resurrectione ultimus, et abjectus in gehennam: non enim in regnum cœlorum ingredietur, apage: sed regnum resurrectionem intellige.

Quisquis autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.] Primum ponit, fecerit; postea, docuerit: quomodo enim alium inducam in viam, qua nunquam transivi? Cæterum si fecero, et non docuero, non habebo tantam mercedem: sæpe etiam et condemnationem, si quando propter invidiam vel negligentiam non docuero.

Dico enim vobis quod nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.] Justitiam dicit omnem virtutem: sicut et quum dicitur, Justus erat Job, pius, irreprehensibilis. Horresce, homo, animadvertens quanta a nobis repetantur. Deinde docet nos quomodo abundemus: et enumerat virtutes.

Audistis quod dictum sit priscis, Non occides. Quisquis autem occiderit, obnoxius erit judicio.] Hoc a certo quodam esse dictum non dicit. Si enim dixisset, quod pater meus dixerit priscis, ego autem dico vobis: videri posset diversam a patre legem ponere. Iterum autem si dixisset, Ego dixi priscis, ægre acceptus fuisset sermo. Indefinite igitur dixit, Dictum est antiquis; per hoc autem quod dicit, dictum est antiquis, ostendit antiquatam esse legem: quoniam autem vetera nunc antiquata sunt, et ferme abolita, oportet omissis illis currere ad nova.

V. 22 **Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει.**] Οἱ μὲν προφῆται μέλλοντες προφητεύειν ἔλεγον, τάδε λέγει Κύριος· ὁ δὲ Χριστὸς, ἐγὼ λέγω, δεικνύων τὸ ἐξουσιαστικὸν τῆς θεότητος· οἱ μὲν γὰρ, δοῦλοι, ὁ δὲ, υἱὸς, 27
καὶ τὰ τοῦ πατρὸς πάντα ἔχων. Ὁ ὀργιζόμενος δὲ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἐκεῖνος κατακρίνεται. Ἐὰν δέ τις ὀργίζηται εὐλόγως καὶ ἐπὶ παιδείᾳ καὶ κατὰ ζῆλον πνευματικὸν, οὐ κατακριθήσεται· καὶ ὁ Παῦλος γὰρ ὀργῆς ῥήματα ἐφθέγξατο πρὸς Ἐλύμαν τὸν μάγον, καὶ πρὸς τὸν ἀρχιερέα, οὐ μὲν εἰκῆ, ἀλλὰ κατὰ ζῆλον. Τότε δὲ εἰκῆ ὀργιζόμεθα, ὅταν διὰ χρήματα ἢ δόξαν.

Ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ.] Συνέδριον τὸ δικαστήριον τῶν Ἑβραίων φησί. Τὸ δὲ ῥακὰ σημαίνει ἀντὶ τοῦ σύ· ὥσπερ ἔθος ἔχομεν λέγειν πρός τινα καταφρονούμενον ὑφ' ἡμῶν, ἄπελθε σύ· θέλων οὖν παιδεῦσαι ἡμᾶς καὶ περὶ τὰ μικρὰ ἀκριβεῖς εἶναι, καὶ ἀλλήλους τιμᾷν, παραινεῖ ταῦτα. Τινὲς δὲ τὸ ῥακὰ Συριστὶ κατάπτυστόν φασι σημαίνειν· ὅστις οὖν ὑβρίσει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ κατάπτυστον, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὅτε καθίσουσι κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλάς.

Ὃς δ' ἂν εἴπῃ, μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.] Πολλοὶ λέγουσι καὶ νομίζουσι βαρὺ εἶναι τοῦτο καὶ σκληρὸν, οὐκ ἔστι δέ. Ὁ γὰρ ἀποστερῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ λόγου καὶ φρονήσεως, οἷς τῶν θηρίων διαφέρομεν, πῶς οὐκ ἄξιος γεέννης; ὁ γὰρ λοιδορῶν καὶ ὑβρίζων τὴν ἀγάπην διαλύει, ἥτις διαλυθεῖσα συναναιρεῖ τὰς ἀρετὰς, ὥσπερ καὶ παροῦσα συνιστᾷ. Τὰς ἀρετὰς οὖν πάσας καταλύει ὁ ὑβρίζων, ἐν τῷ τὴν ἀγάπην διασπᾷν· ὥστε εἰκότως ἄξιος τοῦ πυρός.

V. 23, 24 **Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσ-**

Ego autem dico vobis, Omnis qui irascitur fratri suo temere, obnoxius erit judicio.] Prophetæ dicturi futura dicebant, Hæc dicit Dominus: Christus autem, Ego dico, ostendens divinitatis auctoritatem. Illi enim servi erant, ipse autem filius, omnia quæ sunt patris in se possidens. Qui irascitur fratri suo temere, ille condemnatur: Si autem quis irascitur, ratione justa motus, et ut alium erudiat, et spirituali zelo, non condemnabitur. Unde et Paulus verba iræ locutus est ad Elymam magum, et ad pontificem: non temere quidem, sed zelo. Tunc autem temere irascimur, quando propter opes vel gloriam.

Quicumque vero dixerit fratri suo, raca, obnoxius erit concilio.] Concilium vocat Hebræorum tribunal. Raca vero significat idem quod Tu: ut quum ad aliquem contemptum a nobis dicimus, Abi tu. Volens igitur nos et de parvis solicitos esse, et nos invicem venerari, admonet horum. Quidam dicunt raca Syriace respuendum quiddam significare. Quisquis igitur injuria affecerit fratrem suum, contumelia invadens, obnoxius erit concilio sanctorum apostolorum, quando sedebunt judicantes duodecim tribus Israel.

Quicumque autem dixerit, stulte, reus erit gehennæ incendio.] Multi hoc grave et durum esse putant, non est autem. Nam qui fratrem suum ratione et prudentia, quibus a brutis discrepamus, privat, quomodo non dignus gehenna? Etenim qui scommatis et contumeliis persequitur charitatem destruit: qua destructa, simul omnes tolluntur virtutes: sicut omnes conservantur, ea salva. Dissolvit igitur omnes virtutes, qui contumelia proximum afficit, dum charitatem dilacerat: et proinde ignis incendio dignus fuerit.

Si ergo obtuleris munus tuum ad altare et illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te, dimitte illic munus tuum ante altare, et abi, prius reconciliare fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum.] Con-

φερε τὸ δῶρόν σου.] Καταφρονεῖ ὁ Θεὸς τῆς οἰκείας
τιμῆς, ἵνα ἡμεῖς μόνον ἀγαπῶμεν. Ἐὰν δὲ ἔχῃ τι κατὰ σοῦ
ὁ ἀδελφός σου εἰπὼν, οὐδὲν ἄλλο προσέθηκεν. Εἴτε γὰρ
δικαίως εἴτε ἀδίκως ἔχει, διαλλάγηθι. Καὶ οὐκ εἶπεν ἐὰν
ἔχῃς σὺ κατ' ἐκείνου, ἀλλ' ἐὰν ἔχῃ ἐκεῖνός τι κατὰ σοῦ,
σπούδασον αὐτὸν φιλιῶσαί σοι. Προστάττει δὲ ἀφεῖναι τὸ
δῶρον, ἵνα σοι ἀνάγκην ἐνθήσῃ τοῦ καταλλαγῆναι· σὺ γὰρ
θέλων προσενεχθῆναι τὸ δῶρόν σου, ἀναγκασθήσῃ διαλλα-
γῆναι. Ἅμα δὲ δεικνύει ὅτι ἡ ἀγάπη ἐστὶν ἡ ὄντως θυσία.

V. 25, 26 **Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως
ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, μήποτέ σε παραδῷ
ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ
ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ. Ἀμὴν λέγω
σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν
ἔσχατον κοδράντην.**] Τινὲς νομίζουσιν ἀντίδικον λέγε-
σθαι τὸν διάβολον, ὁδὸν δὲ τὸν βίον, παραινεῖν δὲ τὸν Κύ-
ριον οὕτως· ἕως ὅτου εἶ ἐν τῷ βίῳ, τούτῳ, διαλύθητι πρὸς
τὸν διάβολον, ἵνα μὴ ἔχῃ ὕστερον ἐλέγχειν σε περὶ ἁμαρ-
τίας, ὡς ἔχοντά τι τῶν ἐκείνου, καὶ τότε παραδοθῇς τῇ κο-
λάσει, ἄχρι καὶ τῶν ἐσχάτων ἁμαρτημάτων εὐθυνόμενος.
Κοδράντης γάρ ἐστι δύο λεπτά. Σὺ δὲ νόει ὅτι καὶ περὶ 28
τῶν ἐνταῦθα ἀντιδίκων λέγει τοῦτο, παραινῶν μὴ δικάζεσθαι
καὶ ἀπὸ τῶν θείων ἔργων περισπᾶσθαι. Κἂν γὰρ ἠδικήθης,
φησὶ, μὴ ἀπέλθῃς εἰς δικαστήριον, ἀλλ' ἐν τῇ ὁδῷ διαλύθητι,
μήποτε χείρονα πάθῃς διὰ τὴν δυναστείαν τοῦ ἀντιδίκου.

V. 27 **Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη, οὐ μοιχεύσεις.**]
Ἄλλο μοιχεία, καὶ ἄλλο πορνεία· μοιχεία μὲν ἡ εἰς ὕπαν-
δρον, πορνεία δὲ ἡ εἰς ἀπολελυμένην.

V. 28 **Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων
γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν
αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.**] Τουτέστιν, ὁ ἱστάμενος
καὶ περιεργαζόμενος, καὶ ἀνάπτων τὴν ἐπιθυμίαν ἀπὸ τοῦ
βλέπειν, καὶ πάλιν βλέπων πρὸς τὸ πλεῖον ἐπιθυμῆσαι, ὁ
τοιοῦτος τὸ κακὸν ἀπήρτισεν ἤδη ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Εἰ
δὲ τὸ ἔργον οὐκ ἐπέθηκε, τί τοῦτο; οὐκ ἴσχυσεν· ἐπεὶ ἐὰν
ἰσχύσῃ, παραυτίκα τὸ κακὸν τελέσει· πλὴν γίνωσκε ὅτι κἂν

temnit Deus proprium honorem, tantum ut nos diligamus. Quum autem dixisset, si habuerit aliquid contra te frater tuus, nihil aliud apposuit. Sive enim juste sive injuste habeat, reconciliare. Et non dixit, si habes tu contra illum, sed siquid habet ille contra te, conare ut ipsum ad amicitiam reducas. Præcipit autem dimittendum donum, ut tibi necessitatem imponat reconciliandi, et tu si volueris offerre donum, cogaris reconciliari. Docet etiam interim charitatem verum esse sacrificium.

Esto benevolus adversario tuo cito, quamdiu es in via cum eo, ne quando te tradat adversarius judici, et judex te tradat ministro, et in carcerem conjiciaris. Amen dico tibi, neutiquam exibis illinc, donec reddas ultimum quadrantem.] Nonnulli putant adversarium dici diabolum, viam autem vitam: Dominum vero admonere, ut quamdiu in hac vita es, desciscas a diabolo, ne postea possit te de peccato arguere, quasi aliquid de suo habentem, tuncque pœnæ tradaris usque ad ultimum quadrantem pro peccatis corrigendis. Quadrans habet duo minuta. At tu intellige, quod etiam de adversariis qui hic sunt, dicat: per hoc admonens, ne judicio contendas, et ita a divinis operibus avellaris. Etiam si injuria affectus fueris, inquit, ne abeas ad tribunal: sed in via litem solve, ne ob potentiam adversarii graviora patiaris.

Audistis quod dictum sit, Ne mœcheris.] Aliud est mœchia, aliud scortatio: mœchia enim est cum conjugata, scortatio vero cum soluta.

Ego autem dico vobis, quod quicumque aspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.] Hoc est, qui stat, et curiose aspectat, et accendit concupiscentiam suam videndo, et iterum videt, ut magis eam concupiscat, hic malum perfecit jam in corde. Quod si opus non addidit, quid hoc? Non potuit: quia si possit, statim malum patrabit. Verum cognosce, quod et si concupiscamus, deinde prohibeamur

ἐπιθυμήσωμεν, εἶτα κωλυθῶμεν πρᾶξαι τὸ ἔργον, πρόδηλον ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐσκεπάσθημεν. Καὶ αἱ γυναῖκες δὲ, ἐὰν καλλωπίζωνται διὰ τὸ ἀρέσαι τισὶ, κἂν μὴ ἀρέσωσιν, ὅμως ἐκεῖναι τὸ φάρμακον ἐκέρασαν, κἂν μηδεὶς πίνῃ.

V. 29, 30 **Ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζῃ σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. Συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. Καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζῃ σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. Συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν.]** Ὀφθαλμὸν καὶ χεῖρα ἀκούων, μὴ νόμιζε περὶ τῶν μελῶν τοῦτο λέγεσθαι, οὐ γὰρ ἂν προσέθηκε τὸ, ὁ δεξιὸς καὶ ἡ δεξιά· ἀλλὰ περὶ τῶν δοκούντων φίλων καὶ βλαπτόντων ἡμᾶς. Οἷον· ἔστι τις νέος, ἔχων φίλους ἀκολάστους, καὶ βλάπτεται. Τούτους οὖν ἀπότεμνε, φησί· τάχα μὲν γὰρ κἀκείνους σώσεις, εἰς αἴσθησιν ἐλθόντας· εἰ δὲ μὴ, κἂν σεαυτόν. Εἰ δὲ στέργεις τὴν πρὸς ἐκείνους φιλίαν, ἀμφότεροι ἀπολεῖσθε.

V. 31 **Ἐῤῥέθη δὲ ὅτι, ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον.]** Μωϋσῆς ἐκέλευσεν, ἐάν τις μισῇ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, χωρίζεσθαι αὐτῆς, ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηται· μισουμένη γὰρ ἴσως ἂν καὶ ἐφονεύθη· διδόναι δὲ τῇ διαζευγνυμένῃ γραμματεῖον ἀπολυτικὸν, ὃ ἐκαλεῖτο ἀποστάσιον· ὡς ἂν μηκέτι ἐπ' αὐτὸν ἐπανέλθοι, καὶ ἐκ τούτου γένηται σύγχυσις, ἑτέρᾳ συνοικοῦντος τοῦ ἀνδρός.

V. 32 **Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ ὃς ἂν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται.]** Οὐ λύει δὲ τὰ Μωσαϊκὰ, ἀλλὰ διορθοῦται, ἐκφοβῶν τὸν ἄνδρα, ἵνα μὴ ἀλόγως μισῇ τὴν γυναῖκα. Ἐὰν γὰρ ἀπολύσῃ αὐτὴν εὐλόγως, τουτέστι πορνεύσασαν, ἀκατάκριτός ἐστιν· εἰ δὲ χωρὶς πορνείας, κατάκριτος, ἀναγκάζει γὰρ αὐτὴν μοιχᾶσθαι. Ἀλλὰ καὶ ὁ δεχόμενος ταύτην μοιχός ἐστιν. Εἰ γὰρ μὴ ἐδέξατο, ἐπανέστρεψεν ἂν ἐκείνη, καὶ

facere opus: signum est quod manifeste a gratia protecti fuerimus. Ita et mulieres dum se ornant, ut aliquibus placeant, etiamsi non placeant, attamen pharmacum miscuerunt, etiamsi nullus bibat.

Et si oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue illum, et abjice a te. Utile enim tibi est ut pereat unum ex membris tuis, et non totum corpus mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua obstiterit tibi, amputa eam, et projice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, et non totum corpus tuum conjiciatur in gehennam.] Oculum et manum audiens, ne existimes de membris his dici, non enim apposuisset, dexter et dextera: sed de his qui videntur esse amici, et nocent nobis. Ut exempli gratia, adolescens est, cui sunt amici intemperantes, a quibus damnum accepit: hos igitur amputa, inquit. Fortassis enim et illos servabis, ubi hoc persenserint: quod si minus, certe vel teipsum. Si autem amas illorum amicitiam, utrique peribitis.

Dictum est autem, quod quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii.] Moses jussit, si quis oderit uxorem suam, separetur ab ea, ut ne quid gravius contingat. Nam quum odio habetur, fortassis occidi posset. Dare autem jubet dimissæ libellum, quem vocabant repudiarium, ita ut jam non ad ipsum accedat, et ex hoc fiat confusio, viro alteri cohabitante.

Ego autem dico vobis, quod quisquis dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: et qui dimissam duxerit, mœchatur.] Non solvit Mosaica sed corrigit, exterrens virum, ut ne absque causa odio habeat uxorem. Nam si justa de causa dimiserit eam, nempe fornicantem, nulli condemnationi est obnoxius. Quod si absque fornicationis causa, condemnandus est, cogit enim eam mœchari: sed et qui accipit eam, mœchus est. Nisi enim ille accepisset, rediisset utique

ὑπετάγῃ τῷ ἀνδρί. Τὸν γὰρ Χριστιανὸν δεῖ εἰρηνοποιὸν 29
εἶναι καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ πολλῷ πλέον πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα.

V. 33 Πάλιν ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου.] Τουτέστιν, ὅταν ὀμνύῃς, ἀλήθευε.

V. 34, 35 Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιον ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως.] Ἐπειδὴ οἱ Ἰουδαῖοι τοῦ Θεοῦ λέγοντος ἤκουον, ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ
Esai. lxvi. 1.
δὲ γῆ ὑποπόδιον, ὤμνυον κατὰ τῶν τοιούτων. Ὁ τοίνυν Κύριος κωλύων αὐτοὺς οὐ λέγει ὅτι, ἐπειδὴ καλὸς καὶ μέγας ἐστὶν ὁ οὐρανὸς, καὶ χρησίμη ἡ γῆ, διὰ τοῦτο μὴ ὀμνύετε· ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· ἡ δὲ ὑποπόδιον, ἵνα μὴ εἰδωλολατρία χώραν ἕξῃ. Ἐθεοποιήθησαν γὰρ ἂν τὰ στοιχεῖα παρὰ τῶν εἰς αὐτὰ ὀμνυόντων, ὃ καὶ πρότερον ἐγένετο.

V. 36 Μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι.] Ὁ Θεὸς μόνος ὀμνύει καθ' ἑαυτοῦ, ὡς μηδενὶ ὑποκείμενος· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐξουσιάζοντες ἑαυτῶν πῶς ἂν ὀμόσαιμεν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν; ἑτέρου γὰρ τὸ κτῆμα. Εἰ γὰρ σή ἐστιν ἡ κεφαλὴ, ἄλλαξον εἰ δύνασαι μίαν τρίχα.

V. 37 Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, ναὶ, ναί· οὒ, οὔ.] Ἵνα μὴ εἴπῃς, καὶ πῶς πιστευθήσομαι; φησὶν, ἐὰν ἀεὶ ἀληθεύῃς, καὶ μηδέποτε ὀμνύῃς. Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀπιστεῖται, ὡς ὁ προχείρως ὀμνύων.

Τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστι.] Τὸ ὀμνύειν, φησὶ, περισσὸν ὂν παρὰ τὸ ναὶ καὶ τὸ οὒ, τοῦ διαβόλου ἐστίν. Ἀλλ' ἐρεῖς ὅτι, καὶ λοιπὸν ὁ νόμος Μωσέως, κελεύων ὀμνύειν, πονηρὸς ἦν; μάθε οὖν, ὅτι οὐκ ἦν πονηρὸν τότε τὸ ὀμνύειν. Μετὰ δὲ Χριστὸν, ἐστὶ πονηρόν· ὥσπερ καὶ τὸ περιτέμνεσθαι, καὶ ἁπλῶς τὸ Ἰουδαΐζειν.

illa, et subdita fuisset viro. Christianum autem oportet esse pacificum, etiam ad alios, et multo magis cum uxore sua pacem habere.

Iterum audistis quod dictum sit priscis, Non pejerabis, sed persolves Domino juramenta tua.] Hoc est, quando juras, vera loquere.

V. 8—10 **Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη· Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας, καὶ λέγω τούτῳ, πορεύθητι, καὶ πορεύεται· καὶ ἄλλῳ, ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ μου, ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ. Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐθαύμασε, καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθοῦσιν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.]** Εἰ ἐγὼ, φησὶ, βασιλέως δοῦλος ὢν, τοῖς ὑπ' ἐμὲ στρατιώταις ἐπιτάττω, σὺ πολλῷ μᾶλλον δύνασαι ἐπιτάττειν τῷ θανάτῳ καὶ ταῖς νόσοις, ὥστε ἀπὸ τοῦδε μὲν ἀναχωρεῖν, ἄλλῳ δὲ ἐπιτίθεσθαι· αἱ γὰρ σωματικαὶ νόσοι στρατιῶται καὶ ἔκδικοί εἰσι τοῦ Θεοῦ. Θαυμάζει τοίνυν ὁ Χριστὸς, λέγων ὅτι, οὐδὲ ἐν τοῖς Ἰσραηλίταις τοσαύτην πίστιν εὗρον ὅσην ἐν τῷ ἐθνικῷ.

se sacerdoti. Nam nisi sacerdos mundum pronunciasset, extra civitatem illi manendum fuisset. Præcepit quoque ut offerat donum in testimonium Judæis: hoc est, Quando me arguent ut destructorem legis, tu mihi testis eris, qui nunc jussus es a me ut offeras ea quæ lege præcipiuntur.

At cum ipse ingressus esset Capernaum, accessit ad eum centurio, obsecrans eum, et dicens.] Neque hic in monte accessit, ut ne intercluderetur doctrina. Idem autem hic est qui et apud Lucam. Quamvis autem Lucas dicat quod alios miserit nuncios ad Jesum, non contradicit tamen Matthæo dicenti quod ipse accesserit. Verisimile enim est illum principio alios misisse, deinde periculo crescente ipsum accessisse, ac dixisse,

Domine, puer meus decumbit domi paralyticus, graviterque cruciatur. Et dicit illi Jesus: Ego cum venero, curabo eum.] Non attulit puerum in lecto, credens quod et absentem curare posset. Quapropter,

Et centurio respondens dixit, Domine, non sum idoneus ut sub tectum meum ingrediaris, sed tantum dic sermone, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate, et habeo sub me milites, et dico huic, Vade, et vadit: et alteri, Veni, et venit: et servo meo, Fac hoc, et facit. Ut autem hæc audivit Jesus, admiratus est, et dixit his qui sequebantur, Amen dico vobis, ne in Israel quidem tantam fidem inveni.] Si ego, inquit, qui regis servus sum, militibus mihi subditis impero, tu multo magis imperare potes morti et morbis: ita ut ab hoc recedant, ad alium autem veniant. Corporales enim morbi milites sunt et ultores Dei. Proinde admiratur Christus, et dicit, quod neque in Israelitis tantam invenerit fidem, quantam in hoc gentili.

V. 11, 12 *Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.*] Οὐκ εἶπεν ὅτι πολλοὶ ἐθνικοὶ ἀνακλιθήσονται, ἵνα μὴ πλήξῃ τοὺς Ἰουδαίους· ἀλλὰ συνεσκιασμένως εἶπεν, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν. Ἐμνήσθη δὲ τοῦ Ἀβραὰμ, δεικνύων ὅτι οὐκ ἔστιν ἐναντίος τῇ παλαιᾷ. Ἐξώτερον δὲ σκότος εἰπὼν, ἐδήλωσεν ὅτι ἔστι καὶ ἐνδότερον, ὃ καὶ ἐλαφρότερον· βαθμοὶ γάρ εἰσι καὶ ἐν τῇ κολάσει. Υἱοὺς δὲ βασιλείας τοὺς Ἰουδαίους λέγει, πρὸς αὐτοὺς γὰρ αἱ ἐπαγγελίαι. Υἱὸς γὰρ, φησὶ, πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. (Exod. iv. 22.)

V. 13 *Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ ἑκατοντάρχῳ· ὕπαγε, καὶ ὡς ἐπίστευσας, γενηθήτω σοι. Καὶ ἰάθη ὁ παῖς αὐτοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. Καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρα εὗρε τὸν παῖδα ὑγιαίνοντα*] Ἔδειξεν ἐξ ὧν λόγῳ ἰάσατο, ὅτι καὶ περὶ τοῦ ἀποῤῥιφῆναι τοὺς Ἰουδαίους ἀληθεύει.

V. 14, 15 *Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν Πέτρου, εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ πυρέσσουσαν. Καὶ ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετός. Καὶ ἠγέρθη καὶ διηκόνει αὐτοῖς.*] Εἰσῆλθεν εἰς τὴν Πέτρου οἰκίαν διὰ τὸ φαγεῖν. Ἁψάμενος δὲ τῆς χειρὸς οὐ μόνον τὸν πυρετὸν ἔσβεσεν, ἀλλὰ καὶ καθαρὰν ὑγείαν ἀπέδωκε τῇ γυναικὶ, ὥστε καὶ τὴν δύναμιν ἐπανελθεῖν καὶ ἰσχύσαι διακονεῖν. Καίτοι ἴσμεν ὅτι πολὺς χρόνος εἰς ἀνάῤῥωσιν τοῖς νοσοῦσι παρεκτείνεται. Τῶν ἄλλων δὲ εὐαγγελιστῶν εἰπόντων ὅτι παρεκάλεσαν αὐτὸν, καὶ οὕτω ταύτην ἐθεράπευσεν, ὁ Ματθαῖος οὐκ εἶπε τοῦτο, συντομίας φροντίσας· εἶπον γάρ σοι καὶ ἀρχόμενος, ὅτι ὃ παρέλιπεν οὗτος, λέγει ἄλλος. Μάθε δὲ καὶ ὅτι ὁ γάμος οὐδὲν κωλύει τὴν ἀρετήν· ὁ γὰρ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων πενθερὰν εἶχεν.

V. 16, 17 *Ὀψίας δὲ γενομένης, προσήνεγκαν*

Dico autem vobis, quod multi ab Oriente et Occidente venient, et accumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno cœlorum, filii vero regni ejicientur in tenebras exteriores: illic erit ploratus, et stridor dentium.] Non dixit quod multi gentiles accubituri essent, ut ne Judæos exasperaret: sed adumbrando rem dixit, multi ab Oriente et Occidente. Mentionem autem fecit Abrahæ, ostendens quod non sit contrarius legi veteri. Porro dicens tenebras exteriores, monstravit esse pœnas quasdam tolerabiliores et leviores: sunt enim et in suppliciis gradus. Filios autem regni Judæos dicit, ad quos et promissiones factæ sunt. Filius enim, inquit, primogenitus meus Israel.

Et dixit Jesus centurioni, Abi, et sicut credidisti, ita fiat tibi. Et sanatus est puer ejus in hora illa, et reversus centurio in domum suam, in illa hora invenit puerum suum sanum.] Declaratur ex his, quod si ille verbo sanatus est, vere etiam dictum quod Judæi abjiciendi essent.

Et ingressus Jesus in domum Petri, vidit socrum ejus decumbentem et febricitantem, tetigitque manum illius, et reliquit illam febris: et surrexit, ac ministravit illis.] Intravit in domum Petri ut comederet: et attingens manum ejus, non solum febrim extinxit, sed et sanitatem integram præstitit, ita ut receptis viribus etiam ministrare valeret. Scimus alioqui multo vix tempore convalescentes confirmari. Quum alii evangelistæ dicant quod obsecrarint eum, et sic curata sit, Matthæus hoc brevitatis rationem habens prætermisit. Dicebam enim tibi in principio, alium dicere, quod alius omittit. Porro disce hinc quod nuptiæ non a virtute prohibent: princeps enim apostolorum socrum habuit.

Vespere autem facto attulerunt ei dæmoniacos multos,

αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλοὺς, καὶ ἐξέβαλε τὰ πνεύματα λόγῳ, καὶ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσεν· ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν.] Ὀψίας καὶ παρὰ καιρὸν προσῆγον τοὺς ἀῤῥώστους, αὐτὸς δὲ φιλάνθρωπος ὢν ἐθεράπευσε πάντας. Εἶτα ἵνα μὴ ἀπιστήσῃς, πῶς τοσαῦτα νοσήματα ἐν βραχεῖ ἐθεραπεύοντο, παράγει τὸν Ἡσαΐαν μαρτυροῦντα. Καίτοιγε ὁ προφήτης περὶ ἁμαρτιῶν τοῦτο λέγει, ὁ Ματθαῖος δὲ περὶ νοσημάτων αὐτὸ τέθεικε, καὶ γὰρ τὰ πλείω ἐξ ἁμαρτημάτων γίνονται.

V. 18 Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς πολλοὺς ὄχλους περὶ αὐτὸν, ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν.] Οὐ γὰρ ἦν φιλόδοξος, ἅμα δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων τὸν φθόνον ἐκκλίνων.

V. 19, 20 Καὶ προσελθὼν εἷς γραμματεὺς εἶπεν αὐτῷ· Διδάσκαλε, ἀκολουθήσω σοι, ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις, ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.] Γραμματέα λέγει τὸν τὸ γράμμα τοῦ νόμου ἐπιστάμενον. Οὗτος οὖν ἰδὼν τὰ πολλὰ σημεῖα προσεδόκησεν ἐκ τούτων χρήματα συνάγειν τὸν Ἰησοῦν, διὸ καὶ σπουδάζει ἀκολουθεῖν αὐτῷ, ἵνα καὶ αὐτὸς συλλέγῃ. Ὁ δὲ Χριστὸς πρὸς τὴν διάνοιαν αὐτοῦ ἀπαντῶν, μονονουχὶ τοῦτό φησι· προσδοκᾷς ἀκολουθῶν ἐμοὶ χρήματα συλλέγειν; οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἄοικός εἰμι; τοιοῦτος καὶ ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ ὀφείλει εἶναι. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὡσεὶ πείσῃ αὐτὸν μεταβληθέντα ἀκολουθεῖν· ὁ δὲ ἀναχωρεῖ. Τινὲς δὲ ἀλώπεκας καὶ πετεινὰ, τοὺς δαίμονας λέγουσι. Φησὶν οὖν ὅτι, οἱ δαίμονες ἐν σοὶ ἀναπαύονται, καὶ ἐγὼ λοιπὸν οὐκ ἔχω ἐν τῇ σῇ ψυχῇ ἀνάπαυσιν.

V. 21, 22 Ἕτερος δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ, Κύριε, ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· ἀκολούθει μοι, καὶ ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς

et ejecit spiritus verbo, et omnes male habentes curavit, ut impleatur dictum per Esaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras suscepit, et morbos portavit.] Vesperi et intempestive languidos adducebant. Ipse autem utpote misericors, curavit omnes. Deinde ne discredas quomodo tot morbos tam brevi tempore curaverit, affert Esaiam testem: tametsi propheta de peccatis hoc dicat, Matthæus autem de morbis posuit, eo quod plerique ex peccatis accidant.

Cum vidisset autem Jesus turbas multas circum sese, jussit ut abirent in ulteriorem ripam.] Non erat gloriæ quæsitor, et per hoc etiam Judæorum declinabat invidiam.

Et cum adisset unus scriba, dixit ei: Magister, sequar te quocunque ieris. Et dicit ei Jesus: Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos: at filius hominis non habet ubi caput reclinet.] Scribam dicit literam legis scientem. Hic igitur ut vidit multa signa, arbitratus est ex his Jesum quæstum facere, et idcirco laborat ut eum sequi posset, quo et ipse aliquid colligeret. Christus autem cogitationi ejus occurrens, quasi in hunc modum dicit, An putas me sequi ut opes colligas? non vides ne domum quidem mihi esse? Talem esse oportet et eum qui me sequitur. Hæc autem dicebat, quo persuaderet illi ut mutatis moribus sequeretur: at ille secessit. Nonnulli vulpes et volatilia diabolos esse putant; quasi diceret, dæmones in te habitant, et ego in anima tua quietem non invenio.

Alius autem ex discipulis suis dixit ei: Domine, permitte mihi primum abire ut sepeliam patrem meum. At Jesus dixit illi: Sequere me, et sine mortuos sepelire mortuos

ἑαυτῶν νεκρούς.] Μεθ' ὃ δώσει τις ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, οὐκ ὀφείλει στρέφεσθαι εἰς τὰ βιωτικά. Δεῖ μὲν γὰρ καὶ τοὺς γονεῖς τιμᾷν, ἀλλὰ τὸν Θεὸν προτιμᾷν. Ἐνταῦθα δὲ καὶ ἄπιστος ἦν ὁ γονεύς, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ λέγειν, ἄφες τοὺς νεκροὺς, τουτέστι, τοὺς ἀπίστους, θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. Εἰ δὲ ἐκεῖνος οὐδὲ τὸν πατέρα θάψαι συνεχωρήθη, οὐαὶ τοῖς μετὰ τὸ μονάσαι εἰς πράγματα στρεφομένοις.

V. 23, 24 Καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον, ἠκολούθησαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων· αὐτὸς δὲ ἐκάθευδεν.] Τοὺς μαθητὰς μόνους κατέσχεν, ὥστε ἰδεῖν τὸ θαῦμα. Ἀφίησι δὲ αὐτοὺς κλυδωνισθῆναι, ἵνα γυμνασθῶσι πρὸς πειρασμοὺς, καὶ ἵνα διὰ τοῦτο τὸ σημεῖον ἐπὶ πλεῖον πιστεύσωσι. Καθεύδει δὲ, ὡς ἂν φοβηθέντες ἐπιγνῶσι τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν, καὶ παρακαλέσωσιν αὐτὸν, διό φησιν·

V. 25, 26 Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
ἤγειραν αὐτὸν, λέγοντες· Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολ- 41
λύμεθα. Καὶ λέγει αὐτοῖς· τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι;] Οὐκ ἀπίστους εἶπεν, ἀλλ' ὀλιγοπίστους· καθὸ μὲν γὰρ εἶπον, Κύριε σῶσον ἡμᾶς, πίστιν ἐνδείκνυνται, τὸ δὲ ἀπολλύμεθα οὐ πίστεως· ἐκείνου γὰρ συμπλέοντος, οὐκ ἔδει δεδιέναι. Ὅρα δὲ ὅτι ὀνειδίζων αὐτοῖς ὡς δειλοῖς, δείκνυσιν ὡς ἡ δειλία φέρει τοὺς κινδύνους. Διὸ καὶ πρῶτον παύσας τὸν χειμῶνα τῆς ψυχῆς αὐτῶν, τότε λύει καὶ τὸν τῆς θαλάσσης.

V. 26, 27 Τότε ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐθαύμασαν λέγοντες· ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ;] Τὸ μὲν γὰρ ὁρώμενον ἀνθρώπου, τὰ δὲ ἔργα Θεοῦ.

V. 28 Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν, εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι.] Τῶν ἐν τῷ πλοίῳ δισταζόντων ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν

suos.] Postquam quis sese tradiderit Deo, non debet denuo ad vitæ hujus curas converti: oportet sane et parentes venerari, sed magis oportet venerari Deum. Hujus autem pater incredulus erat, quod manifestum est ex eo quod dicit, Sine mortuos sepelire mortuos suos, hoc est, infideles. Si autem illi neque patrem sepelire licuit, væ his qui monasticem professi ad mundana regrediuntur negotia.

Et cum esset ingressus navim, secuti sunt eum discipuli sui: et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navis fluctibus operiretur: ipse vero dormiebat.] Discipulos solos servavit secum, ut miraculum viderent. Permisit autem eos tempestate agitari, ut ad tentationes exercerentur, et ut per miraculum firmius crederent. Dormivit vero, ut timore perculsi suam agnoscerent infirmitatem, et eum obsecrarent: propterea dicit,

Et accedentes discipuli ejus excitaverunt eum, dicentes: Domine, serva nos, perimus. Et dicit eis: Quid timidi estis, parum fidentes?] Non incredulos dicit, sed parvæ fidei. Nam per hoc quod dicunt, Domine serva nos, fidem monstrant: quod autem dicunt, perimus, non est fidei. Illo enim simul navigante non erat formidandum. Vide autem quod exprobrans eis ut timidis, ostendit timorem afferre pericula. Idcirco primum sedat turbationem animæ illorum, deinde solvit etiam maris tempestatem.

Tunc excitatus increpuit ventos et mare, et facta est serenitas magna: homines vero admirabantur, dicentes: Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei?] Quod videbatur hominis erat, opera autem Dei.

Et quum venisset ad ulteriorem ripam in regionem Gergesenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci.] Dubitantibus illis in navi qualis esset hic, quia venti et mare

Marc. v. 2. Luc. viii. 27. αὐτῷ, ἔρχονται οἱ δαίμονες κήρυκες. Εἰ δὲ ὁ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς ἕνα λέγουσι τὸν τὴν λεγεῶνα ἔχοντα, νόησον ὅτι ἐκεῖνος εἷς ἦν τούτων τῶν δύο ὁ τάχα ἐπισημότερος· ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ ἦλθε πρὸς αὐτοὺς, ἐπεὶ φοβεροὺς ὄντας οὐδεὶς ἐτόλμα προσαγαγεῖν αὐτούς.

Ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι, χαλεποὶ λίαν, ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης.] Ἐν τοῖς μνημείοις διέτριβον, δόγμα ἐνθεῖναι βουλόμενοι οἱ δαίμονες, ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν ἀποθανόντων δαίμονες γίνονται· ὃ μηδὲ ἐννοήσειέ τις. Sap. iii. 1. Luc. xvi. 23. Ἡ ψυχὴ γὰρ ἐξελθοῦσα οὐκ ἐν τῷ κόσμῳ πλανᾶται· αἱ μὲν γὰρ τῶν δικαίων ἐν χειρὶ Θεοῦ, αἱ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ αὐταὶ ἔνθεν ἀπάγονται, ὡς ἡ τοῦ πλουσίου.

V. 29 Καὶ ἰδοὺ ἔκραξαν λέγοντες· τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ; ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς;] Ἰδοὺ υἱὸν τοῦ Θεοῦ κηρύσσουσι, πρότερον ὁμολογοῦντες τὴν ἔχθραν. Βάσανον δὲ ἡγοῦνται τὸ μὴ συγχωρεῖσθαι ἀδικεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Τὸ δὲ πρὸ καιροῦ, νόει ὅτι ἐνόμιζον τὸν Χριστὸν, μὴ ὑπομένοντα τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακίας αὐτῶν, μὴ ἀναμεῖναι τὸν καιρὸν τῆς κολάσεως· ὅπερ οὐκ ἔστιν· ἕως γὰρ τῆς συντελείας ἐῶνται παλαίειν ἡμῖν.

V. 30—32 Ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἀγέλη χοίρων πολλῶν βοσκομένη. Οἱ δὲ δαίμονες παρεκάλουν αὐτὸν λέγοντες· εἰ ἐκβάλλεις ἡμᾶς, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὑπάγετε. Οἱ δὲ ἐξελθόντες ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων.] Οἱ μὲν δαίμονες αἰτοῦσιν, ὡς ἂν τοὺς χοίρους πνίξαντες λυπήσωσι τοὺς δεσπότας αὐτῶν, ὥστε μὴ παραδέξασθαι τὸν Χριστόν. Ὁ δὲ Χριστὸς συγχωρεῖ τοῖς δαίμοσι, δεικνύων ποίαν πικρίαν ἔχουσι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ὅτι εἰ ἐξουσίαν εἶχον καὶ οὐκ ἐκωλύοντο, χεῖρον ἂν τῶν χοίρων διέθεντο ἡμᾶς· ἐκεῖνος γὰρ φυλάττει τοὺς δαιμονῶντας, ὥστε μὴ φονεύειν ἑαυτούς.

V. 32—34 Καὶ ἰδοὺ ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν

obediunt ei, veniunt dæmones præcones. Quod si tam Marcus quam Lucas unum dicunt habentem legionem; intelligendum est quod unus ex his duobus forte fuerit insignior. Ipse autem ad illos ivit, nemo enim illos adducere audebat: ita erant terribiles.

E monumentis egressi, sævi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam.] In monumentis versabantur dæmones, dogma quoddam instituere volentes, quod animæ mortuorum fiant dæmones, quod nemo arbitrari debet. Anima enim egressa in mundo non errat. Justorum enim animæ in manu Dei sunt: peccatorum vero et ipsæ hinc abducuntur, ut anima divitis.

Et ecce clamabant dicentes: Quid nobis et tibi Jesu fili Dei? Venisti huc ante tempus ut torqueas nos?] Ecce filium Dei prædicant, prius confitentes inimicitias. Tormentum autem et cruciatum putant, si non permittantur lædere homines. Quod autem dicunt, ante tempus, intellige quod existimabant Christum non ferentem immensas ipsorum malitias, non expectavisse tempus suppliciorum: id quod non est: nam usque ad consummationem mundi sinuntur certare nobiscum.

Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascens: dæmones autem rogabant eum dicentes: Si ejicis nos, permitte nobis ut eamus in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. Illi vero egressi abierunt in gregem porcorum.] Dæmones petunt, ut suffocatis porcis contristent dominos illorum, ut ne Christum susciperent. Christus autem concedit dæmonibus: monstrans qua amaritudine et odio erga homines ferantur, et quod si potestas eis daretur, et non prohiberentur, pejus nos quam porcos illos affligerent. Ipse enim custodit dæmoniacos, ne seipsos occidant.

Et ecce ferebatur totus grex porcorum per præceps in

*χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ
ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν. Οἱ δὲ βόσκοντες ἔφυ-
γον, καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν
πάντα, καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων. Καὶ ἰδοὺ
πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ·* 42
*καὶ ἰδόντες αὐτὸν παρεκάλεσαν ὅπως μεταβῇ ἀπὸ
τῶν ὁρίων αὐτῶν.]* Λυπηθέντες καὶ δόξαντες χεῖρόν τι
μετὰ ταῦτα παθεῖν, παραιτοῦνται αὐτόν. Σὺ δὲ μάθε ὅτι
ἔνθα χοιρώδης βίος, ὁ Χριστὸς μὲν οὐ μένει ἐκεῖ, δαίμονες
δέ.

ΚΕΦ. θ'.

ΚΑΙ *ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον διεπέρασε καὶ ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. Καὶ ἰδοὺ προσέφερον αὐτῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον.]* Ἰδίαν πόλιν τὴν Καπερναοὺμ λέγει, ἐκεῖ γὰρ ᾤκει. Ἡ μὲν γὰρ Βηθλεὲμ ἔτεκεν, ἡ δὲ Ναζαρὲτ ἔθρεψεν, ἡ δὲ Καπερναοὺμ εἶχε διηνεκῶς οἰκοῦντα. Ὁ δὲ παράλυτος οὗτος ἕτερός ἐστι παρὰ τὸν ἐν τῷ Ἰωάννῃ· ἐκεῖνος μὲν γὰρ παρὰ τῇ προβατικῇ ἐν Ἱερουσαλὴμ, οὗτος δὲ ἐν Καπερναούμ. Καὶ ὁ μὲν οὐκ εἶχεν ἄνθρωπον· οὗτος δὲ ὑπὸ τεσσάρων
Ioan. v. 2. Marc. ii. 4. βαστάζεται, ὡς ὁ Μάρκος φησὶν, ὥστε καὶ διὰ τῆς στέγης χαλασθῆναι, ὅπερ ὁ Ματθαῖος παρέλειψεν.

V. 2 *Καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν.]* Ἢ τῶν προσενεγκάντων, καὶ γὰρ πολλάκις διὰ τὴν τῶν προσφερόντων πίστιν θαυματουργεῖ, ἢ καὶ αὐτοῦ ἐκείνου.

Εἶπε τῷ παραλυτικῷ· θάρσει τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου.] Τέκνον καλεῖ, ἢ ὡς πλάσμα Θεοῦ, ἢ ὡς πιστεύσαντα· δεικνὺς δὲ ὅτι μάλιστα ἡ παράλυσις ἐξ ἁμαρτιῶν, λύει πρῶτον ἐκείνας.

V. 3—5 *Καὶ ἰδού τινες τῶν γραμματέων εἶπον ἐν ἑαυτοῖς· οὗτος βλασφημεῖ. Καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν εἶπεν· ἵνα τί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; τί γάρ ἐστιν*

mare, et perierunt in aquis. Porro qui pascebant, aufugerunt, et digressi in civitatem nunciaverunt omnia, et quid accidisset dæmoniacis. Et ecce tota civitas exivit in occursum Jesu: et quum vidissent, illum rogabant ut decederet a finibus suis.] Tristitia affecti erant, et existimabant se gravius quiddam passuros, et ideo deprecabantur eum. Tu autem disce quod ubi est vita porcina, ibi non manet Christus, sed diabolus.

CAPUT IX.

ET ingressus navem, trajecit ac venit in suam civitatem. Et ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbentem.] Suam civitatem Capernaum dicit, illic enim habitabat. Bethlehem enim peperit, Nazareth educavit, Capernaum præbuit domicilium. Paralyticus autem iste alius quam is qui apud Joannem. Ille enim erat ad probaticam in Hierusalem, hic autem in Capernaum. Et ille quidem non habuit secum hominem, hic autem a quatuor portatur, sicut Marcus dicit, et per tectum demittitur: quod a Matthæo prætermissum.

Quumque vidisset Jesus fidem illorum.] Aut eorum qui adferebant, siquidem frequenter propter adferentium fidem miracula facit: aut illius etiam ipsius.

Dixit paralytico: Confide fili: remittuntur tibi peccata tua.] Filium vocat, vel ut creaturam Dei, vel ut eum qui crediderat; declarans autem quod paralysis ex peccatis esset, primum peccata solvit.

Et ecce scribæ quidam dixerunt intra semetipsos: Hic blasphemat. Et ut vidit Jesus cogitationes illorum, dixit: Ut quid vos mala cogitatis in cordibus vestris? Quid enim

εὐκοπώτερον εἰπεῖν, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν, ἔγειραι καὶ περιπάτει;] Ἐκ τοῦ τὰς ἐνθυμήσεις εἰδέναι δείκνυσιν ἑαυτὸν Θεόν. Ἐλέγχει γοῦν αὐτοὺς λέγων τοιαῦτα· ὑμεῖς μὲν νομίζετέ με βλάσφημον, ὡς ὑποσχόμενον ἀφιέναι ἁμαρτίας, ὅπερ μέγα μέν ἐστι, δοκεῖτε δέ με εἰς τοῦτο καταφεύγειν ὡς ἂν μὴ ἐλεγχθῶ. Ἐγὼ δὲ ἐκ τῆς τοῦ σώματος θεραπείας πιστώσομαι καὶ τὴν τῆς ψυχῆς· διὰ τοῦ ἐλάττονος μὲν, δυσκολωτέρου δὲ δοκοῦντος, βεβαιῶν καὶ τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, ἥτις μεγάλη μὲν, εὐκολωτέρα δὲ ὑμῖν δοκεῖ διὰ τὸ ἀφανὴς εἶναι.

V. 6—8 Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας· τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ· ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Καὶ ἐγερθεὶς ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐθαύμασαν, καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις.] Προσέταξεν αὐτῷ τὴν κλίνην βαστάσαι, ἵνα μὴ φαντασία δόξῃ, καὶ ἅμα ἵνα ἴδωσιν οἱ ὄχλοι τὸ σημεῖον, οἳ ὡς ψιλὸν μὲν ἄνθρωπον ἐνόμιζον αὐτὸν, κρεῖττονα μέντοι πάντων.

V. 9 Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄν- 43
θρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον λεγόμενον, καὶ λέγει αὐτῷ· ἀκολούθει μοι· καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ.] Οὐ μετὰ Πέτρου καὶ Ἰωάννου τοῦτον ἐκάλεσεν, ἀλλ' ὅτε ᾔδει πεισθησόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ Παῦλον ἐκάλεσεν ὕστερον ὅτε καιρὸς ἦν. Θαύμασον δὲ τὸν εὐαγγελιστὴν, πῶς ἐκπομπεύει τὸν ἑαυτοῦ βίον, καίτοι οἱ ἄλλοι ἔκρυψαν τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Λευὶ προσαγορεύσαντες αὐτόν. Θεοῦ δὲ ἔργον τῷ λόγῳ μόνῳ μεταστρέψαι αὐτόν.

V. 10, 11 Καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ἀνακειμένου ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἰδοὺ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ ἐλθόντες συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι εἶπον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν;] Εὐφραινόμενος ὁ Ματ-

est facilius dictu, Remittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge et ambula?] Vel ex hoc quod cogitationes rescivit, ostendit se Deum. Arguit igitur eos ferme sic dicens: Vos quidem putatis me blasphemum, eo quod pollicear me remittere peccata, id quod magnum quidem est, videtur autem vobis quod ego per hoc effugium quæram, ut non reprehendar. Ego igitur et ex corporis cura fidem vobis facio quod animas sanem: per rem minorem quidem, sed quæ difficilior videatur, confirmans et peccatorum remissionem, quæ magna quidem est, sed facilior vobis videtur, eo quod minus appareat.

Ut autem sciatis quod potestatem habeat filius hominis super terram remittere peccata: tunc dicit paralytico: Surge, et tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surrexit ille, et abiit in domum suam. Et cum vidissent turbæ, admiratæ sunt, et glorificaverunt Deum, qui dedit hominibus potestatem talem.] Injunxit ei ut lectum gestaret, ut ne phantasia videatur, et ut turbæ simul, quæ putabant illum merum esse hominem, hominum autem omnium maximum, miraculum intueantur.

Et præteriens Jesus illinc, vidit hominem sedentem in telonio, qui Matthæus dicebatur, et dicit illi: Sequere me. Et surrexit, ac secutus est eum.] Non cum Petro et Joanne hunc vocavit, sed quando vidit obtemperaturum. Sic et Paulum vocavit postea suo tempore. Admirare autem evangelistam, quomodo vitam suam divulgat, quamvis alii nomen ejus occultarunt, eum appellantes Levi. Dei autem opus fuit solo verbo eum converti.

Et factum est illo discumbente in domo, ecce multi publicani et peccatores venerunt, et discubuerunt cum Jesu et discipulis ejus. Et quum vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis ejus: Cur cum publicanis et peccatoribus manducat præceptor vester?] Gaudens Matthæus quod ad se diver-

θαῖος τῇ τοῦ Χριστοῦ ὑποδοχῇ τοὺς τελώνας ἐκάλεσε. Συνεστιᾶται δὲ αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, ὥστε ὠφελῆσαι αὐτοὺς, κἂν διὰ τοῦτο ἐψέγετο· οἱ γὰρ Φαρισαῖοι θέλοντες ἀποστῆσαι αὐτοῦ τοὺς μαθητὰς, διέβαλλον τὴν μετὰ τῶν τελωνῶν συνεστίασιν.

V. 12, 13 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας εἶπεν αὐτοῖς· οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστι τὸ, ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.] *Οὐκ ἦλθον, φησὶ, νῦν ὡς κριτὴς, ἀλλ' ὡς ἰατρὸς, ὅθεν καὶ δυσωδίας ἀνέχομαι. Ἐλέγχει δὲ αὐτοὺς καὶ ὡς ἀμαθεῖς, λέγων, πορευθέντες μάθετε, τουτέστιν, ἐπεὶ μέχρι τοῦ νῦν οὐκ ἐμάθετε, κἂν ἀπὸ τοῦ νῦν ἀπέλθετε καὶ μάθετε, ὅτι τὸν εἰς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἔλεον προτιμᾷ τῶν θυσιῶν ὁ Θεός. Τὸ δὲ, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, εἰρωνευόμενος λέγει, τουτέστιν, ὑμᾶς τοὺς δικαιοῦντας ἑαυτοὺς, ἐπεὶ οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ δίκαιος. Ἦλθον οὖν καλέσαι ἁμαρτωλοὺς, οὐχ ἵνα μείνωσιν ἁμαρτωλοὶ, ἀλλ' ἵνα μετανοήσωσι.*

V. 14 Τότε προσέρχονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου, λέγοντες· διατί ἡμεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι νηστεύομεν πολλὰ, οἱ δὲ μαθηταί σου οὐ νηστεύουσιν;] *Οἱ μαθηταὶ Ἰωάννου, φθονοῦντες τῇ δόξῃ τοῦ Χριστοῦ, ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ μὴ νηστεύοντι. Διηποροῦντο γὰρ ἴσως, πῶς ἄνευ ἀσκήσεως τὰ πάθη νικᾷ, ὅπερ Ἰωάννης οὐκ ἴσχυσεν. Ἠγνόουν γὰρ ὅτι Ἰωάννης μὲν ἄνθρωπος ψιλὸς, καὶ ἐξ ἀρετῆς δίκαιος, Χριστὸς δὲ αὐτοαρετὴ, ὡς Θεός.*

V. 15 Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος; ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν.] *Χαρᾶς, φησὶν, ὁ παρὼν καιρὸς, ἕως οὗ μετὰ τῶν μαθητῶν εἰμι. Νυμφίον γὰρ ἑαυτὸν ὀνομάζει, ὡς ἁρμοζόμενον ἑαυτῷ τὴν νέαν συναγωγὴν, ἀποθανούσης τῆς παλαιᾶς· υἱοὺς δὲ νυμφῶνος τοὺς ἀποστόλους. Ἔσται οὖν καιρὸς, φησὶν, ὅτε*

tisset Jesus, publicanos alios vocavit. Christus autem simul vescebatur cum eis, ut eis prodesset, tametsi propter hoc male audiret. Pharisæi enim volentes discipulos ab eo avellere, exprobrabant illi convivium inter publicanos.

Jesus ubi audivit, dixit illis: Non opus habent ii qui valent medico, sed male habentes. Ite autem et discite quid sit, Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.] Non veni, inquit, nunc tanquam judex, sed medicus: unde et fœtorem tolero. Arguit autem illos ut imperitos, dicens, Ite et discite, hoc est, quia hactenus non didicistis, vel saltem nunc ite et discite, quod Deus pluris facit misericordiam in peccatores quam sacrificium. Quod autem dicit, Non veni vocare justos, per ironiam dicit, hoc est, vos qui justificatis vosmetipsos: quia nullus hominum justus est. Venit igitur vocare peccatores, non ut maneant peccatores, sed resipiscant.

Tunc accedunt ad eum discipuli Joannis, dicentes: Quare nos et Pharisæi jejunamus frequenter, discipuli autem tui non jejunant?] Discipuli Joannis invident gloriæ Christi, et reprehendunt eum non jejunantem. Dubitabant enim fortasse quomodo vinceret absque corporis castigatione affectiones, id quod Joannes non potuit. Ignorabant enim quod Joannes merus esset homo, et virtute justus. Christus autem virtus ipsa, utpote Deus.

Dixit igitur illis Jesus: Num possunt filii thalami lugere quamdiu cum eis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt.] Præsens, inquit, tempus tempus gaudii est, quamdiu cum discipulis sum. Sponsum enim seipsum vocat, quod cooptet sibi novam congregationem, mortua veteri, hoc est, synagoga. Filios autem thalami apostolos vocat. Tempus erit, inquit, jejunii, cum ego passus fuero, et assump-

ἐμοῦ παθόντος καὶ ἀναληφθέντος νηστεύσουσιν ἐν λιμῷ καὶ δίψῃ διωκόμενοι. Τὸ ἀτελὲς δὲ τῶν μαθητῶν δεικνύων ἐπάγει·

V. 16, 17 Οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται. 44
Οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε, ῥήγνυνται οἱ ἀσκοὶ, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπόλλυνται· ἀλλὰ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς, καὶ ἀμφότερα συντηροῦνται] Οὔπω, φησὶν, οἱ μαθηταὶ γεγόνασιν ἰσχυροὶ, ἀλλὰ συγκαταβάσεως δέονται· καὶ οὐ χρὴ βάρος αὐτοῖς ἐπιτιθέναι ἐπιταγμάτων. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, διδάσκων καὶ τοὺς μαθητάς, ἵνα καὶ αὐτοὶ ὅταν μαθητεύωσι τὴν οἰκουμένην, συγκαταβαίνωσι. Ῥάκος οὖν ἄγναφον ἡ νηστεία, καὶ οἶνος νέος· ἱμάτιον δὲ παλαιὸν καὶ ἀσκοὶ ἡ ἀσθένεια τῶν μαθητῶν.

V. 18, 19 Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος αὐτοῖς, ἰδοὺ ἄρχων τις προσεκύνει αὐτῷ, λέγων· ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν· ἀλλὰ ἐλθὼν ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ ζήσεται. Καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.] Φαίνεται πίστιν ἔχων οὗτος, εἰ καὶ μὴ μεγάλην· παρακαλεῖ γὰρ τὸν Ἰησοῦν, οὐχὶ λόγῳ μόνῳ εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐλθεῖν, καὶ τὴν χεῖρα ἐπιθεῖναι. Τετελευτηκέναι δὲ λέγει τὴν θυγατέρα, καίτοι τοῦ Λουκᾶ λέγοντος ὡς οὔπω τετελεύτηκεν, ἢ ὡς στοχαζόμενος, διὰ τὸ ἐν ἐσχάταις ἀναπνοαῖς αὐτὴν ἀφεῖναι, ἢ αὔξάνων τὴν συμφοράν, ὡς εἰς ἔλεον ἑλκύσαι τὸν Χριστόν.

V. 20—22 Καὶ ἰδοὺ γυνὴ αἱμοῤῥοοῦσα δώδεκα ἔτη προσελθοῦσα ὄπισθεν ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. Ἔλεγε γὰρ ἐν ἑαυτῇ· ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ ἱματίου αὐτοῦ, σωθήσομαι. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτὴν, εἶπε· θάρσει θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.] Ἀκάθαρτος οὖσα διὰ τὸ πάθος οὐ προσῆλθε φανερῶς ἡ γυνὴ, εὐλαβουμένη μήπως

tus in cœlum. Jejunabunt fame et siti, persecutionem patientes. Ostendit autem quam imperfecti sint discipuli, et dicit:

Nullus autem immittit commissuram panni rudis in veste veteri: tollit enim supplementum illius a vestimento, pejorque fit scissura. Neque mittunt vinum novum in utres veteres: alioqui rumpuntur utres, et vinum effunditur, et utres pereunt: sed mittunt vinum novum in utres novos, et utraque simul servantur.] Nondum, inquit, facti sunt discipuli fortes, sed opus habent indulgentia: neque gravior moles illis imponenda mandatorum. Hæc autem dicebat, docens et discipulos, ut et ipsi docturi orbem indulgentes sint. Pannus enim rudis jejunium est, et vinum novum: vestis autem vetus et utres, infirmitas discipulorum.

Quum hæc illis loquebatur, ecce princeps quidam accessit, et adoravit eum dicens: Filia mea modo defuncta est: sed veni, et pone manum tuam super eam, et vivet. Surgensque Jesus secutus est eum, et discipuli ejus.] Videtur ille fidem habere, quamvis non magnam. Obsecrat enim Jesum, non ut solum verbum dicat, sed et ut veniat, et manum imponat. Defunctam autem esse dicit filiam, quamvis apud Lucam dicatur nondum defuncta: dicit autem, vel ut conjectans, eo quod reliquerat eam jam extremum exhalantem spiritum, vel ut augens calamitatem, quo ad misericordiam provocaret Christum.

Et ecce mulier quæ sanguinis fluxu laboraverat annis duodecim accessit a tergo, et tetigit fimbriam vestimenti ejus. Dicebat enim intra se: Si tantum tetigero vestem ejus, salva ero. Jesus autem conversus, ut vidit illam, dixit: Confide filia, fides tua salvam te fecit. Et salva facta fuit mulier ex hora illa.] Mulier hæc quoniam ob morbum immunda erat, non accessit manifeste, verita ne forte prohibere-

κωλυθῇ· εἰ καὶ ἐνόμισε δὲ λανθάνειν, πλὴν ἤλπισεν ὑγείας τυχεῖν, εἰ μόνον τοῦ ἄκρου τοῦ ἱματίου ἅψεται· τοῦτο γὰρ τὸ κράσπεδον. Ἀλλ' ὁ Σωτὴρ φανεροῖ αὐτὴν, οὐχ ὡς δόξης ἐρῶν, ἀλλ' ἵνα τὴν πίστιν αὐτῆς δείξῃ πρὸς ὠφέλειαν ἡμῶν, καὶ ἵνα πιστωθῇ καὶ ὁ ἀρχισυνάγωγος. Θάρσει δὲ λέγει αὐτῇ, διότι ἐφοβήθη ὡς κλέψασα τὴν δωρεὰν, καὶ θυγατέρα δὲ καλεῖ, ὡς πιστήν. δείκνυσι δὲ ὅτι ἐὰν μὴ πίστιν προσήγαγεν, οὐκ ἂν ἔλαβε τὴν χάριν, κἂν τὰ ἱμάτια ἅγια ἦσαν. Λέγουσι δὲ ὡς ἀνδριάντα αὕτη τοῦ Σωτῆρος εἰργάσατο, οὗ παρὰ τοὺς πόδας ἐφύετο βοτάνη ταῖς αἱμοῤῥούσαις βοηθοῦσα, ὃν ἐν τοῖς Ἰουλιανοῦ χρόνοις οἱ ἀσεβεῖς συνέτριψαν.

V. 23, 24 Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον, λέγει αὐτοῖς· ἀναχωρεῖτε· οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει. Καὶ κατεγέλων αὐτοῦ.] Ἐπειδὴ[1] ἄγαμος ἦν, μετὰ τῶν γαμικῶν αὐλῶν αὐτὴν ἐθρήνουν, παρὰ τὸν νόμον τοῦτο ποιοῦντες. Καθεύδειν δὲ λέγει αὐτὴν, διότι παρ' αὐτῷ ὁ θάνατος ὕπνος ἦν, δυναμένῳ εὐκόλως ἀναστῆσαι. Εἰ δὲ καταγελῶσιν αὐτοῦ, μὴ θαυμάσῃς· μαρτυροῦσι γὰρ μᾶλλον τῷ θαύματι, ὡς νεκρὰν τῷ ὄντι ἀναστήσαντος. Ἵνα γὰρ μήτις λέγῃ ὅτι κάτοχος ἐγένετο, διὰ τοῦτο ὡμολογήθη παρὰ πάντων ἀποθανεῖν.

V. 25, 26 Ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος, εἰσελθὼν 45
ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς, καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον. Καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην.] Ἔνθα ὄχλος καὶ περισπασμὸς, οὐ θαυματουργεῖ ὁ Ἰησοῦς. Κρατεῖ δὲ τῆς χειρὸς, ἐντιθεὶς δύναμιν· καὶ σὺ δὲ ἐὰν νεκρωθῇς ταῖς ἁμαρτίαις, τότε ἀναστήσῃ ὅτε κρατήσει σου τῆς χειρὸς τῆς πρακτικῆς, τὸν ὄχλον καὶ τὸν περισπασμὸν ἐκβαλών.

V. 27 Καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ, ἠκο-

[1] Ἐπείδη ἄγαμος ἦν κ.τ.λ.] Judæis pariter atque aliis gentibus consuetum erat, ut cantaret mœstis tibia funeribus (Ov. *Fast.* VI. 657.) Vide 2 Paralip. xxxv. 25; Jerem. xlviii. 36. Qui mos cum non esset ex lege sed ex usu vulgari, recte dici poterat *παρὰ νόμον, præter legem.*

tur. Quamvis autem putabat se posse latere, verumtamen speravit se sanitatem assecuturam, si tantum summam ejus vestem contingeret, quæ per fimbriam significatur. At Salvator prodit eam, non ut amans gloriæ, sed ut fidem illius ad nostram utilitatem declararet, et ut in fide roboraretur etiam archisynagogus. Confide autem dicit ei, eo quod timida erat, quia furtim donum acceperat; et filiam vocat, ut fidelem. Ostendit item quod nisi habuisset fidem, neutiquam recepisset beneficium, quamvis sanctas contingisset vestes. Dicunt autem quod statuam Servatoris fecerit, ad cujus pedes nascebatur herba quæ profluvio sanguinis laborantibus medeatur, quam Juliani temporibus impii contriverunt.

Et cum venisset Jesus in domum principis, et vidisset tibicines, et turbam tumultuantem, dicit illis: Secedite; non enim mortua est adolescentula, sed dormit: et deridebant illum.] Quoniam nondum nupta erat, deflebant eam nuptialibus tibiis, præter legem hoc facientes. Dormire autem dicit illam, eo quod apud se mors somnus esset: valebat enim facile suscitare. Ceterum quod deriserunt eum, ne mireris: nam testimonium amplius dant miraculo, quod vere mortuam suscitarit. Ne quis enim diceret quod catalepsei correpta esset, idcirco in confesso erat apud omnes ejus mors.

Ubi autem ejecta est turba, ingressus est, et tenuit manum illius: et surrexit adolescentula. Et emanavit fama illa in totam terram illam.] Ubi turba est et tumultuatio, non operatur miracula Jesus. Tenet autem manum, virtutem illi dans. Et tu si mortuus fueris peccatis, tunc surges quando apprehendet manum tuam ita ut opereris, ejecta turba, et tumultuatione sedata.

Et cum discessisset illinc Jesus, secuti sunt illum duo

Sed nescio quid noster hallucinari videtur, qui puellam, quia innupta esset, *nuptialibus* tibiis defleri dicat; quasi sane sponsa orci fieret, ut illa Sophoclis Antigona de se ipsa loquitur; *Antig.* 815. *οὔτ᾽ ἐπινύμφειός πώ μέ τις ὕμνος ὕμνησεν, ἀλλ᾽ Ἀχέροντι νυμφεύσω.*

λούθησαν αὐτῷ δύο τυφλοὶ, κράζοντες καὶ λέγοντες· ἐλέησον ἡμᾶς, υἱὲ Δαυὶδ.] Οἱ τυφλοὶ ὡς μὲν Θεῷ ἔλεγον τὸ, ἐλέησον, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ τὸ, υἱὲ Δαυίδ. Ἐθρυλλεῖτο γὰρ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ὡς ὁ Μεσσίας ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἐλεύσεται.

V. 28 Ἐλθόντι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ τυφλοί. Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· πιστεύετε ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; λέγουσιν αὐτῷ· ναὶ Κύριε.] Παρέλκει τοὺς τυφλοὺς ἄχρι καὶ τῆς οἰκίας, ἵνα δείξῃ τὴν ἐπίμονον αὐτῶν πίστιν, καὶ κατακρίνῃ τοὺς Ἰουδαίους· ἐρωτᾷ δὲ αὐτοὺς εἰ πιστεύουσι, δεικνὺς ὅτι πάντα ἡ πίστις κατορθοῖ.

V. 29, 30 Τότε ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, λέγων· κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν. Καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί.] Ἐν οἰκίᾳ θεραπεύει καὶ κατ' ἰδίαν, διὰ τὸ ἀφιλόδοξον. Πανταχοῦ γὰρ ταπεινοφρονεῖν διδάσκει.

V. 30, 31 Καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγων· ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω. Οἱ δὲ ἐξελθόντες διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ.] Ὁρᾷς τὸ ἄτυφον; ἐκεῖνοι δὲ οὐχ ὡς ἀπειθοῦντες, ἀλλ' ὡς εὐχαριστοῦντες διεφήμισαν. Εἰ δὲ ἀλλαχοῦ φαίνεται λέγων, ἄπελθε καὶ διηγοῦ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν ἐναντίον. Θέλει γὰρ περὶ ἑαυτοῦ μὲν μηδὲν λέγειν, διηγεῖσθαι δὲ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

Luc. viii. 39.

V. 32, 33 Αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, ἰδοὺ προσήνεγκαν αὐτῷ ἄνθρωπον κωφὸν δαιμονιζόμενον. Καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου ἐλάλησεν ὁ κωφός.] Οὐ φυσικὸν ἦν τὸ πάθος, ἀλλὰ τοῦ δαίμονος· διὸ καὶ ἕτεροι προσάγουσιν αὐτόν. Οὐ γὰρ δι' ἑαυτοῦ παρακαλέσαι ἠδύνατο, τοῦ δαίμονος δήσαντος τὴν γλῶσσαν. Ὅθεν οὐδὲ ἀπαιτεῖ πίστιν, ἀλλ' εὐθέως ἰᾶται, ἐκβαλὼν τὸν δαίμονα, τὸν τὴν λαλιὰν κωλύοντα.

Καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι, λέγοντες ὅτι οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραήλ.] Θαυμάσας ὁ ὄχλος καὶ προφητῶν καὶ πατριαρχῶν ὑπερτίθησι τὸν Χρισ-

cæci, clamantes et dicentes: Miserere nostri, fili David.] Cæci ut Deo dicebant, miserere: ut homini autem dicebant, fili David. Celebre enim erat apud Judæos, Messiam e semine David venturum.

At cum venisset in ædes, adierunt illum cæci. Et dicit illis Jesus: Creditis quod possim hoc facere? Dicunt illi: Etiam Domine.] Trahit secum cæcos usque in domum, ut monstret solidam illorum fidem, et condemnet Judæos. Interrogat autem eos an credant, ostendens fidem omnia sanare.

Tunc tetigit oculos illorum, dicens: Secundum vestram fidem fiat vobis. Et aperti sunt illorum oculi.] In domo seorsim curat, ut vitetur inanis gloria. Per omnia enim docet modestiam et humilitatem mentis.

Et interminatus est illis Jesus dicens: videte ne quis sciat. Illi autem ut egressi sunt, diffamaverunt illum in tota terra illa.] Vides quomodo fastum fugerit? Illi vero non ut inobedientes, sed ut grati divulgaverunt. Quamvis autem alicubi dicere videtur, Abi, et narra gloriam Dei, non est huic contrarium: vult enim eos de seipso quidem nihil dicere, sed narrare gloriam Dei apud alios.

Quum autem illi egrederentur, ecce adduxerunt illi hominem mutum et dæmoniacum. Et ejecto dæmonio, locutus est mutus.] Non erat morbus naturalis, sed a dæmone immissus: propterea et alii adducunt illum. Non enim per seipsum orare poterat, quia dæmon ejus linguam vinxerat: unde neque fidem exigit, sed statim curat, ejecto dæmone mutum loqui prohibente.

Et admiratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel.] Admiratæ turbæ Christum et prophetis et patriarchis præposuerunt, nam potestate sua curabat,

τόν· μετ' ἐξουσίας γὰρ ἐθεράπευε, καὶ οὐχ ὡς ἐκεῖνοι εὐχόμενοι. Ἴδωμεν δὲ καὶ τοὺς Φαρισαίους τί φασιν.

V. 34 Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἔλεγον· ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.] Ἄκρας μωρίας οἱ λόγοι, οὐδεὶς γὰρ δαίμων ἐκβάλλει δαίμονα. Ἔστω δὲ ὅτι τοὺς δαίμονας ἐξέβαλεν, ὡς τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων δουλεύων ἤτοι μαγεύων· τὰς νόσους δὲ καὶ τὰ ἁμαρτήματα πῶς ἔλυε, καὶ βασιλείαν ἐκήρυττεν; ὁ γὰρ δαίμων τοὐναντίον μᾶλλον καὶ νόσους ἐπιφέρει, καὶ Θεοῦ ἀφιστᾷ.

V. 35 Καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μα- 46
λακίαν ἐν τῷ λαῷ.] Φιλάνθρωπος ὢν οὐκ ἀναμένει αὐτοὺς πρὸς ἐκεῖνον ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτὸς περίεισιν, ἵνα μὴ ἔχωσιν ἀπολογίαν ὡς οὐδεὶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν. Ἔργῳ δὲ καὶ λόγῳ ἕλκει αὐτοὺς, διδάσκων καὶ θαυματουργῶν.

V. 36 Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν, ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα.] Οὐκ εἶχον ποιμένα, ἐπεὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν οὐ μόνον οὐ διώρθουν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἔβλαπτον· ἀληθοῦς δὲ ποιμένος ἐστὶ τὸ σπλαγχνίζεσθαι ἐπὶ τῷ ποιμνίῳ.

V. 37, 38 Τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.] Θερισμὸν ὀνομάζει τὸ πλῆθος τὸ χρῇζον τῆς θεραπείας, ἐργατας δὲ τοὺς ὀφείλοντας διδάσκειν, οἵ οὐκ ἦσαν τότε ἐν τῷ Ἰσραήλ. Κύριος δὲ τοῦ θερισμοῦ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ὡς προφητῶν καὶ ἀποστόλων Κύριος· δῆλον δὲ τοῦτο ἀπὸ τοῦ προχειρίσασθαι τοὺς δώδεκα χωρὶς τοῦ αἰτῆσαι τὸν Θεόν. Ἄκουε γάρ.

non sicut illi precantes. Videamus autem et Pharisæos quid dicant.

Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmonia.] Summæ stultitiæ sermones illi sunt, nullus enim dæmon ejicit dæmonem. Esto autem quod dæmones ejecerit ut dæmonum principi serviens, aut magiam exercens; morbos igitur et peccata quomodo solvebat, et regnum Dei prædicabat? nam dæmon contrario modo et morbos auget, et a Deo separat.

Et circumibat Jesus civitates omnes ac vicos, docens in synagogis illorum, et prædicans evangelium regni, et sanans omnem morbum atque omnem languorem in populo.] Quoniam misericors est, non expectat illos ad se venientes: sed ipse circuit, ne habeant excusationem quod nullus illos docuerit. Opere autem et sermone trahit eos docens, et miracula faciens.

Cum vidisset autem turbas, misericordia motus est erga illos, quod essent destituti atque abjecti velut oves non habentes pastorem.] Non habebant pastorem, eo quod principes illorum non solum non corrigebant, sed et nocebant. Veri enim pastoris est erga gregem misericordia affici.

Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogate igitur dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam.] Messem vocat multitudinem quæ curatione opus habebat, operarios autem eos, qui docere debebant, quales tunc non erant in Israel. Dominus autem messis ipse est Christus, Dominus apostolorum et prophetarum. Manifestum autem hoc ex eo, quod ordinavit apostolos non petendo Deum. Audi enim.

ΚΕΦ. ι΄.

ΚΑΙ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ὥστε αὐτὰ ἐκβάλλειν, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.] Δώδεκα μὲν μαθητὰς ἐκλέγεται, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν δώδεκα φυλῶν· δύναμιν δὲ τούτοις προσθεὶς, καίτοι γε ὀλίγοις οὖσιν, ἀπέστειλεν· ὀλίγοι γὰρ οἱ διὰ τῆς στενῆς ὁδεύοντες. Δίδωσι δὲ αὐτοῖς τὸ θαυματουργεῖν, ὡς ἂν διὰ τῶν θαυμάτων καταπλήσσοντες, πρὸς τὴν διδασκαλίαν πειθηνίους ἔχωσι τοὺς ἀκροατάς.

V. 2 Τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά εἰσι ταῦτα· πρῶτος Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ.] Καταλέγει τὰ τῶν ἀποστόλων ὀνόματα διὰ τοὺς ψευδαποστόλους. Προτίθησι δὲ Πέτρον καὶ Ἀνδρέαν, διότι καὶ πρωτόκλητοι. Εἶτα τοὺς τοῦ Ζεβεδαίου, προτάττει δὲ τὸν Ἰάκωβον τοῦ Ἰωάννου· οὐ γὰρ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀλλ' ἁπλῶς κατὰ τὸ παραπεσὸν καταλέγει τούτους. Φησὶ γοῦν,

V. 3, 4 Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· Φίλιππος, καὶ Βαρθολομαῖος· Θωμᾶς, καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης· Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος· Σίμων ὁ Κανανίτης, καὶ Ἰούδας Ἰσκαριώτης ὁ καὶ παραδοὺς αὐτόν.] Ἴδε ταπείνωσιν τοῦ Ματθαίου, πῶς ἑαυτὸν μετὰ τὸν Θωμᾶν ἔταξεν. Ἐπὶ δὲ τὸν Ἰούδαν ἐλθὼν οὐκ εἶπεν, ὁ μιαρὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ ἐχθρὸς, ἀλλ' Ἰσκαριώτην αὐτὸν ἀπὸ τῆς πατρίδος ὠνόμασεν. Ἦν γὰρ καὶ ἕτερος Ἰούδας, ὁ καὶ Λεββαῖος καὶ Θαδδαῖος. Δύο τοίνυν Ἰάκωβοι, ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ ὁ τοῦ Ἀλφαίου· καὶ δύο Ἰοῦδαι, ὁ Θαδδαῖος, καὶ ὁ προδότης· καὶ τρεῖς Σίμωνες, ὁ Πέτρος, ὁ Κανανίτης, καὶ ὁ προδότης. Σίμων γὰρ Ἰούδας Ἰσκαριώτης ἐλέγετο. 47

V. 5—7 Τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς, παραγγείλας αὐτοῖς λέγων· Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν

CAPUT X.

ET accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem super spiritus immundos, ita ut ipsos ejicerent, et sanarent quemvis morbum, et quemvis languorem.] Duodecim discipulos eligit juxta numerum duodecim tribuum, virtutemque illis tradidit, quamvis pauci essent, atque emisit: pauci enim per angustam portam transeunt. Dedit autem eis faciendi miracula virtutem, ut per miracula in admirationem adducerent auditores, et magis obtemperantes doctrinæ haberent.

Duodecim autem apostolorum nomina sunt hæc: primus Simon qui dicitur Petrus, et Andreas frater ejus.] Enumerat autem apostolorum nomina, propter pseudoapostolos. Præponit autem Petrum et Andream, quoniam et primum erant vocati. Deinde ponens filios Zebedæi, præponit Jacobum Joanni, non propter dignitatem, sed quia ita acciderat. Dicit igitur,

Jacobus Zebedæi filius, et Joannes frater ejus, Philippus et Bartholomæus, Thomas et Matthæus publicanus, Jacobus Alphæi, et Lebbæus cognomento Thaddæus, Simon Cananæus, et Judas Iscariotes, qui et tradidit illum.] Vide humilitatem Matthæi, quomodo se post Thomam ordinarit. Ad Judam autem cum venisset, non dixit, pollutus ille, inimicus ille Dei, sed Iscariotem illum a patria nominavit. Erat enim et alius Judas, qui et Lebbæus et Thaddæus dicebatur. Duo igitur Jacobi, nempe unus Zebedæi, alter Alphæi: et duo Judæ, Thaddæus unus, et alter proditor. Tres autem Simones, Simon scilicet Petrus, et Cananæus, et proditor. Simon enim Judas Iscariotes dicebatur.

Hos duodecim emisit Jesus, et præcepit eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum

μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε λέγοντες, Ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.] Τούτους, ποίους; τοὺς ἁλιεῖς, τοὺς ἰδιώτας, τοὺς τελώνας. Προηγουμένως δὲ τοῖς Ἰουδαίοις ἀποστέλλει αὐτοὺς, ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν ὅτι, πρὸς τοὺς ἐθνικοὺς ἀπεστάλησαν, καὶ διὰ τοῦτο ἡμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι οὐκ ἐπιστεύσαμεν· ἀπροφασίστους οὖν τοὺς Ἰουδαίους ποιεῖ. Συνάπτει δὲ τοὺς Σαμαρείτας τοῖς ἐθνικοῖς, ἐπεὶ Βαβυλώνιοι ὄντες κατῴκησαν τὴν Ἰουδαίαν, καὶ οὐδὲ τοὺς προφήτας ἐδέχοντο, ἀλλὰ μόνα τὰ πέντε τοῦ Μωσέως βιβλία. Βασιλείαν δὲ οὐρανῶν, καὶ τὴν μέλλουσαν ἀπόλαυσιν νόει. Ὁπλίζει δὲ αὐτοὺς τοῖς θαύμασι, λέγων·

V. 8 Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε. Δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.] Οὐδὲν οὕτως ἁρμόζει τῷ διδασκάλῳ, ὡς ταπείνωσις καὶ ἀκτημοσύνη. Τὰ δύο τοίνυν ταῦτα ἐνταῦθα δείκνυσι, δωρεὰν ἐλάβετε λέγων, μὴ γὰρ ὑψηλοφρονεῖτε, ὡς τοιαῦτα ἀγαθὰ ἔχοντες καὶ διδόντες. Δωρεὰν γὰρ καὶ χάριτι ταῦτα ἔχετε, ἀλλὰ σὺν τῷ ταπεινοφρονεῖν καὶ ἀφιλοχρήματοι γένεσθε. Δωρεὰν γὰρ, φησὶ, δότε. Τελεώτερον δὲ ἀνασπῶν τὴν ῥίζαν πάντων τῶν κακῶν, φησίν·

V. 9, 10 Μὴ κτήσησθε χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδους· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν.] Εἰς πᾶσαν ἀκρίβειαν αὐτοὺς γυμνάζει· διὰ τοῦτο ἀπερίττους αὐτοὺς παντελῶς ποιῶν καὶ ἀμερίμνους, οὐδὲ ῥάβδους συγχωρεῖ ἔχειν. Τοῦτο γὰρ ἡ ἀκριβὴς ἀκτημοσύνη, ποιοῦσα πιστεύεσθαι τὴν περὶ ἀκτημοσύνης διδάσκοντα. Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσι, πόθεν διατραφησόμεθα; φησὶν, ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ, τουτέστιν, ἐκ τῶν μαθητῶν τραφήσεσθε· χρεωστοῦσι γὰρ τοῦτο ὑμῖν ὡς ἐργάταις. Τροφῆς δὲ εἶπεν, οὐ τρυφῆς· οὐ γὰρ δεῖ τρυφᾷν τοὺς διδασκάλους.

ne ingrediamini: sed ite potius ad oves perditas domus Israel. Proficiscentes autem prædicate, dicentes: Appropinquavit regnum cœlorum.] Hos, quales? piscatores, vulgares, publicanos. Primum autem eos misit ad Judæos, ne dicere queant, Quoniam ad gentiles missi fuerunt, idcirco nos Judæi jure non credidimus. Destituit igitur Judæos omni excusatione. Conjungit autem Samaritanos gentilibus, quoniam Babylonii erant in Judæa domicilium habentes, prophetasque non recipiebant, sed tantummodo quinque libros Moysis. Porro per regnum cœlorum futurorum intellige fruitionem. Armat autem eos miraculis, dicens:

Infirmos sanate, leprosos mundate, dæmones ejicite. Gratis accepistis, gratis date.] Nihil tam decet doctorem, quam humilitas, et divitiarum contemptus. Duo igitur hæc hoc loco docet, dicens, Gratis accepistis, ne superbirent, quod talia dona et haberent, et darent. Gratis enim et per gratiam talia accepistis, sed cum humilitate et divitiarum estote contemptores. Gratis enim, inquit, date. Et ut perfectius malorum omnium radix extirpetur, inquit:

Non possideatis aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris, neque peram ad iter, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius suo cibo.] Magno studio eos exercet, et propterea omnia ab eis superflua aufert, et curas eis adimit. Nam neque virgam eos habere sinit, quod exactæ paupertatis est, et dignos fide facit eos, qui paupertatem doceant. Deinde ne dicant, unde victum habebimus? inquit, Dignus est operarius cibo suo, hoc est, a discipulis pascemini, debebunt enim hoc vobis ut operariis. Dixit autem *cibo*, non *luxu*. Neque enim deliciari oportet doctores.

V. 11 Εἰς ἣν δ᾿ ἂν πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε, ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι, κἀκεῖ μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε.] *Οὐκ εἰς πάντας κελεύει ἔρχεσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἀναξίοις μιγνύμενοι διαβάλλωνται· ἐὰν γὰρ εἰς τοὺς ἀξίους μόνους ἔρχωνται, πάντως καὶ διατραφήσονται. Κελεύει δὲ προσμένειν, καὶ μὴ οἰκίαν ἐξ οἰκίας ἀμείβειν, ἵνα μὴ ὡς γαστρίμαργοι ψέγωνται, καὶ δόξωσι τοὺς πρῶτον δεξαμένους ὑβρίζειν.*

V. 12, 13 Εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν ἀσπάσασθε αὐτὴν, λέγοντες· εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ· Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ᾿ αὐτήν, ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω.] *Ἀσπασμὸν καὶ εἰρήνην τὴν εὐλογίαν νόει, ἥτις παραμένει μόνοις τοῖς ἀξίοις· μάθε οὖν ἐντεῦθεν ὅτι μάλιστα τὰ ἡμέτερα ἔργα εὐλογοῦσιν ἡμᾶς.*

V. 14, 15 Καὶ ὃς ἂν μὴ δέξηται ὑμᾶς, μηδὲ
ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν, ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας
ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης, ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν 48
τῶν ποδῶν ὑμῶν. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν ἀνεκτότερον
ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως,
ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.] *Ἐκτινάσσειν βούλεται τὸν κονιορτὸν, δεικνύοντας, ὅτι οὐδὲν ἔλαβον ἐκεῖθεν διὰ τὴν ἀπείθειαν αὐτῶν· ἢ ὥστε μαρτύριον εἶναι τῆς μακρᾶς ὁδοιπορίας ἣν ἐβάδισαν, καὶ αὐτοὺς οὐκ ὠφέλησαν. Ἀνεκτότερον οὖν ἔσται τοῖς Σοδόμοις, ἢ τοῖς ἀπειθοῦσι, διότι οἱ Σοδομῖται ἐνταῦθα κολασθέντες ἐκεῖ μετριώτερον κολασθήσονται.*

V. 16 Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων.] *Καθώπλισεν αὐτοὺς σημείοις· ἐποίησε θαῤῥεῖν περὶ τῆς τροφῆς, τὰς τῶν ἀξίων ἀνοίξας θύρας. Λέγει νῦν καὶ τὰ συμβησόμενα δεινὰ, τὴν πρόγνωσιν δεικνύς. Παραμυθεῖται δὲ διὰ τοῦ ἐγώ. Ἐγὼ, φησὶν, ὁ κραταιός· ὥστε θαῤῥεῖτε, ἀχείρωτοι γὰρ ἔσεσθε. Ἑτοιμάζει δὲ αὐτοὺς πρὸς τὸ πάσχειν· ὡς γὰρ ἀδύνατον ἐν μέσῳ λύκων πρόβατον μὴ πάσχειν, οὕτω καὶ ὑμᾶς μεταξὺ τῶν Ἰουδαίων. Ἀλλὰ κἂν πάσχητε, μὴ ὀργίζεσθε· ὡς πρόβατα γὰρ πρᾴους ὑμᾶς εἶναι βούλομαι, καὶ οὕτω μᾶλλον νικᾷν.*

In quamcunque civitatem vel vicum fueritis ingressi, exquirite quis in ea dignus sit: atque illic manete, donec exeatis.] Non ad omnes jussit ire, ne mixti indignis arguantur. Nam si ad solos dignos ierint, omnino et pascentur. Jubet autem manere, et non de domo in domum ire, ne tanquam gulosi male audiant, et videantur primos qui susceperant, injuria afficere.

Cum autem intrabitis domum, salutabitis illam dicentes: Pax huic domui: et si quidem fuerit domus digna, veniat pax vestra supra illam: sin minus fuerit digna, pax vestra ad vos revertatur.] Per salutationem et pacem, benedictionem intellige, quæ apud solos dignos manet. Disce igitur hoc loco quod nostra maxime opera nos benedicant.

Et quicumque non exceperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes ex ædibus aut civitate illa, excutite pulverem pedum vestrorum. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam civitati illi.] Excutere jubet pulverem, monstrantes quod nihil illinc acceperint propter duritiam illorum qui persuaderi non potuerunt, vel ut testentur se illorum nomine magnum iter confecisse, nihilque illis profuisse. Tolerabilius igitur erit Sodomis quam incredulis, eo quod Sodomitæ hic puniti alibi mitius punientur.

Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.] Armaverat eos miraculis, de cibis bonam fiduciam illis fecerat, apertis dignorum januis. Dicit nunc et gravia quæ eventura erant, suam præscientiam manifestans. Consolatur autem per hoc quod dicit, ego. Ego inquit, potens ille: et proinde fidite: invicti enim eritis. Instruit autem eos ad passionem. Nam sicut impossible est oves in medio luporum nihil pati, ita et vos inter Judæos. Verum licet patiamini, ne succenseatis; Volo enim vos mansuetos esse, sicut oves, et sic magis vincere.

Γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.] Θέλει τοὺς μαθητὰς καὶ φρονίμους εἶναι· ἵνα γὰρ μὴ, πρόβατα τούτους ἀκούων, νοῇς ὅτι ἠλίθιον δεῖ εἶναι τὸν Χριστιανὸν, φησὶν ὅτι δεῖ καὶ φρόνιμον εἶναι, εἰδότα πῶς δεῖ ἀναστρέφεσθαι ἐν μέσῳ πολλῶν ἐχθρῶν. Ὡς γὰρ ὁ ὄφις πᾶν μὲν τὸ λοιπὸν σῶμα δίδωσι πλήττεσθαι, τὴν δὲ κεφαλὴν τηρεῖ, οὕτω καὶ ὁ Χριστιανὸς πάντα τὰ ἑαυτοῦ διδότω, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ τοῖς πλήττουσι· τὴν δὲ κεφαλὴν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς καὶ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις, τηρείτω· καὶ ὥσπερ ὁ ὄφις στενῇ τινι ὀπῇ περισφιγγόμενος καὶ διεξερχόμενος ἀποδύεται τὸ παλαιὸν δέρμα· οὕτω καὶ ἡμεῖς διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ ὁδεύοντες, τὸν παλαιὸν ἀποδυώμεθα ἄνθρωπον. Ἐπεὶ δὲ ὁ ὄφις καὶ βλαπτικός ἐστι, κελεύει ἡμᾶς ἀκεραίους εἶναι, τουτέστιν, ἁπλοῦς καὶ ἀπονήρους καὶ μὴ βλαπτικοὺς, ὡς αἱ περιστεραί· αὗται γὰρ, καὶ ἀφαιρούμεναι τὰ τέκνα καὶ διωκόμεναι, αὖθις ἐπανακάμπτουσι πρὸς τοὺς δεσπότας. Ἔσο οὖν φρόνιμος ὡς ὄφις, ὥστε μὴ γελᾶσθαι ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ πάντα τὰ κατὰ σὲ ἀμώμητα διατιθέναι· πρὸς δὲ τὸ βλάπτειν ἑτέρους ἔσο ὡσεὶ περιστερὰ, τουτέστιν ἀπόνηρος.

V. 17, 18 Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια, καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς· καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν.] Ὁρᾷς, τοῦτό ἐστι τὸ φρόνιμον εἶναι, τὸ προσέχειν καὶ μὴ διδόναι ἀφορμὴν τοῖς θέλουσι θλίβειν, ἀλλὰ φρονίμως διοικεῖν τὰ καθ' ἑαυτούς· ἂν χρήματα θέλῃ ὁ διώκων, ἂν τιμήν, δὸς ἵνα μὴ ἔχῃ ἀφορμήν· ἂν δὲ τὴν πίστιν ἀφαιρῆται, φύλαττέ σου τὴν κεφαλήν. Οὐ μόνον δὲ πρὸς Ἰουδαίους πέμπειν μέλλει τοὺς μαθητὰς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἔθνη· διὸ καὶ λέγει, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσι, τουτέστιν εἰς ἔλεγχον αὐτῶν μὴ πιστευόντων.

V. 19, 20 Ὅταν δὲ παραδιδῶσιν ὑμᾶς, μὴ μεριμ- 49
νήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν
ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσετε· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε

Estote igitur prudentes sicut serpentes, et simplices velut columbæ.] Vult discipulos etiam prudentes esse. Idcirco cum audieris Christianos dici oves, non intelligas quod oporteat eos stupidos esse, nam et prudentes oportet esse, et scire quomodo versari debeant in medio multorum inimicorum. Sicut enim serpens totum corpus objicit ut percutiatur, caput autem servat: ita et Christianus, inquit, omnia sua det, atque etiam corpus suum percutientibus: caput autem quod est Christus et fidem in illum servet. Et sicut serpens in angusto quodam foramine circumstringit se, atque inde evadens pellem veterem exuit: ita et nos per angustam viam incedamus, ut veterem exuamus hominem. Veruntamen quia et serpens noxius est, jubet nos simplices esse, hoc est, sinceros et absque malitia nullumque offendentes, sicut columbæ: illæ enim cum auferuntur eis fœtus, et persecutionem patiuntur, rursus ad dominos suos revertuntur. Esto igitur prudens sicut serpens, ita ut ne deridearis ob vitam ab aliis, sed omnia tua citra offensam perficias. Aliis autem ne noceas sis velut columba, hoc est, neutiquam malignus.

Cavete autem ab hominibus; tradent enim vos in concilia, et in synagogis suis flagellabunt vos, et ad præsides et reges ducemini propter me, in testimonium ipsis ac gentibus.] Vides hoc esse prudentis, cavere, et non dare occasionem volentibus persequi, sed prudenter agere res nostras. Si pecuniam voluerit qui persequitur, si honorem, da ut ne occasionem habeat: si autem fidem aufert, custodi tuum caput. Non autem discipulos missurus erat ad Judæos solum, sed etiam ad gentes: idcirco dicit, In testimonium ipsis et gentibus, hoc est, in notam et in reprehensionem eorum qui non credunt.

At cum tradiderint vos, ne sitis solliciti quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, Sed Spiritus

οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.] Ἵνα μὴ εἴπωσι, καὶ πῶς δυνησόμεθα πεῖσαι σοφοὺς ἰδιῶται ὄντες; κελεύει θαῤῥεῖν καὶ μὴ μεριμνᾷν. Ὅταν μὲν γὰρ μέλλωμεν μεταξὺ πιστῶν διαλέγεσθαι, δεῖ ἡμᾶς προμελετᾷν, καὶ ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπο-
1 Pet. iii. 15. λογίαν, ὡς ὁ Πέτρος παραινεῖ· μεταξὺ δὲ ὄχλων καὶ βασιλέων μαινομένων, τὴν ἑαυτοῦ ὑπισχνεῖται ἰσχὺν, ἵνα μὴ φοβηθῶμεν. Τὸ μὲν γὰρ ὁμολογεῖν ἡμέτερον· τὸ δὲ σοφῶς ἀπολογεῖσθαι Θεοῦ. Καὶ ἵνα μὴ ὑπολάβῃς ὅτι φυσική ἐστιν ἡ πρὸς τὰς ἀπολογίας ἐπιτηδειότης, φησὶν, οὐχ ὑμεῖς λαλεῖτε, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα.

V. 21 Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς.] Προλέγει αὐτοῖς τὰ συμβησόμενα, ἵνα ὅταν γένωνται μὴ θορυβηθῶσι. Δείκνυσι δὲ καὶ τὴν τοῦ κηρύγματος δύναμιν, πῶς ποιεῖ καταφρονεῖν τῆς φύσεως· τοιοῦτος γὰρ ὁ Χριστιανισμὸς· ἀλλὰ καὶ τὴν μανίαν ἐκείνων ἐμφαίνει, ὅτι οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων φείσονται.

V. 22 Καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.] Τὸ ὑπὸ πάντων, ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ πολλῶν. Οὐ γὰρ πάντες ἐμίσουν αὐτούς· ἦσαν γὰρ καὶ οἱ παραδεξάμενοι τὴν πίστιν. Ὁ δὲ ἄχρι τέλους ὑπομείνας, καὶ μὴ ἐν τῇ ἀρχῇ μόνον, ἐκεῖνος τῆς αἰωνίου μεθέξει ζωῆς.

V. 23 Ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.] Τὰ μὲν ἄνω ῥηθέντα φοβερὰ, οἷον τὸ, παραδώσουσιν ὑμᾶς, καὶ τὸ, ἔσεσθε μισούμενοι, περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάληψιν συμβησομένων ἦσαν. Τὸ δὲ νῦν λεγόμενον, περὶ τῶν πρὸ τοῦ σταυροῦ. Οὐ μὴ γὰρ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ διωκόμενοι, καὶ εὐθὺς ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. Κελεύει δὲ φεύγειν διωκομένους. Τὸ γὰρ προδήλως ῥίπτειν ἑαυτὸν εἰς κίνδυνον, καὶ αἴτιον γίνεσθαι κατακρίσεως τοῖς φονευταῖς, καὶ ζημιοῦν τοὺς μέλλοντας

patris vestri qui loquitur in vobis.] Ne dicant, quomodo persuadere poterimus idiotæ sapientia præditos? jubet fiduciam habere, et sollicitudinem deponere. Nam cum inter fideles sermonem habituri sumus, dignum est ut præmeditemur, et parati simus ad defensionem, quemadmodum Petrus admonet: inter turbas autem et reges insanientes, suum promittit robur, ne timeamus. Nostrum est enim confiteri: sapienter autem respondere, Dei. Et ne suspiceris naturalem esse in defendendo industriam, inquit, Non vos loquimini, sed Spiritus.

Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium, et insurgent filii adversus parentes, et morte afficient eos.] Prædicit eis eventura, ne turbentur cum acciderint. Ostendit autem et prædicationis vim, quomodo naturam ipsam contemnere faciat (hic enim Christianismus est), et insaniam illorum interim manifestat, quod neque familiaribus parcunt.

Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.] Ab omnibus, hoc est, a multis. Non enim omnes illos odio persequebantur: nam nonnulli et fidem acceperant. Qui autem usque in finem perseveraverit, et non solum inceperit, ille æternæ vitæ particeps erit.

Cum autem vos fuerint persecuti in civitate hac, fugite in aliam. Amen dico vobis, non perambulaveritis omnes civitates Israel, donec veniat filius hominis.] Quæ supra dicta sunt terribilia, ut quod tradent vos, et eritis odio, post ejus ascensionem futura erant: quod autem nunc, dicitur de his quæ ante crucem. Non enim perambulaveritis civitates Israel in persecutionibus, et statim veniam ad vos. Jubet autem fugere eos qui persequuntur. Enimvero temere se in periculum injicere, et auctorem fieri condemnationis homicidis, et damno

ὠφελεῖσθαι διὰ τοῦ κηρύγματος, διαβολικόν ἐστι. Τὸ γοῦν, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας νοήσῃς, ἀλλὰ περὶ τῆς πρὸ τοῦ σταυροῦ συνουσίας καὶ παραμυθίας. Ἀποσταλέντες γὰρ καὶ κηρύξαντες πάλιν ὑπεστράφησαν πρὸς τὸν Χριστὸν, καὶ συνῆσαν αὐτῷ.

V. 24, 25 Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ· ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ.] Διδάσκει ἐνταῦθα ἀνέχεσθαι τῶν ὕβρεων· εἰ γὰρ ἐγὼ ὁ διδάσκαλος καὶ δεσπότης ἠνεσχόμην, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς οἱ μαθηταὶ καὶ δοῦλοι. Ἐρωτᾷς δὲ πῶς φησι τὸ, οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, ὅπου γε πολλοὺς ὁρῶμεν μαθητὰς κρείττους τῶν διδασκάλων; μάθε οὖν ὅτι ἕως ἂν ὦσι μαθηταὶ, ἐλάττους εἰσὶ τῶν διδασκάλων, ἐὰν δὲ κρείττους γένωνται, οὐκέτι λοιπόν εἰσι μαθηταὶ, ὥσπερ καὶ ὁ δοῦλος, ἕως ἂν ᾖ δοῦλος, οὐκ ἔστιν ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ.

V. 25, 26 Εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἀπεκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ; μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς· οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτὸν ὃ οὐ γνωσθήσεται.] Παραμυθεῖσθε, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἐμῶν· εἰ γὰρ ἐμὲ ἄρχοντα τῶν δαιμονίων ἐκάλεσαν, τί δεινὸν εἰ ὑμᾶς διαβαλοῦσι τοὺς οἰκείους ἐμοί; οἰκιακοὺς γὰρ αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ἀλλ' οὐ δούλους, τὴν πρὸς αὐτοὺς δεικνὺς οἰκειότητα. Ἀλλὰ θαῤῥεῖτε· οὐ γὰρ ἡ ἀλήθεια συγκρυβήσεται, ἀλλ' ὁ χρόνος δείξει καὶ τὴν ὑμῶν ἀρετὴν, καὶ τὴν τῶν διαβαλλόντων κακίαν. Οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν ὃ οὐ γνωσθήσεται· ὥστε εἰ καὶ διαβαλοῦσιν, ἀλλ' ὕστερον γνωριοῦσιν ὑμᾶς.

V. 27 Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτὶ, καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων.] Ἅπερ, φησὶ, μόνοις ὑμῖν εἶπον καὶ ἐν ἑνὶ τόπῳ, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πρὸς τὸ οὖς καὶ ἐν τῇ σκοτίᾳ, μετὰ παῤῥησίας διδάξατε καὶ μεγαλοφώνως, ὥστε πάντας ἀκούειν ὑμῶν. Ἐπεὶ δὲ τῇ παῤῥησίᾳ ἕπονται καὶ κίνδυνοι, ἐπάγει·

esse his quibus per prædicationem prodesse poterat, diabolicum est. Donec veniat filius hominis, non de secundo adventu intelligas, sed de conventu et consolatione ante crucem. Missi enim ad prædicandum, iterum ad Christum redierunt, et cum eo conversati sunt.

Non est discipulus supra præceptorem, neque servus supra dominum suum: sufficit enim discipulo ut sit sicut præceptor suus, et servus sicut dominus suus.] Docet hoc loco ferendas injurias. Nam si ego præceptor et Dominus sustinui, multo magis vos discipuli et servi. Interrogas autem quomodo dicit, Non est discipulus supra præceptorem, cum videamus multos discipulos præceptoribus antecellere? Intellige igitur quod donec fuerint discipuli, minores erunt præceptoribus, quod si præstantiores fuerint, non erunt jam discipuli: quemadmodum et servus quamdiu est servus, non erit supra dominum suum.

Si ipsum patrem familias vocaverunt Beelzebub, quanto magis domesticos illius? Ne igitur timeatis eos: nihil enim est tectum, quod non sit retegendum: et nihil occultum quin futurum ut sciatur.] Consolationem, inquit, accipite a me. Si enim me principem dæmoniorum vocaverunt, quid grave si et vos familiares meos conviciis taxent? Domesticos vocavit, non autem servos, suam erga illos declarans familiaritatem. Sed confidite, veritas non occultabitur, sed tempus revelabit et vestram virtutem, et conviciatorum malitiam. Nihil enim est occultum, quod non sciatur. Licet igitur nunc traducant, tamen postea vos etiam claros reddent.

Quod dico vobis in tenebris, hoc dicite in luce: et quod in aurem auditis, prædicate super tecta.] Id quod seorsum dixi vobis, et in uno loco (hoc est enim, in aurem, et in tenebris) fidenter docete et magna voce, ita ut omnes vos audiant. Quia autem dicendi libertatem et pericula sequuntur, subdit,

V. 28 **Καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ.]** Διδάσκει καὶ θανάτου καταφρονεῖν· φοβερωτέρα γάρ, φησὶν, ἡ ἐν γεέννῃ κόλασις· οἱ μὲν γὰρ θανατοῦντες μόνης σαρκὸς ποιοῦνται φθορὰν, τὴν δὲ ψυχὴν τυχὸν καὶ εὐεργετοῦσιν· ὁ δὲ Θεὸς ῥίπτων εἰς γέενναν ἀμφότερα καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα κολάζει. Ἐν γεέννῃ δὲ εἰπὼν σημαίνει τὸ διηνεκὲς τῆς κολάσεως· γέεννα γὰρ παρὰ τοῦ ἀεὶ γεννᾶσθαι[1].

V. 29—31 **Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γὴν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί· μὴ οὖν φοβηθῆτε, πολλῷ στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς.]** Ἵνα μὴ ὡς ἐγκαταλελειμμένοι ταράσσωνται, φησὶν, εἰ οὐδὲ στρουθίον κρατηθήσεται ἀγνοοῦντος ἐμοῦ, πῶς ὑμᾶς οὓς φιλῶ ἐγκαταλείψω; τὴν ἀκριβῆ δὲ γνῶσιν καὶ πρόνοιαν ἐνδεικνύμενος, λέγει τὰς τρίχας ἡμῶν ἠριθμημένας εἶναι αὐτῷ. Μὴ νόμιζε δὲ ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐνεργοῦντος παγιδεύονται τὰ στρουθία, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ ἡ ἐκείνων ἄγρα ἀγνοεῖται αὐτῷ.

V. 32, 33 **Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς.]** Εἰς μαρτύριον προτρέπει· οὐκ ἀρκεῖται γὰρ μόνῃ τῇ κατὰ ψυχὴν πίστει, ἀλλὰ θέλει καὶ τὴν διὰ στόματος. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅστις ὁμολογήσει ἐμὲ, ἀλλ' ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ ἐμῇ δυνάμει· τῇ γὰρ ἄνωθεν βοηθούμενος χάριτι ὁμολογεῖ ὁ ὁμολογῶν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀρνουμένου οὐκ εἶπεν ἐν ἐμοὶ, ἀλλ' ἐμέ· δεικνὺς ὅτι οὐκ ἔχων τὴν ἄνωθεν
βοήθειαν ἀρνεῖται. Πᾶς οὖν ὁ ὁμολογῶν ὅτι Θεός ἐστιν ὁ 51
Χριστὸς, εὑρήσει τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντα περὶ αὐτοῦ τῷ

1 *παρὰ τοῦ ἀεὶ γεννᾶσθαι.*] Hanc lectionem exhibent tres codices collati apud Ed. Ven.; quæ ipsa omittit *γεννᾶσθαι.* Laborat noster

Et ne timeatis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: timete autem magis eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam.] Docet et mortem contemnendam: terribilius enim, inquit, gehennæ supplicium est. Qui enim occidunt, solum corpus destruunt, animæ autem fortassis benefaciunt: Deus autem in gehennam projiciens, et animam et corpus punit. Gehennam autem cum dicit, significat perpetuam pœnam: Gehenna enim est a vocibus ἀεὶ γεννᾶσθαι.

Nonne duo passeres asse veneunt? et unus ex illis non cadet in terram sine patre vestro. Vestri vero etiam capilli capitis omnes numerati sunt: ne igitur metuatis, multo passeribus præstatis vos.] Ne sicut derelicti turbarentur, inquit, Si neque passer ignorante me capitur, quomodo vos, quos amo, derelinquam? Evidentem autem scientiam et providentiam indicans, dicit capillos nostros ipsi numeratos esse. Ne putes igitur quod opus sit operante Deo ut illaqueentur passeres: sed quod neque illorum aucupium a Deo ignoretur.

Omnis igitur qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor et ego illum coram patre meo qui est in cœlis. Porro quisquis negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram patre meo qui est in cœlis.] Ad testimonium dandum adhortatur: non sufficit enim fides in sola anima, sed vult et per os confiteri nos Deus. Non dixit autem, qui confitebitur me, sed in me, hoc est, in mea virtute. Nam qui confitetur, superna virtute adjutus confitetur. Postea de negante non dixit in me, sed me: ostendens quod non habens supernum auxilium, negat. Omnis ergo qui confitetur quod Deus est Christus, inve-

in etymologia sua; siquidem *Gehenna* Hebraice sonat *Vallis Hinnomi.*

πατρὶ, ὅτι γνήσιός ἐστι δοῦλος· οἱ δὲ ἀρνούμενοι ἀκούσονται τὸ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς.

V. 34—36 Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἀλλὰ μάχαιραν. Ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς· καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ.] *Οὐ πανταχοῦ καλὸν ἡ ὁμόνοια· ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἡ διάστασις. Μάχαιρα γοῦν ὁ τῆς πίστεως λόγος, ὃς ἀποτέμνει ἡμᾶς ἀπὸ τῆς σχέσεως τῶν οἰκείων καὶ συγγενῶν, ἐμποδιζόντων ἡμῖν εἰς θεοσέβειαν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς διχάζεσθαι ἤτοι χωρίζεσθαι ἀπὸ τούτων λέγει, ἀλλ' ὅταν μὴ συνέρχοιντο, μᾶλλον δὲ καὶ ἐμποδίζοιεν εἰς τὴν πίστιν.*

V. 37 Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος, καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος.] *Ὁρᾷς ὅτι τότε δεῖ μισεῖν τοὺς γονεῖς καὶ τὰ τέκνα, ὅταν θέλωσι πλέον Χριστοῦ ἀγαπᾶσθαι; καὶ τί λέγω πατέρα καὶ μητέρα καὶ τέκνα; τὸ μεῖζον ἄκουε·*

V. 38 Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.] *Ὅστις, φησὶν, οὐκ ἀποτάξεται τῇ παρούσῃ ζωῇ, καὶ ἐκδώσει ἑαυτὸν εἰς θάνατον τὸν ἐπονείδιστον, τοῦτο γὰρ ὁ σταυρὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ ὡς λῃσταὶ καὶ κλέπται σταυροῦνται, προσέθηκε τὸ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, τουτέστι, κατὰ τοὺς ἐμοὺς νόμους ζῇ.*

V. 39 Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ εὑρήσει αὐτήν.] *Εὑρίσκειν δοκεῖ τὴν ψυχὴν ὁ περιποιούμενος τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν, ὃς καὶ ἀπόλλυσι ταύτην, αἰωνίᾳ παραπεμπόμενος τιμωρίᾳ· ὁ δὲ ἀπολλύων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καὶ ἀποθνήσκων, οὐχ ὡς λῃστὴς ἢ ὡς πνίγων ἑαυτὸν, ἀλλ' ἕνεκεν Χριστοῦ, ἐκεῖνος σώζει αὐτήν.*

V. 40, 41 Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. Ὁ

niet Christum confitentem de se patri quod fidelis sit servus. Qui autem negaverint, audient: Nescio vos.

Ne putetis quod venerim ut mittam pacem super terram: non veni ut mitterem pacem, sed gladium. Veni enim ut dissidere faciam hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et sponsam adversus socrum suam: et inimici hominis erunt familiares ejus.] Non ubique bona est concordia: sed bonum quandoque est et dissidium. Gladius igitur est sermo fidei, qui nos avellit a consuetudine familiarium et cognatorum pietatem impedientium. Non enim in universum dicit ut ab his separemur et dissideamus: sed dum non conducunt, et impediunt a fide.

Qui amat patrem vel matrem ultra me, non est me dignus: et qui amat filium vel filiam ultra me, non est me dignus.] Vides quod tunc oportet nos odio habere parentes et filios, quando volunt nobis supra Christum amari? Et quid dico patrem et matrem et filios? quod majus est, audi:

Et qui non accipit crucem suam, ac sequitur me, non est me dignus.] Quisquis, inquit, non renunciaverit præsenti vitæ, et tradiderit se in mortem contemptibilem (hoc enim antiqui crucem vocabant) non est me dignus. Quoniam autem multi ut fures et latrones crucifiguntur, apposuit, Et sequitur me, hoc est, juxta leges meas vivit.

Qui invenerit animam suam, perditurus est eam: et qui perdiderit animam suam mea causa, inveniet eam.] Invenire videtur animam suam, qui vitam quæ in carne est custodit: sed perdit eam, quia mittit in æternum supplicium. Qui autem perdit animam suam, et moritur, non ut latro vel seipsum strangulans, sed propter Christum, ille servat eam.

Qui recipit vos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam in nomine pro-

δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου μισθὸν δικαίου λήψεται.] Διεγείρει ἡμᾶς ἵνα ὑποδεχώμεθα τοὺς παρὰ Χριστοῦ· ὁ γὰρ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ τιμῶν, ἐκεῖνον τιμᾷ, καὶ δι' ἐκείνου καὶ τὸν πατέρα. Δεῖ δὲ ὑποδέχεσθαι τοὺς δικαίους καὶ τοὺς προφήτας εἰς ὄνομα δικαίου καὶ προφήτου, τουτέστι, διότι δίκαιοί εἰσι καὶ προφῆται, μὴ διά τινα προστασίαν καὶ ἀντίληψιν παρὰ τοῖς βασιλεῦσιν. Ἀλλὰ κἂν τυχὸν προφήτου σχῆμα ἔχῃ τις, τῷ δὲ ἔργῳ λείπηται, σὺ ὡς προφήτην αὐτὸν δέξαι. Καὶ ὁ Θεὸς ὡς ἂν εἰ δίκαιον τῷ ὄντι ἐδέξω, ἀμείψεταί σε. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, μισθὸν δικαίου λήψεται. Ἢ καὶ ἑτέρως νοήσεις, ὅτι δίκαιος λογισθήσεται καὶ αὐτὸς ὁ δεξάμενος, καὶ λήψεται μισθὸν ὃν οἱ δίκαιοι λαμβάνουσιν.

V. 42 Καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.] Ἵνα μὴ πενίαν προβάλληταί τις, φησὶν, ὅτι κἂν ποτήριον
ὕδατος ψυχροῦ δῷς, χάριν τοῦ εἶναι ἐμὸν μαθητὴν ἐκεῖνον, 52
καὶ τούτου λήψῃ τὸν μισθόν. Ποτήριον δὲ ψυχροῦ δίδωσι καὶ ὁ διδάσκων τινὰ φλογιζόμενον τῷ τοῦ θυμοῦ πυρὶ καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ ποιῶν αὐτὸν μαθητὴν ὀνομάζεσθαι Χριστοῦ. Οὐδὲ οὗτος οὖν ἀπόλλυσι τὸν μισθὸν αὐτοῦ.

ΚΕΦ. ια'.

ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ, μετέβη ἐκεῖθεν τοῦ διδάσκειν καὶ κηρύσσειν ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν.] Τοὺς μαθητὰς ἀποστείλας αὐτὸς λοιπὸν ἡσυχάζει, μηδὲν θαυματουργῶν, ἀλλὰ μόνον διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἐθεράπευε παρὼν, οὐκ ἂν προσήρχοντό τινες τοῖς μαθηταῖς· ἵνα οὖν σχῶσι χώρον ἐκεῖνοι τοῦ θεραπεύειν, αὐτὸς μεταβαίνει.

V. 2, 3 Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν

phetæ, mercedem prophetæ accipiet: Et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.] Excitat nos ut suscipiamus eos qui a Christo mittuntur. Nam qui ejus discipulos suscipit, ipsum veneratur, et per illum etiam patrem. Oportet autem suscipere justos et prophetas in nomine justi et prophetæ, hoc est, quia justi sunt et prophetæ, non propter aliquam auctoritatem et opem quam a regibus habeant. Quod si quis forte et prophetæ speciem gerat, opere autem non idem præstet, tu ut prophetam ipsum suscipe, et Deus quasi justum suscepisses tibi retribuet. Hoc enim signat, Mercedem justi accipiet. Vel etiam aliter intelligas quod justus existimetur etiam ille qui suscipit, et accipiet mercedem quam justi capiunt.

Et quicunque potum dederit uni ex pusillis istis calicem frigidæ aquæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perditurus est mercedem suam.] Ne paupertatem quis prætexat, dicit quod etsi poculum aquæ frigidæ des eo quod ille meus discipulus sit, et hujus accipies mercedem. Poculum autem aquæ frigidæ dat et qui docet quempiam flagrantem igne iracundiæ vel cupiditatum, et facit eum nominari discipulum Christi: nec hic igitur perdet mercedem suam.

CAPUT XI.

ET factum est cum finem fecisset Jesus mandandi duodecim discipulis suis, digressus est illinc ut doceret et prædicaret in civitatibus illorum.] Missis discipulis ipse cessat facere miracula, et solum docebat in synagogis. Nam si ipse præsens curasset, nulli tunc accessissent discipulos: ut igitur et illi habeant locum sanandi, ipse digressus est.

Joannes autem quum audisset in carcere facta Christi, missis duobus discipulis suis, dixit illi: Tu es qui venturus

αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;] Οὐχ ὡς αὐτὸς ἀγνοῶν τὸν Χριστὸν ὁ Ἰωάννης ἐρωτᾷ· πῶς γὰρ, ὑπὲρ οὗ ἐμαρτύρει ὅτι· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ; ἀλλ' ἐπεὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐφθόνουν

Joh. i. 36.

τῷ Χριστῷ, ἵνα πληροφορήσῃ ἐκείνους, διὰ τοῦτο ἀποστέλλει αὐτούς, ὡς ἂν τὰ θαύματα ἰδόντες πεισθῶσιν, ὅτι μείζων τοῦ Ἰωάννου ἐστὶν ὁ Χριστός· διὰ τοῦτο καὶ σχηματίζεται αὐτὸς ἐρωτᾷν, σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος; τουτέστιν, ὁ προσδοκώμενος ἐν ταῖς γραφαῖς ἔρχεσθαι μετὰ σαρκός. Τινὲς δέ φασιν ὅτι τὸ ἐρχόμενος περὶ τῆς εἰς ᾅδην καθόδου ἠρώτησεν ὡς ἀγνοῶν ὁ Ἰωάννης, ὡσανεὶ λέγων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος καὶ εἰς τὸν ᾅδην, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; Τοῦτο δὲ ἀνόητον. Ὁ γὰρ Ἰωάννης προφητῶν περισσότερος ὢν πῶς ἂν ἠγνόει τὴν σταύρωσιν τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον, καὶ ταῦτα ἀμνὸν αὐτὸν ὀνομάσας, διὰ τὸ μέλλειν ὑπὲρ ἡμῶν σφαγῆναι; Ἤδει τοίνυν ὁ Ἰωάννης ὅτι καὶ εἰς ᾅδου ἐλεύσεται ὁ Κύριος μετὰ τῆς ψυχῆς, ἵνα κἀκεῖ σώσῃ, ὥς φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, τοὺς, ὅσοι πιστεύειν ἔμελλον, εἰ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτῶν ἐσαρκώθη· καὶ οὐχ ὡς ἀγνοῶν ἐρωτᾷ, ἀλλ' ὡς θέλων πληροφορῆσαι τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ περὶ τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς τῶν θαυμάτων ἐργασίας. Ὅρα γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς τί λέγει πρὸς τὴν τοιαύτην ἐρώτησιν·

V. 4—6 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε· τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ χωλοὶ περιπατοῦσι· λεπροὶ καθαρίζονται, καὶ κωφοὶ ἀκούουσι· νεκροὶ ἐγείρονται, καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. Καὶ μακάριός ἐστιν, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί.] Οὐκ εἶπεν ὅτι· ἀπαγγείλατε τῷ Ἰωάννῃ, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐρχόμενος· ἀλλ' ὡς γινώσκων ὅτι ὁ Ἰωάννης διὰ τοῦτο ἀπέστειλε τοὺς μαθητὰς, ἵνα ἴδωσι τὰ θαύματα, φησὶν ὅτι· ἃ βλέπετε ἀπαγγείλατε τῷ Ἰωάννῃ, καὶ πάντως ἐκεῖνος ἀφορμῆς δραξάμενος ἐπὶ πλεῖον περὶ ἐμοῦ μαρτυρήσει πρὸς ὑμᾶς.
Πτωχοὺς δὲ εὐαγγελιζομένους, ἢ τοὺς τὸ εὐαγγέλιον κηρύτ- 53
τοντας, τουτέστι τοὺς ἀποστόλους νοήσεις, πτωχοὶ γὰρ ἦσαν ὡς ἁλιεῖς καὶ καταπεφρονημένοι διὰ ἰδιωτείαν, ἢ τοὺς

es, an alium expectamus?] Non interrogat Joannes quasi ignorans Christum. Nam quo pacto ignoraret, cum testatus sit, Ecce agnus Dei? Verum quia discipuli ejus invidebant Christo, ut pluribus argumentis certiores eos redderet, propter hoc mittit eos, ut vel visis miraculis credant Christum Joanne majorem esse: et idcirco fingit se rogare, Tu es qui venturus es? hoc est, qui expectatur in scripturis in carne venturus. Nonnulli autem dicunt, quod quum dixerit venturum, interrogavit de descensu ad inferos, quasi ignoret Joannes, et dicat, Es tu ille qui ad infernum venturus est, an alium expectamus? Hoc autem frivolum fuerit dicere. Quum enim prophetis aliis excellentior fuerit Joannes, quomodo crucifixionem Christi et ejus ad inferos descensum ignorasset, præsertim cum Christum agnum nominarit, eo quod pro nobis immolandus erat? Sciebat igitur Joannes quod ad infernum venturus esset Dominus cum anima, ut et illic salvaret (sicut dicit Gregorius theologus) omnes qui credituri erant, si in diebus ipsorum fuisset incarnatus. Et non sicut ignorans rogat, sed sicut volens copiosis testimoniis discipulos suos docere de Christo per miraculorum operationem. Vide enim et quid Christus dicat ad hanc interrogationem:

Respondit autem Jesus, et dixit eis: Ite et renuntiate Joanni ea quæ auditis et videtis: Cæci vident, et claudi ambulant: leprosi mundantur, et surdi audiunt: mortui excitantur, et pauperes evangelizantur. Et beatus est quisquis non fuerit offensus per me.] Non dixit, annunciate Joanni, Ego sum qui venturus sum: sed ut sciens quod Joannes hac de causa discipulos misisset, ut videant miracula, inquit, Quæ videtis, annunciate Joanni, et omnino ille accepta occasione hac amplius de me vobis testimonium perhibebit. Pauperes autem qui evangelizantur, intellige vel apostolos evangelium prædicantes (pauperes enim erant, ut piscatores, et privati

τὸ εὐαγγέλιον ἐνωτιζομένους καὶ ἀκούοντας περὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. Δεικνύων δὲ τοῖς Ἰωάννου μαθηταῖς ὅτι οὐ λανθάνουσιν αὐτὸν ἃ διαλογίζονται, φησὶν ὅτι, μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί· αὐτοὶ γὰρ πολὺν εἶχον περὶ αὐτοῦ δισταγμόν.

V. 7 Τούτων δὲ πορευομένων ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ Ἰωάννου· τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον;] Ἴσως ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι τῆς ἐρωτήσεως τοῦ Ἰωάννου ἐσκανδαλίσθησαν ἄν, μήποτε καὶ ὁ Ἰωάννης ἀμφιβάλλει περὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὕτως εὐκόλως μετεστράφη τὴν γνώμην, καίτοιγε περὶ Χριστοῦ μαρτυρήσας πρότερον. Ταύτην οὖν τὴν ὑπόνοιαν ἀναιρῶν ὁ Χριστός φησιν, οὐκ ἔστιν ὁ Ἰωάννης κάλαμος, τουτέστιν εὐμετάτρεπτος. Εἰ γὰρ ἦν τοιοῦτος, πῶς λοιπὸν ἐξήλθετε πρὸς αὐτόν εἰς τὴν ἔρημον; οὐ γὰρ δὴ πρὸς κάλαμον, ἤτοι εὐρίπιστον ἄνθρωπον, ἐξήλθετε ἄν· ἀλλ' ὡς πρὸς μέγαν ἐξήλθετε καὶ βέβαιον ἄνθρωπον. Οὐκοῦν τοιοῦτος μένει οἷον αὐτοὶ ἐνομίζετε.

V. 8 Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν.] Ἵνα γὰρ μὴ ἔχωσιν εἰπεῖν ὅτι τρυφῇ δουλεύσας ὕστερον χαῦνος γέγονε, φησὶν, οὐχ, ἡ γὰρ στολὴ αὐτοῦ τριχίνη οὖσα δείκνυσιν ὅτι ἐχθρός ἐστι τῆς τρυφῆς. Εἰ γὰρ ἂν καὶ μαλακὰ ἐφόρει, καὶ ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων ἦν, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἐὰν ἤθελε τρυφᾷν. Μάθε οὖν ὅτι οὐ δεῖ τὸν ἀκριβῆ χριστιανὸν μαλακὰ φορεῖν.

V. 9 Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ, λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου.] Περισσότερος προφήτου ὁ Ἰωάννης, διότι οἱ ἄλλοι προφῆται μόνον προεῖπον περὶ Χριστοῦ, οὗτος δὲ καὶ αὐτόπτης ἐγένετο, ὅπερ μέγα ὄντως ἐστί· καὶ ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι μετὰ τὸ γεννηθῆναι προεφήτευσαν, οὗτος δὲ καὶ ἐν κοιλίᾳ ὢν τῆς μητρὸς ἐπέγνω τὸν Χριστὸν καὶ ἐσκίρτα.

contemptibiles) vel auditores evangelii, de cœlestibus bonis audientes. Ostendens autem discipulis Joannis quod non laterent eum quæ cogitabant, dicit, Beatus qui non offensus fuerit in me: nam ipsi multum de eo dubitabant.

Illis autem euntibus, cœpit Jesus dicere turbis de Joanne: Quid exiistis in desertum ut videretis? Num arundinem quæ agitatur vento?] Fortassis turbæ ut audierunt Joannis interrogationem, offensæ sunt, ne forte et Joannes de Christo dubitasset, et sic facile mutasset sententiam, quamvis prius testificatus fuisset de Christo. Hanc igitur suspicionem e medio tollens Christus inquit, Non est Joannes arundo, hoc est, inconstans et varius. Nam si talis esset, quare exiistis ad eum in desertum? Non enim ad arundinem, hoc est, facile mutabilem hominem exiissetis; verum sicut ad magnum et constantem hominem exiistis. Proinde talis manet, qualem eum judicastis.

Sed quid exiistis ut videretis? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui mollia gestant, in domibus regum sunt.] Nam ne dicere possint, quod deliciis postea serviens factus sit remissus, inquit, Non; vestis enim ejus ex pilis erat, et ostendebat a deliciis alienum. Si enim mollia gestasset, in regum domibus versatus esset, et non in carcere, si delicias fuisset sectatus. Disce igitur quod non oportet probum Christianum mollia gestare.

At quid exiistis videre? prophetam? Etiam dico vobis, et excellentiorem propheta.] Excellentior quam propheta est Joannes, propterea quod alii prophetæ futura de Christo tantum prædixerunt, hic autem oculatus fuit testis, quod sane magnum est. Ad hæc, alii quidem posteaquam nati fuerint, prophetarunt: hic vero in matris adhuc utero Christum agnovit, et exultavit.

V. 10 Οὗτος γάρ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.] Ἄγγελος ἐκλήθη καὶ διὰ τὴν ἀγγελικὴν ζωὴν καὶ ἄϋλον σχεδὸν, καὶ διότι ἤγγειλε καὶ ἐκήρυξε τὸν Χριστόν. Κατεσκεύασε δὲ τὴν ὁδὸν τοῦ Χριστοῦ, ὡς μαρτυρῶν περὶ αὐτοῦ, καὶ ὡς βαπτίζων εἰς μετάνοιαν· μετὰ γὰρ τὴν μετάνοιαν ἄφεσις ἁμαρτιῶν, ἣν ἄφεσιν ὁ Χριστὸς δίδωσι. Μετὰ δὲ τὸ πορευθῆναι τοὺς Ἰωάννου μαθητὰς ταῦτα λέγει ὁ Χριστὸς, ἵνα μὴ δόξῃ κολακεύειν ἐκεῖνον. Μαλαχίου δὲ ἡ ῥηθεῖσα προφητεία.

V. 11 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ.] Μετὰ βεβαιώσεως τοῦτο ἀποφαίνεται, ὅτι οὐκ ἔστι τις μείζων Ἰωάννου. Γυναικῶν δὲ εἰπὼν ὑπεξεῖλεν ἑαυτόν· αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς γεννητὸς ἦν παρθένου, οὐχὶ γυναικὸς, τουτέστιν, ἐλθούσης εἰς γάμον.

Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστιν.] Ἐπειδὴ πολλὰ εἶπεν ἐγκώμια
περὶ Ἰωάννου, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι καὶ αὐτοῦ μείζων ἐστὶν 54
ἐκεῖνος, φησὶν ἐνταῦθα φανερώτερον, ὅτι ὁ μικρότερος ἐγὼ καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ κατὰ τὴν ὑμῶν ὑπόληψιν, μείζων αὐτοῦ εἰμι ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, τουτέστιν, ἐν τοῖς πνευματικοῖς καὶ οὐρανίοις ἀγαθοῖς. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐλαττοῦμαι αὐτοῦ, καὶ καθ' ὃ πρότερός μου ἐγεννήθη, καὶ καθ' ὃ δοκεῖ ὑμῖν αὐτὸς μέγας· ἐκεῖ δὲ μείζων εἰμί.

V. 12 Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.] Φαίνεται ἀνακόλουθον εἶναι τοῦτο, οὐκ ἔστι δέ. Σκόπει γοῦν· καὶ γὰρ περὶ ἑαυτοῦ εἰπὼν ὁ Χριστὸς, ὅτι μείζων ἐστὶν Ἰωάννου, συνωθεῖ αὐτοὺς εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτῷ· δεικνύων ὅτι πολλοὶ ἁρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, τουτέστι, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν. Βίας δε χρεία πολλῆς· τὸ γὰρ ἀφεῖναι πατέρα καὶ μητέρα, καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς καταφρονῆσαι, πόσης βίας ἐστί;

Hic est enim de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparaturus est viam tuam ante te.] Angelus vocatus est et propter angelicam vitam, ac ferme materiæ expertem, et propter hoc quod nunciavit prædicavitque Christum. Præparavit autem viam Christi, quasi testificans de eo, et quasi baptizans in pœnitentiam: post pœnitentiam enim remissio peccatorum; quam remissionem Christus dat. Hæc autem dixit Christus postquam a se abierant discipuli Joannis, ne videatur ei adulari. Vaticinium autem dictum Malachiæ est.

Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista.] Cum affirmatione hoc asserit quod non sit quisquam Joanne major. Dicens autem mulierum, seipsum excepit. Christus enim a virgine natus est, non muliere, quæ virum passa.

Qui autem minor est in regno cœlorum, major illo est.] Quoniam multas Joannis laudes dixerat, ut ne putent quod et se major sit ille, inquit hoc loco manifestius, quod ego minor, et natu junior, et juxta vestram opinionem inferior, major illo sum in regno cœlorum, hoc est, in spiritualibus et cœlestibus bonis. Nam hic quidem ipso minor sum, et quatenus prior me natus est, et quatenus ipse vobis magnus videtur, sed illic major sum.

A diebus autem Joannis Baptistæ usque ad hunc diem regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.] Videntur hæc superioribus non cohærere, sed non sic habet. Vide igitur. Etenim de se dixerat Christus quod major sit Joanne, et cogit illos ut ei credant, ostendens quod multi rapiunt regnum cœlorum, hoc est, fidem in se. Opus autem est vi multa. Relinquere enim patrem et matrem, et animam suam contemnere, quanta vis?

V. 13 *Πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν.*] Καὶ τοῦτο τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας ἐστί. Φησὶ γὰρ ὅτι, ἐγώ εἰμι ὁ ἐρχόμενος, πάντες γὰρ οἱ προφῆται πεπλήρωνται· οὐκ ἂν δὲ ἐπληρώθησαν, εἰ μὴ ἐγὼ ἦλθον· μηδὲν οὖν προσδοκᾶτε περαιτέρω.

V. 14 *Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἡλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.*] Εἰ θέλετε, φησὶ, δέξασθαι, τουτέστιν, ἐὰν εὐγνωμόνως κρίνητε καὶ μὴ φθονερῶς, αὐτός ἐστιν ὃν εἶπεν ὁ προφήτης Μαλαχίας Ἡλίαν μέλλοντα. Καὶ γὰρ ὁ πρόδρομος καὶ ὁ Ἡλίας τὴν αὐτὴν ἔχουσι διακονίαν, ὁ μὲν τῆς πρώτης παρουσίας προδραμὼν, ὁ δὲ Ἡλίας τῆς μελλούσης προδραμούμενος. Εἶτα δεικνύων ὅτι αἴνιγμά ἐστι τὸ τὸν Ἰωάννην Ἡλίαν εἶναι, καὶ συνέσεως χρεία πρὸς τὸ νοῆσαι, φησὶν ὅτι·

V. 15 *Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.*] Ἐνάγων αὐτοὺς εἰς τὸ ἐρωτῆσαι καὶ μαθεῖν.

V. 16, 17 *Τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; ὁμοία ἐστὶ παιδίοις καθημένοις ἐν ἀγορᾷ, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν, καὶ λέγουσιν· ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε.*] Τὸ δυσάρεστον τῶν Ἰουδαίων αἰνίττεται ἐνταῦθα. Δύστροποι γὰρ ὄντες, οὔτε τῇ σκληραγωγίᾳ τοῦ Ἰωάννου ἠρέσκοντο, οὔτε τῇ τοῦ Χριστοῦ ἁπλότητι· ἀλλ' ὅμοιοι ἦσαν παιδίοις δυσαρεστουμένοις διὰ κουφότητα, οἷς κἂν κλαίῃ τις, οὐκ ἀρέσκει, κἂν αὐλῇ, οὐδ' οὕτως.

V. 18, 19 *Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καὶ λέγουσι· δαιμόνιον ἔχει. Ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν· ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, φίλος τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν.*] Θρήνῳ μὲν ἀπεικάζει τὴν Ἰωάννου διαγωγὴν, καὶ γὰρ σκληρότητα πολλὴν καὶ ἐν ῥήμασι καὶ ἐν πράγμασιν ἐπεδείκνυτο ὁ Ἰωάννης· τὴν δὲ τοῦ Χριστοῦ αὐλῷ, καὶ γὰρ χαριέστατος ἦν ὁ Κύριος, πᾶσι συγκαταβαίνων, ἵνα πάντας κερδήσῃ τούτους, καὶ βασιλείαν

Omnes enim prophetæ et ipsa lex usque ad Joannem prophetizaverunt.] Et hoc bene illa consequitur: dicit enim, Ego sum ille venturus, omnes enim prophetæ impleti sunt. Non autem impleti fuissent, si ego non venissem. Nihil igitur expectetis ulterius.

Et si vultis recipere, ipse est Elias ille qui venturus est.] Si vultis, inquit, accipere, hoc est, si sana mente judicatis et non invida, ipse est Elias quem dixit propheta Malachias venturum. Etenim præcursor atque Elias idem sortiti sunt ministerium: et hic quidem prioris adventus, Elias autem posterioris præcursor. Deinde ostendens quod ænigma sit Joannem Eliam esse, et intellectu opus ad intelligendum, inquit,

Qui habet aures ad audiendum, audiat.] Ita inducens eos ut interrogent ac discant.

Cui autem assimilabo generationem hanc? Similis est pueris sedentibus in foro, et acclamantibus sodalibus suis et dicentibus: Tibia cecinimus vobis, et non saltastis: lamentati sumus vobis, et non planxistis.] Insinuat hic Judæorum morositatem. Difficiles enim moribus, neque Joannis austeritate, neque Christi simplicitate invitari potuerunt: sed similes fuerunt pueris contumacibus, quos neque facilitate neque luctu quis placarit.

Venit enim Joannes neque comedens neque bibens, et dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis comedens et bibens, et dicunt, Ecce hominem edacem et vini potorem, amicumque publicanorum et peccatorum.] Lamentationi assimilat vitam Joannis: erat enim magnæ tam in verbis quam operibus severitatis. Tibiæ autem vitam Christi: gratiosus enim erat Dominus, omnibus condescendens,

εὐαγγελιζόμενος, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον σκυθρωπὸν, οἷον ὁ Ἰωάννης.

Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς.] Τοῦτό φησιν ὅτι, λοιπὸν ἐπεὶ οὔτε ὁ Ἰωάννου βίος, οὔτε ὁ
ἐμὸς ἀρέσκει ὑμῖν, ἀλλὰ πάντας τοὺς τρόπους τῆς σωτηρίας 55
διαπτύετε, δίκαιος φαίνομαι ἐγὼ ἡ σοφία. Οὐκ ἔσται γὰρ ἔτι πρόφασις ὑμῖν, ἀλλὰ κατακριθήσεσθε πάντως. Καὶ γὰρ ἐγὼ μὲν πάντα πεπλήρωκα, ὑμεῖς δὲ ἀπειθήσαντες δίκαιον ἐμὲ ὡς μηδὲν παραλιπόντα δεικνύετε.

V. 20 Τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ὀνειδίζειν τὰς πόλεις, ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ, ὅτι οὐ μετενόησαν.] Μετὰ τὸ δεῖξαι ὅτι πάντα ὅσα ἔδει ἐποίησε, καὶ ἔμειναν ἀμετανόητοι, τότε λοιπὸν ὀνειδίζει.

V. 21 Οὐαί σοι Χοραζὶν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά.] Ἵνα νοήσῃς ὅτι οὐκ ἐκ φύσεως ἦσαν πονηροὶ οἱ μὴ πιστεύσαντες, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως, μέμνηται τῆς Βηθσαϊδὰ, ἐξ ἧς Ἀνδρέας, καὶ Πέτρος, καὶ Φίλιππος, καὶ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου ἦσαν· ὥστε οὐκ ἐκ φύσεως ἡ πονηρία, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως. Εἰ γὰρ ἐκ φύσεως, ἦσαν ἂν κἀκεῖνοι πονηροί.

V. 21, 22 Ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν. Πλὴν λέγω ὑμῖν, Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ ὑμῖν.] Χείρονας τοὺς Ἰουδαίους λέγει τῶν Τυρίων καὶ Σιδωνίων, καθ' ὃ οἱ μὲν Τύριοι τὸν φυσικὸν νόμον παρέβησαν, Ἰουδαῖοι δὲ καὶ τὸν Μωσαϊκόν. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν οὐκ εἶδον θαύματα, οὗτοι δὲ καὶ ἰδόντες διέβαλλον. Ὁ δὲ σάκκος σύμβολον μετανοίας, καὶ τὸ σποδὸν καὶ κόνιν πάττειν κατὰ τῆς κεφαλῆς, ἐπὶ τῶν πενθούντων βλέπομεν.

V. 23, 24 Καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ· ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν σοὶ, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. Πλὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ σοί.] Ἡ Καπερναοὺμ ὑψώθη διὰ τὸ εἶναι πόλις τοῦ Ἰησοῦ· ἐδοξάζετο γὰρ ὡς δῆθεν πατρὶς αὐτοῦ, ἀλλ' οὐδὲν

ut omnes lucrifaciat, et regnum evangelizet: proinde non ejus fuit austeritatis cujus Joannes.

Et justificata est sapientia a filiis suis.] Hoc dicit, Quandoquidem neque Joannis vita neque mea vobis placet, sed omnes salutis vias aspernamini, justus apparebo ego, qui sapientia sum. Nulla enim posthac vobis excusatio erit, sed omnino condemnabimini. Etenim ego quidem implevi omnia; vos autem increduli facti justum me, utpote qui nihil prætermiserim, comprobabitis.

Tunc cœpit Jesus exprobrare civitatibus in quibus factæ fuerant plurimæ virtutes ipsius, quod non egissent pœnitentiam.] Postquam monstravit quod omnia quæcunque oportebat, fecerat, et manserunt absque pœnitentia, tunc consequenter exprobrat:

Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaida.] Ut intelligas eos qui non crediderunt, non a natura, sed voluntate malos esse, meminit Bethsaidæ, ex qua Andreas, et Petrus, et Philippus, et filii Zebedæi fuerunt: atque ita non naturæ, sed voluntatis malitia fuit. Nam si naturæ, fuissent et illi mali.

Quoniam si in Tyro et Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco et cinere pœnitentiam egissent. Veruntamen dico vobis, Tyro et Sidoni tolerabilius erit in die judicii, quam vobis.] Deteriores dicit Judæos Tyriis et Sidoniis. Tyrii enim naturalem legem transgressi sunt: Judæi autem et Mosaicam. Et illi quidem non viderunt miracula, hi autem et visa miracula accusarunt. Saccus pœnitentiæ symbolum est: lugentes autem videmus cinerem et pulverem super caput spargere.

Et tu Capernaum, quæ usque ad cœlos es exaltata, usque ad infernum detrahêris: quoniam si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ in te, mansissent usque in hodiernum diem. Veruntamen dico vobis quod Sodomis tolerabilius erit in die judicii, quam tibi.] Capernaum exaltata est eo quod sit civitas Jesu; glorificata enim fuit, utpote

ὠφελήθη διὰ τὸ μὴ πιστεῦσαι. Τοὐναντίον γὰρ καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον κατακέκριται ἕως ᾅδου, ὅτι τοιοῦτον ἔχουσα οἰκήτορα, οὐδὲν ὠφελήθη ἐξ αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ Καπερναοὺμ ἑρμηνεύεται χωρίον παρακλήσεως, βλέπε ὅτι κἂν ἀξιωθῇ τις γενέσθαι χωρίον τοῦ παρακλήτου, τοῦ ἁγίου δηλαδὴ Πνεύματος, εἶτα ὑψηλοφρονήσῃ, καὶ ἐπαρθῇ ἄχρις οὐρανοῦ, καταπίπτει λοιπὸν διὰ τὴν ὑψηλοφροσύνην. Φρίξον οὖν, ὦ ἄνθρωπε.

V. 25 **Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις.]** *Ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἐξομολογοῦμαι, ἀντὶ τοῦ εὐχαριστῶ σοι, ὦ πάτερ, ὅτι οἱ δοκοῦντες σοφοὶ καὶ ἔμπειροι εἶναι τῶν γραφῶν Ἰουδαῖοι ἠπείθησαν, οἱ δὲ ἀμαθεῖς καὶ νήπιοι ἐπίστευσαν καὶ ἔγνων τὰ μυστήρια. Ἀπέκρυψε δὲ τὰ μυστήρια ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι σοφῶν, οὐχ ὡς φθονῶν ἢ ὡς αἴτιος ἀγνωσίας, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἀξίους, ἐξ αὐτοῦ τούτου τοῦ δοκεῖν ἑαυτοὺς εἶναι σοφούς· ὁ γὰρ δοκῶν ἑαυτὸν σοφὸν, καὶ θαῤῥῶν τῇ οἰκείᾳ γνώσει, οὐδὲ προσκαλεῖται Θεόν. Καὶ λοιπὸν ὁ Θεὸς, ὡς μὴ προσκαλούμενος, οὐδὲ βοηθεῖ αὐτῷ, οὐδὲ ἀποκαλύπτει. Ἄλλως τε, ὁ Θεὸς* 56
μᾶλλον διὰ φιλανθρωπίαν οὐκ ἀποκαλύπτει τοῖς πολλοῖς τὰ μυστήρια, ἵνα μὴ πλεῖον κολασθῶσιν, ὡς μετὰ τὸ γνῶναι διαπτύσαντες αὐτά.

V. 26 **Ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου.]** *Δηλοῖ ἐνταῦθα τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ πατρὸς, ὅτι οὐχ ὑπ' ἄλλου παρακληθεὶς ἀπεκάλυψε τοῖς νηπίοις, ἀλλ' οὕτως ἤρεσεν αὐτῷ ἐξ ἀρχῆς. Εὐδοκία γὰρ ἡ θέλησις καὶ ἡ ἀρέσκεια.*

V. 27 **Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου.]** *Εἶπεν ἀνωτέρω πρὸς τὸν πατέρα, ὅτι ἀπεκάλυψας, ὦ πάτερ· ἵνα οὖν μὴ ὑπολάβῃς ὅτι αὐτὸς οὐδὲν ποιεῖ, πάντα δὲ τοῦ πατρός εἰσι, φησὶν ὅτι πάντα μοι παρεδόθη, καὶ μία ἐξουσία ἐμοῦ κἀκείνου· τὸ δὲ παρεδόθη ἀκούων, μὴ νόμιζε ὅτι ὡς δούλῳ καὶ ὑποδεεστέρῳ παρεδόθη, ἀλλ' ὡς υἱῷ. Καθ'*

patria ejus, sed nihil utilitatis inde accepit, non credendo: et propterea contrario modo condemnata est usque in infernum, quod talem sortita inquilinum, non sit illinc emendatior facta. Quoniam autem Capernaum interpretari quis potest agrum consolationis, vide quod si quis mereatur fieri ager paracleti, scilicet Spiritus sancti, et deinde sublime sapiat, et exaltetur usque in cœlum, ita corruet quoque per superbiam. Horrescas igitur o homo.

In illo tempore respondit Jesus, et dixit: Confiteor tibi, pater, Domine cœli et terræ, quod occultaveris hæc a sapientibus et intelligentibus, et revelaveris ea parvulis.] Quod dicit, hunc sensum habet. Confiteor, hoc est, gratias ago tibi, pater, quod Judæi qui sibi videntur esse sapientes et periti in scripturis, non crediderunt, imperiti autem et parvuli crediderunt et cognoverunt mysteria. Occultavit autem mysteria Deus ab his qui videntur esse sapientes: non ut invidens, vel ut auctor imperitiæ, sed ideo quod non erant digni, propter hoc quod sibi videbantur esse sapientes. Nam qui videtur sibi sapiens, et confidit in sapientia sua, neque Deum invocat. Unde Deus postea non invocatus, neque juvat eum, neque revelat. Et aliter, Deus propter magnam misericordiam suam non revelat quibusvis plura mysteria, ut ne magis puniantur, utpote aspernantes ea quæ didicerunt.

Etiam pater, sic fuit beneplacitum ante te.] Manifestat hoc loco benignitatem patris, quod non ab alio provocatus revelat parvulis, sed sic ei placuit ab initio. Complacitum enim voluntas est, et beneplacitum.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo.] Dixit superius ad patrem, quod revelaveris, pater. Ne igitur suspiceris quod ipse quidem nihil faciat, omnia autem patris sint, dicit, Omnia mihi tradita sunt, et una potestas mea et illius. Cum autem audis, tradita sunt: ne suspiceris quod tanquam servo et inferiori tradita fuerint,

ὃ γὰρ ἐγεννήθη ἐκ τοῦ πατρὸς, κατὰ τοῦτο παρεδόθη αὐτῷ· εἰ μὴ γὰρ ἐγεννήθη, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἦν τῷ πατρὶ, οὐκ ἂν παρεδόθησαν. Ὅρα γὰρ τί λέγει· πάντα μοι παρεδόθη, οὐχ ὑπὸ τοῦ δεσπότου, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πατρός μου· ὥσπερ λόγου χάριν, ἐὰν γεννηθῇ εὐειδὲς παιδίον ἀπὸ πατρὸς εὐειδοῦς, καὶ εἴπῃ ὅτι ἐδόθη μοι τὸ κάλλος ἐκ τοῦ πατρός μου.

Καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.] Τὸ μεῖζον λέγει ὅτι, οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ πάντων εἰμὶ δεσπότης, ὅπου γε καὶ ἕτερον μεῖζον ἔχω, τὸ εἰδέναι τὸν πατέρα, καὶ οὕτως αὐτὸν γινώσκειν, ὥστε καὶ ἑτέροις αὐτὸν ἀποκαλύπτειν. Σκόπει δὲ, ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι ὁ πατὴρ ἀπεκάλυψε τὰ μυστήρια τοῖς νηπίοις· ἐνταῦθα δὲ, ὅτι ὁ υἱὸς ἀποκαλύπτει τὸν πατέρα. Ὁρᾷς οὖν μίαν δύναμιν πατρὸς καὶ υἱοῦ, εἴγε καὶ ὁ πατὴρ ἀποκαλύπτει καὶ ὁ υἱός.

V. 28 Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.] Πάντας καλεῖ, οὐ μόνον Ἰουδαίους, ἀλλὰ καὶ ἐθνικούς. Νοήσαις γὰρ ἂν κοπιῶντας μὲν τοὺς Ἰουδαίους, ὡς παρατηρήματα νομικὰ βαρέα μετερχομένους, καὶ κοπιῶντας ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῶν ἐντολῶν τοῦ νόμου· πεφορτισμένους δὲ τοὺς ἐθνικοὺς, οἳ τῷ βάρει τῶν ἁμαρτιῶν ἐπιέζοντο· τούτους οὖν πάντας ἀναπαύει ὁ Χριστός. Τὸ γὰρ πιστεῦσαι, καὶ ὁμολογῆσαι, καὶ βαπτίσασθαι, ποῖος κόπος; πῶς δὲ οὐκ ἀνάπαυσις; ὅταν καὶ ἐνταῦθα ἀμέριμνος ᾖς ἐπὶ τοῖς πρὸ τοῦ βαπτίσματος πραχθεῖσι, κἀκεῖ ὡσαύτως ἀνάπαυσις διαδέξηταί σε.

V. 29, 30 Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ· ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι.] Ζυγὸς τοῦ Χριστοῦ ἡ ταπείνωσις καὶ ἡ πρᾳότης. Ὁ γοῦν ταπεινούμενος παντὶ ἀνθρώπῳ ἀνάπαυσιν ἔχει, ἀτάραχος μένων· ὥσπερ ὁ κενόδοξος καὶ ἀλαζὼν πάντοτε ἐν μερίμναις, οὐ θέλων ἐλαττωθῆναί τινος, ἀλλὰ λογιζόμενος πῶς πλέον δοξασθήσεται, πῶς νικήσει τοὺς

sedt anquam filio. Nam secundum hoc quod natus est a patre, omnia tradita sunt ei. Nisi enim natus esset ab eo, et ejusdem esset substantiæ, non fuissent ei tradita. Vide enim quid dicat: Omnia mihi tradita sunt, Non a Domino, inquit, sed a patre meo: ut exempli gratia si nascatur pulcher puer a pulchro patre, et dicat, Data est mihi pulchritudo a patre meo.

Et nullus cognoscit filium nisi pater, neque patrem quis cognoscit nisi filius, et cui voluerit filius revelare.] Majus dicit: Nulli sit mirum me omnium esse Dominum, cum scilicet et aliud majus possim, nempe scire patrem, ac sic ipsum cognoscere, ut et aliis eum possim revelare. Considera autem quod superius dixerit patrem revelasse mysteria parvulis: hic autem quod filius patrem revelaverit. Vides igitur unam virtutem patris et filii: siquidem et pater revelat ac filius.

Venite omnes ad me qui laboratis et onerati estis, et ego requiescere vos faciam.] Omnes vocat, non solum Judæos, sed Gentiles. Per laborantes intellige Judæos, ut facientes traditiones legis graves, et in operatione mandatorum legis fatigatos: per oneratos autem Gentiles, onere peccatorum oppressos. Hos igitur omnes quiescere facit Christus. Credere enim, et confiteri, et baptizari, quis labor? Quomodo autem non et quies? quandoquidem et hic nihil sollicitum esse oportet de iis quæ ante baptismum facta sunt, et alibi quies te susceptura est.

Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum commodum est: et onus meum leve.] Jugum Christi humilitas et mansuetudo. Qui igitur se humiliaverit omni homini, requiem invenit, imperturbatus manens: sicut vanæ gloriæ cupidus et arrogans semper in curis est, nolens quoquam minor haberi, sed cogitans quomodo magis glorificetur, et quo-

ἐχθρούς. Ὁ ζυγὸς τοίνυν τοῦ Χριστοῦ, ἡ ταπείνωσις λέγω, ἐλαφρός ἐστιν, εὐκολώτερον γάρ ἐστι τῇ ταπεινῇ ἡμῶν φύσει τὸ ταπεινοῦσθαι, ἢ τὸ ἐπαίρεσθαι· ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐντολαὶ τοῦ Χριστοῦ ζυγὸς λέγονται, αἵτινες ἐλαφραί 57
εἰσι διὰ τὴν μέλλουσαν ἀντίδοσιν, εἰ καὶ πρὸς καιρὸν βαρεῖαι δοκοῦσιν.

ΚΕΦ. ιβ΄.

ΕΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων. Οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπείνασαν, καὶ ἤρξαντο τίλλειν στάχυας καὶ ἐσθίειν.] Λύων τὰς νομικὰς παρατηρήσεις, ἄγει τοὺς μαθητὰς διὰ τῶν σπορίμων· ἵνα φαγόντες λύσωσιν [1] τὸν τοῦ σαββάτου νόμον.

V. 2—4 **Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἰδόντες εἶπον αὐτῷ· ἰδοὺ οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν σαββάτῳ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαυὶδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν, οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις.]** Πάλιν οἱ Φαρισαῖοι τὸ φυσικὸν πάθος, τὴν πεῖναν αἰτιῶνται, χείρω αὐτοὶ ἁμαρτάνοντες· ὁ δὲ Κύριος ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Δαυὶδ ἱστορίας ἐντρέπει αὐτούς. Ἐκεῖνος γὰρ, φησὶ, διὰ τὴν πεῖναν καὶ μεῖζόν τι ἐτόλμησεν. Ἄρτοι δὲ τῆς προθέσεως, οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν προτιθέμενοι· προετίθεντο γὰρ ἐν τῇ τραπέζῃ δώδεκα, ἓξ ἐκ τοῦ δεξιοῦ μέρους, καὶ ἓξ ἐκ τοῦ ἑτέρου. Καίτοι κἂν προφήτης ἦν ὁ Δαυὶδ, οὐδὲ οὕτως ἔδει φαγεῖν· τοῖς γὰρ ἱερεῦσι μόνοις ἐξῆν· ἀλλὰ καὶ πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ ἐξῆν. Ὅμως διὰ τὴν πεῖναν συγγνώμης ἄξιος· οὕτως οὖν καὶ οἱ μαθηταί.

V. 5, 6 **Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι τοῖς**

[1] τὸν τοῦ σαββάτου νόμον] Voces τὸν νόμον supplevi ex codice Patavino, collato apud Ed. Ven.

modo vincat inimicos. Jugum igitur Christi (humilitatem dico) leve est. Facilius est enim humili naturæ nostræ humiliari, quam sublimari. Dicuntur item et omnia mandata Christi jugum leve, quoniam propter futuram retributionem levia, tametsi ad breve tempus gravia videantur.

CAPUT XII.

IN illo tempore ibat Jesus sabbato per segetes: discipuli vero illius esuriebant, et cœperunt vellere spicas, et comedere.] Solvens legales observationes, ducit discipulos per sata; ut manducantes solverent legem sabbati.

At Pharisæi cum vidissent, dixerunt illi: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere in sabbato. Ille vero dixit eis: Non legistis quid fecerit David quum esuriret ipse, et ii qui cum eo erant: quomodo ingressus sit in domum Dei, et panes propositionis ederit, quos ipsi non licebat edere, neque iis qui cum illo erant, nisi sacerdotibus solis.] Iterum Pharisæi naturalem passionem, nempe famem arguunt, quum ipsi gravius peccent: dominus autem per historiam David admonet eos. Ille enim, inquit, propter famem majus quiddam ausus fuit. Panes autem propositionis erant duodecim qui quotidie proponebantur in mensa, sex in dextra parte, sex in sinistra. Quamvis autem et David propheta erat, non tamen ei inde licebat edere, sed solis sacerdotibus: quanto magis non licebat his qui cum eo erant. Attamen propter famem venia dignus erat: sic igitur et discipuli.

Aut non legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes in

σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσι, καὶ ἀναίτιοί εἰσι; λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι τοῦ ἱεροῦ μεῖζόν ἐστιν ὧδε.] Ὁ νόμος ἐκώλυεν ἐν τῷ σαββάτῳ ἐργάζεσθαι· οἱ οὖν ἱερεῖς ἐν τῷ σαββάτῳ καὶ ξύλα ἔσχιζον καὶ πῦρ ἧπτον, ὥστε ἐβεβήλουν τὸ σάββατον, τουτέστιν ἐμίαινον, ὡς ὑμεῖς δοκεῖτε. Ἀλλὰ λέγεις μοι, ὅτι ἐκεῖνοι ἱερεῖς ἦσαν, οἱ δὲ μαθηταὶ οὔ. Λέγω οὖν, ὅτι τοῦ ἱεροῦ μεῖζόν ἐστιν ὧδε, τουτέστιν, ἐπεὶ ἐγὼ, ὁ μείζων τοῦ ναοῦ, δεσπότης καὶ μετὰ τῶν μαθητῶν εἰμι, μείζονα ἐξουσίαν ἔχουσιν οὗτοι λύειν τὸ σάββατον παρὰ τοὺς ἱερεῖς.

V. 7, 8 Εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν· ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν, οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους. Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.] Δείκνυσιν αὐτοὺς καὶ ἀμαθεῖς, ὡς μὴ γινώσκοντας τὰ προφητικά· οὐκ ἔδει γὰρ, φησὶν, ἐλεῆσαι τοὺς ἀνθρώπους πεινῶντας; ἄλλως τε ἐγὼ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου κύριός εἰμι τοῦ σαββάτου, ὡς πάντων καὶ τῶν ἡμερῶν δημιουργός· ὥστε ἐγὼ λύω τὸ σάββατον ὡς δεσπότης. Νόησον δὲ καὶ κατὰ ἀναγωγήν· ἐπεὶ γὰρ ἐργάται ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, θερισμὸς δὲ καὶ στάχυες οἱ πιστεύοντες, ἔτιλλον τούτους οἱ ἀπόστο- 58
λοι καὶ ἤσθιον, τουτέστι, βρῶμα εἶχον τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Τοῦτο δὲ ἐποίουν ἐν τοῖς σάββασιν, ἐν τῇ ἀργίᾳ τῶν κακῶν. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἠγανάκτουν· οὕτω κἂν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν διδασκάλων πολλάκις διδασκόντων καὶ ὠφελούντων, οἱ φαρισαΐζοντες καὶ φθονεροὶ ἀπαρέσκονται.

V. 9, 10 Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν. Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ἦν ἐκεῖ τὴν χεῖρα ἔχων ξηρὰν, καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες· εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ.] Οἱ ἄλλοι εὐαγγελισταὶ λέγουσιν, ὅτι ὁ
Mar. iii. 4. Ἰησοῦς ἐπηρώτησε τοὺς Φαρισαίους. Ἔστιν οὖν
Luc. vi. 9. εἰπεῖν, ὅτι φθονεροὶ ὄντες προέλαβον καὶ ἠρώτησαν αὐτόν, ὡς λέγει ὁ Ματθαῖος· εἶτα ὁ Χριστὸς πάλιν ἠρώτησεν αὐτοὺς, ὥσπερ χλευάζων καὶ τὴν πώρωσιν αὐτῶν διαγελῶν, ὅπερ οἱ ἕτεροι εὐαγγελισταί φασιν. Ἠρώτησαν δὲ αὐτὸν, ἵνα σχῶσιν ἀφορμὴν εἰς τὸ διαβάλλειν.

templo sabbatum violant, et crimine vacant? Dico autem vobis, quod templo majus est hoc in loco.] Lex prohibebat in sabbato operari. Sacerdotes in sabbato et ligna scindebant et ignem accendebant, atque ita violabant sabbatum, hoc est, inquinabant, ut vobis videtur. At dicis mihi, quod illi sacerdotes, discipuli autem sacerdotes non erant. Dico igitur quod templo majus est hoc in loco, hoc est, quandoquidem ego qui major sum templo dominus cum discipulis sum, majorem habent hi potestatem solvendi sabbatum, quam sacerdotes.

Quod si sciretis quid sit, misericordiam volo, et non sacrificium, nequaquam condemnassetis insontes: nam dominus est et sabbati filius hominis.] Ostendit eos et imperitos, et nescientes prophetias. Non oportebat enim, inquit, misereri esurientibus? præterea ego filius hominis dominus sum sabbati, ut omnium etiam dierum opifex. Ego igitur ut Dominus solvo sabbatum. Intellige autem et juxta anagogen: quoniam operarii erant apostoli, messis autem et aristæ, credentes, ideo eos vellebant apostoli et comedebant, hoc est, pro cibo habebant salutem hominum. Hoc autem faciebant in sabbatis, hoc est, in otio malorum. Pharisæi autem indignabantur: sic et in ecclesia doctoribus docentibus et prodesse cupientibus, Pharisæorum instar sæpe quidam invident, et ægre ferunt.

Progressus autem illinc venit in synagogam illorum: et ecce homo erat manum habens aridam, et interrogaverunt illum, dicentes: Num licet sabbatis curare? ut accusarent eum.] Alii evangelistæ dicunt, quod Jesus interrogaverit Pharisæos. Dici igitur potest quod cum invidi essent, prævenerint et rogaverint illum, ut dicit Matthæus. Deinde Christus iterum interrogavit eos, uti subsannans et ridens eorum cæcitatem, id quod ab aliis evangelistis dicitur. Interrogant igitur eum, ut occasionem habeant ad calumniandum.

V. 11, 12 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν.] Δείκνυσιν αὐτοὺς διὰ μὲν φιλοχρηματίαν, καὶ ἵνα μὴ προβάτου στερηθῶσι, καταλύοντας τὸ σάββατον, διὰ δὲ τὸ θεραπευθῆναι ἄνθρωπον μὴ ἀνεχομένους τοῦτο γενέσθαι. Ὥστε ἐν ταὐτῷ καὶ φιλοχρημάτους καὶ ἀπηνεῖς δεικνύει, καὶ καταφρονητὰς τοῦ Θεοῦ. Καταφρονοῦσι γὰρ τοῦ σαββάτου, ἵνα μὴ ζημιωθῶσι προβατον· [1]ἀνιλεεῖς δέ εἰσιν, ὅτι ἀνθρώπου θεραπείαν οὐ θέλουσιν.

V. 13 Τότε λέγει τῷ ἀνθρώπῳ· ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου· καὶ ἐξέτεινε, καὶ ἀποκατεστάθη ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.] Πολλοὶ καὶ νῦν ἔχουσι ξηρὰς τὰς χεῖρας, τουτέστιν, ἀνελεήμονας καὶ ἀμεταδότους· ἀλλ' ὅταν ὁ λόγος ὁ εὐαγγελικὸς ἐνηχήσῃ αὐτοῖς, ἐκτείνουσιν εἰς μετάδοσιν ταύτας, κἂν οἱ Φαρισαῖοι, οἱ ἀλαζόνες δαίμονες, οἱ [2]ἀποκεκομμένοι ἡμῶν διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔχθραν, οὐ θέλουσιν ἐκταθῆναι τὰς χεῖρας ἡμῶν εἰς ἐλεημοσύνην.

V. 14, 15 Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἐξελθόντες συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν.] Ὢ φθόνου· ὅτε εὐεργετοῦνται, τότε ἐκμαίνονται. Ἀναχωρεῖ δὲ ὁ Ἰησοῦς, διὰ τὸ μήπω ἐνστῆναι τὸν καιρὸν τοῦ πάθους. Καὶ ἅμα ἐκείνων φειδόμενος, μὴ ἐγκλήματι φόνου περιπέσωσι. Τὸ γὰρ ῥιψοκίνδυνον οὐ θεάρεστον. Ὅρα δὲ τὸ, ἐξελθόντες. Ὅτε γὰρ ἐξῆλθον ἐκ τοῦ Θεοῦ, τότε ἠβουλήθησαν ἀπολέσαι τὸν Ἰησοῦν. Οὐδεὶς γὰρ ἐν τῷ Θεῷ μένων τοιαῦτα βουλεύεται.

V. 15, 16 Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας· καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν.] Τὸν

1 ἀνιλεεῖς] Posses scribere ἀνίλεῳ (vide S. Jac. II. 13) vel ἀνελεεῖς vel ἀνηλεεῖς (Chrysostom. passim). Sed undecimi sæculi scriptori barbarismus hujusmodi non est temere abjudicandus.

At ille dixit eis: Quis erit ex vobis homo, qui habebit ovem unam, et si ea inciderit sabbatis in foveam, nonne apprehendet illam, et eriget? Quanto igitur præstantior est homo ove? Licet igitur sabbatis benefacere.] Ostendit eos propter avaritiam, et ut ne priventur ove, dissolventes sabbatum, non tolerantes autem hoc fieri ut curetur homo. Unde simul avaros et crudeles eos esse, et contemptores Dei ostendit. Contemnunt enim sabbatum, ut non perdant ovem: immisericordes autem sunt, quia hominis curam respuunt.

Tunc dicit homini: Extende manum tuam: et extendit, et restituta est sana sicut altera.] Multi et nunc aridas manus habent, hoc est, immisericordes sunt, et non communicant: sed quando sermone evangelico docentur, extendunt eas, et communicant, quamvis Pharisæi, superbi dæmones qui a nobis sunt amputati propter suam in nos inimicitiam, manus nostras ad misericordiam extendi nolunt.

Pharisæi autem egressi ceperunt consilium adversus eum, quomodo illum perderent. At Jesus ubi novisset, secessit illinc.] O invidentiam! quando beneficiis afficiuntur, tunc insaniunt. Secedit autem Jesus, eo quod passionis tempus nondum imminebat, parcens interim illis, ne homicidii crimini fiant obnoxii. Temere enim se periculis objicere Deo gratum non est. Vide autem quod dicit, Egressi: nam ut exiverunt a Deo, tunc voluerunt perdere Jesum. Nullus enim in Deo manens talia mente agitat.

Et secutæ sunt eum turbæ multæ, et curavit eos omnes: et increpuit eos, ne manifestum eum facerent.] Ut invi-

[2] οἱ ἀποκεκομμένοι κ.τ.λ.] Alluditur ad significationem vocis Φαρισαῖος. Vide nostrum supra ad cap. III. 7.

φθόνον ἐκείνων παραμυθούμενος οὐ θέλει φανεροῦσθαι· ἐσπούδαζε γὰρ παντὶ τρόπῳ θεραπεύειν αὐτούς.

V. 17—19 Ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ἡρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. Θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ. Οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ 59
κραυγάσει.] Εἰσάγει καὶ τὸν προφήτην μάρτυρα τῆς τοῦ Ἰησοῦ πρᾳότητος. Ὅσα γὰρ, φησὶ, θέλουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, ποιήσει· εἰ θέλουσιν αὐτὸν μὴ φαίνεσθαι, οὐκοῦν καὶ τοῦτο ποιήσει, καὶ οὐκ ἀντιστήσεται ὡς φιλόδοξος, οὐδὲ ἐρίσει· ἀλλὰ παραγγελεῖ τοῖς ὄχλοις ἵνα μὴ φανερώσωσιν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔθνεσι κρίσιν ἀπαγγελεῖ, τουτέστι, καὶ τοὺς ἐθνικοὺς διδάξει. Κρίσις γὰρ ἡ διδασκαλία καὶ γνῶσις καὶ διάκρισις τοῦ καλοῦ. Ἢ καὶ τὴν μέλλουσαν κρίσιν ἀπαγγελεῖ τοῖς ἐθνικοῖς, οἳ οὐδέποτε ἤκουσαν περὶ μελλούσης κρίσεως.

Οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ.] Οὐ γὰρ ἐν μέσῳ ἀγορᾶς ὡς οἱ φιλόδοξοι, ἀλλ' ἐν τῷ ἱερῷ καὶ ταῖς συναγωγαῖς, καὶ ἐν τῷ ὄρει, καὶ παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς ἐδίδασκεν.

V. 20 Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λῖνον τυφόμενον οὐ σβέσει.] Ἠδύνατο, φησὶ, τοὺς Ἰουδαίους ὡς κάλαμον συντετριμμένον κατακλάσαι, καὶ τὸν θυμὸν αὐτῶν ὡς λῖνον τυφόμενον ἤτοι καιόμενον σβέσαι· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν, ἕως οὗ πληρώσῃ τὴν οἰκονομίαν, καὶ νικήσῃ διὰ πάντων αὐτούς. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἐπαγόμενον·

V. 20, 21 Ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν· καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.] Ἵνα γὰρ μὴ ἔχωσί τι προφασίζεσθαι, πάντα ὑπέμενεν, ὡς ἂν ὕστερον καταδικάσῃ αὐτοὺς, καὶ νικήσῃ μηδὲν ἀντιλέγοντας. Καὶ τί γὰρ οὐκ ἐποίησεν ἵνα κερδήσῃ ἐκείνους; ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν· ὅθεν τὰ ἔθνη ἐλπιοῦσιν ἐπ' αὐτὸν, ἐπειδὴ οἱ Ἰουδαῖοι οὐκ ἠθέλησαν.

V. 22, 23 Τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμε-

diam Pharisæorum demulceret, manifestari non vult. Studebat enim omni modo turbas illas curare.

Ut adimpleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super illum, et judicium gentibus annunciabit. Non contendet, neque clamabit.] Introducit et prophetam testem mansuetudinis Jesu. Quæcunque enim, inquit, voluerint Judæi, faciet. Si voluerint ut non appareat, faciet etiam istud, et non reluctabitur, ut inanis gloriæ avidus, neque contendet, sed annunciabit turbis, ne manifestum eum faciant, et gentibus judicium annunciabit, hoc est, etiam gentes docebit. Judicium enim est doctrina et scientia et dijudicatio boni. Vel et futurum judicium annunciabit gentibus, qui nunquam audiverunt de futuro judicio.

Neque in plateis audiet quis vocem ejus.] Non enim in medio fori, ut gloriæ appetentes, sed in templo et synagogis et in monte et juxta littora docebat.

Arundinem contritam non confringet, et linum fumigans non extinguet.] Poterat, inquit, Judæos ut calamum contritum confringere, et iram eorum ut linum fumigans, hoc est, ardens, extinguere: sed noluit, quoad dispensatio adimpleretur, et per omnia vinceret eos. Hoc enim significat quod subditur.

Donec ejiciat ad victoriam judicium. Et in nomine illius gentes sperabunt.] Ne enim haberent quod prætexerent, omnia sustinuit, ut postea condemnaret eos, et vinceret nihil contradicentes. Et quidnam est quod non fecit ut lucrifaciat illos? sed noluerunt. Unde gentes sperabunt in eum, quoniam Judæi noluerunt.

Tunc adductus est ad eum dæmoniacus cæcus ac mutus,

νος, τυφλὸς καὶ κωφός· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτὸν, ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν. Καὶ ἐξίσταντο πάντες οἱ ὄχλοι καὶ ἔλεγον· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαυίδ;] *Τὰς πρὸς τὴν πίστιν ὁδοὺς ἀπέκλεισεν ὁ δαίμων, ὀφθαλμοὺς, καὶ ἀκοὴν, καὶ γλῶτταν· ἀλλ' ὁ Ἰησοῦς ἰᾶται, καὶ υἱὸς Δαυὶδ ὀνομάζεται παρὰ τῶν ὄχλων. Προσεδοκᾶτο γάρ ὁ Χριστὸς ἐκ σπέρματος Δαυίδ. Καὶ νῦν δὲ, ἐὰν ἴδῃς τινὰ μήτ' αὐτὸν νοοῦντα τὸ ἀγαθὸν, μήτε ἑτέρου λόγους δεχόμενον, τοῦτον νόμιζε τυφλὸν καὶ κωφὸν, ὃν ἰάσαιτο ὁ Θεὸς ἁπτόμενος τῆς καρδίας αὐτοῦ.*

V. 24 Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες εἶπον· οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων.] *Καίτοι γε ἀνεχώρησεν ὁ Κύριος δι' αὐτοὺς, ἀλλ' ἐκεῖνοι καὶ πόῤῥωθεν ἀκούοντες διαβάλλουσιν, καὶ εὐεργετουμένων τῶν ἀνθρώπων· οὕτως ἦσαν ἐχθροὶ τῆς φύσεως ὡς ὁ διάβολος.*

V. 25, 26 Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς· πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς ἐρημοῦται· καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς οὐ σταθήσεται. Καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη· πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ;] *Διὰ τοῦ δημοσιεύειν τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν δείκνυσιν ὅτι Θεός ἐστιν. Ἀπολογεῖται δὲ αὐτοῖς ἀπὸ τῶν κοινῶν παραδειγμάτων, καὶ δείκνυσι τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν. Πῶς γὰρ οἱ δαίμονες ἑαυτοὺς ἐκβάλλουσιν, ὅπου γε μᾶλλον ἑαυτοὺς* [1]*συγκροτοῦσι; Σατὰν δὲ λέγεται ὁ ἀντικείμενος.*

V. 27 Καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ 60
δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταί.] *Ἔστω, φησὶν, ὅτι ἐγὼ τοιοῦτός εἰμι· οἱ δὲ υἱοὶ ὑμῶν, τουτέστιν, οἱ ἐμοὶ μαθηταὶ, ἐν τίνι ἐκβάλλουσιν; οὐ γὰρ δὴ καὶ ἐκεῖνοι ἐν τῷ*

[1] *συγκροτοῦσι*] Confirmant, sustentant. Hunc usum verbi *συγκροτεῖν* apud Chrysostomum late patere ostendit Fieldius in adnot. ad Chrysost. Homil. in S. Matt. xvii. p. 223.

et sanavit illum, ita ut cæcus ac mutus loqueretur et cerneret. Et obstupuerunt omnes turbæ, dicebantque: Num hic est filius David?) Vias ad fidem occluserat dæmon, oculos, aures, et linguam: sed Jesus sanat, et filius David a turbis nominatur. Expectabatur enim Christus ex semine David. Et nunc si videris quempiam neque quid bonum sit per se intelligentem, neque alterius sermonem suscipientem, existima illum cæcum et mutum, quem utinam sanarit Deus tacto ejus corde.

Quæ cum audivissent Pharisæi, dicebant: Hic non ejicit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.] Tametsi Dominus propter eos secesserat, illi nihilominus etiam procul audientes incusant illum; et quum homines afficerentur beneficiis, erant tam natura inimici, quam diabolus.

Jesus autem sciens cogitationes illorum, dixit illis: Omne regnum divisum adversus sese, desolatur: et omnis civitas aut domus divisa adversus seipsam, non stabit. Et si Satanas Satanam ejicit, adversus seipsum divisus est: quomodo igitur stabit regnum ejus?] Invulgando cogitationes illorum, Deum se esse comprobavit. Excusat autem se apud illos communibus exemplis, et monstrat insipientiam eorum. Quomodo enim dæmones seipsos ejiciunt, cum magis se invicem confirment? Satan autem dicitur adversarius.

Etsi ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? Propterea ipsi vestri erunt judices.] Esto, inquit, quod ego talis sim: filii vestri, hoc est, mei discipuli in quo ejiciunt? Neque enim et illi in Beelzebub?

Βεελζεβούλ. Εἰ δὲ ἐκεῖνοι θείᾳ δυνάμει, πολλῷ μᾶλλον ἐγώ. Ἐκεῖνοι γὰρ ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι θαυματουργοῦσι, διὰ τοῦτο οὖν ἐκεῖνοι πρὸς κατάκρισιν ὑμῶν ἔσονται, ὅτι καὶ ἐκείνους βλέποντες ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι θαυματουργοῦντας, ἔτι διαβάλλετέ με.

V. 28 *Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.*] Τοῦτο λέγει, ὅτι, εἰ ἐν θείᾳ δυνάμει ἐγὼ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἐγώ εἰμι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ παραγέγονα δι' ὑμᾶς, ἵνα εὐεργετηθῆτε. Ὥστε ἔφθασεν εἰς ὑμᾶς ἡ ἐμὴ παρουσία· αὕτη γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ· τί τοίνυν τὴν δι' ὑμᾶς γενομένην παρουσίαν μου διαβάλλετε;

V. 29 *Ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει;*] Τοσοῦτον, φησὶν, ἀπέχω τοῦ φίλους ἔχειν τοὺς δαίμονας, ὥστε καὶ ἀντιτάττομαι αὐτοῖς, καὶ δεσμῶ αὐτοὺς, τοὺς πρὸ τῆς ἐμῆς παρουσίας ἰσχυροὺς ὄντας· εἰς τὴν οἰκίαν γὰρ ἤτοι τὸν κόσμον εἰσελθὼν ὁ Χριστὸς τὰ σκεύη τῶν δαιμόνων, τοὺς ἀνθρώπους λέγω, ἀφήρπασεν.

V. 30 *Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ σκορπίζει.*] Πῶς, φησὶν, ὁ Βεελζεβοὺλ ἔμελλέ μοι συνεργεῖν, ὃς ἀντιπράττει μοι μᾶλλον; ἐγὼ μὲν γὰρ ἀρετὴν διδάσκω, ἐκεῖνος δὲ κακίαν· πῶς οὖν ἐστι μετ' ἐμοῦ; κἀγὼ μέν συνάγω τοὺς ἀνθρώπους εἰς σωτηρίαν, ἐκεῖνος δὲ σκορπίζει. Αἰνίττεται δὲ καὶ τοὺς Φαρισαίους, ὅτι αὐτοῦ διδάσκοντος καὶ ὠφελοῦντος πολλοὺς, ἐκεῖνοι ἐσκεδάννυον τὸν λαὸν, ὥστε μὴ προσέρχεσθαι αὐτῷ. Δείκνυσιν οὖν αὐτοὺς δαιμονιώδεις τῷ ὄντι.

V. 31, 32 *Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν· πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ*

Quod si illi divina virtute, multo magis ego. Illi enim in nomine meo miracula operantur, propterea illi vos condemnaturi sunt, quia illos videtis in meo nomine miracula facere, et adhuc me accusatis.

Quod si in spiritu Dei ego demonia ejicio, ergo pervenit ad vos regnum Dei.] Hoc dicit, quod, Si in divina virtute ego ejicio dæmonia, ergo ego sum filius Dei, et adveni propter vos, ut afficiamini beneficiis, atque ita pervenit ad vos meus adventus: hic enim est regnum Dei: quid igitur adventum meum, qui propter vos est, accusatis?

Aut quomodo potest aliquis intrare domum potentis, et vasa ejus diripere, nisi prius liget potentem, et tunc domum ejus diripiet?] Tantum, inquit, abest ut amicos habeam dæmones, ut et adversarios habeam, et ligem eos qui ante meum adventum fortes erant. In domum autem, id est, in mundum ingressus Jesus vasa dæmonum, homines dico, abstulit.

Qui non est mecum, contra me est: et qui non colligit mecum, dispergit.] Quomodo, inquit, Beelzebub mihi cooperaturus est, qui contrarium mihi operatur? Ego quidem virtutem doceo, ille autem malitiam: quomodo igitur est mecum? Et ego quidem congrego homines ad salutem, ille autem dispergit. Notat autem Pharisæos, quod se docente, et multis prodesse cupiente, ipsi dispergerent populum ita, ne accederent ad se. Unde ostendit eos revera dæmoniis plenos.

Idcirco dico vobis, Omne peccatum et convicium remittetur hominibus, at convicium in Spiritum sanctum non remittetur hominibus. Et quisquis dixerit verbum adversus filium hominis, remittetur illi: qui autem dixerit adversus Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in

κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι.] Τοῦτο ἐνταῦθα λέγει, ὅτι πᾶσα μὲν ἄλλη ἁμαρτία κἂν μικρὰν γοῦν ἔχει ἀπολογίαν, οἷον πορνεία, κλοπή· καταφεύγομεν γὰρ εἰς τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, καὶ συγγνωστότεροί ἐσμεν. Ὅταν δέ τις βλέπῃ θαύματα διὰ τοῦ Πνεύματος τελούμενα, καὶ διαβάλλῃ ταῦτα ὡς ὑπὸ δαίμονος γινόμενα, ποίαν ἕξει οὗτος ἀπολογίαν; πρόδηλον γὰρ ὅτι οἶδε μὲν ὅτι ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου γίνονται, ἐθελοκακεῖ δέ. Πῶς οὖν ὁ τοιοῦτος συγγνωστός; Ὅταν μὲν οὖν ἔβλεπον οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Κύριον τρώγοντα καὶ πίνοντα, καὶ μετὰ τελωνῶν διάγοντα καὶ πορνῶν, καὶ τἄλλα πάντα ὡς υἱὸν ἀνθρώπου πράττοντα, εἶτα διέβαλλον αὐτὸν ὡς φάγον καὶ οἰνοπότην, ὑπὲρ τούτου συγγνώμης ἄξιοι, καὶ οὐδὲ μετάνοιαν ἀπαιτηθήσονται ὑπὲρ τούτου· δοκοῦσι γὰρ εὐλόγως 61
σκανδαλίζεσθαι. Ὅταν δὲ βλέποντες αὐτὸν θαυματουργοῦντα, διέβαλλον καὶ ἐβλασφήμουν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, λέγοντες αὐτὸ δαιμονιῶδες εἶναι, πῶς ἀφεθήσεται τοῦτο τὸ ἁμάρτημα αὐτοῖς, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν; Ὥστε γίνωσκε ὡς ὁ μὲν εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου βλασφημῶν ἀνθρωπικῶς ζῶντα βλέπων αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτὸν φίλον πορνῶν καὶ φάγον, καὶ οἰνοπότην, διὰ τὸ ταῦτα τὸν Χριστὸν ποιεῖν, ὁ τοιοῦτος κἂν μὴ μετανοήσῃ, οὐ δώσει ὑπὲρ τούτου λογον· συγγινώσκεται γὰρ ὡς μὴ νοήσας αὐτὸν Θεὸν ὄντα κρυπτόν. Ὁ δὲ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἤτοι τὰς πνευματικὰς πράξεις τοῦ Χριστοῦ βλασφημῶν, καὶ λέγων αὐτὰς δαιμονιώδεις, ἐὰν μὴ μετανοήσῃ, οὐ συγγνωσθήσεται· μὴ γὰρ εὔλογόν τινα ἀφορμὴν εἰς τὸ διαβάλλειν εἶχεν, ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ τὸν Χριστὸν ὁρῶν μετὰ πορνῶν ὄντα καὶ τελωνῶν, εἶτα διαβάλλων. Οὐκ ἀφεθήσεται οὖν τούτῳ οὔτε ἐνταῦθα οὔτε ἐκεῖ· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ τιμωρηθήσεται. Πολλοὶ γὰρ ἐνταῦθα μὲν κολάζονται, ἐκεῖ δὲ οὐδ' ὅλως, ὡς ὁ πτωχὸς Λάζαρος. Ἄλλοι δὲ καὶ ὧδε καὶ ἐκεῖ, ὡς οἱ Σοδομῖται, καὶ οὗτοι οἱ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημοῦντες· τινὲς δὲ οὔτε ὧδε οὔτε ἐκεῖ, ὡς οἱ ἀπόστολοι καὶ ὁ πρόδρομος· κἂν γὰρ δοκῶσι κολάζεσθαι διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ εἰσὶν

Luc. xvi. 25.

præsenti sæculo, neque in futuro.] Dicit hoc loco omne aliud peccatum vel parvam saltem habere excusationem, utpote scortationem, furtum: confugimus enim ad humanam infirmitatem, et fit veniæ locus: quando autem quis viderit miracula per Spiritum sanctum fieri, et accusaverit ea quasi a diabolo facta: qualem habiturus est ille excusationem? Manifestum est enim scire eum quod a Spiritu sancto fiant, sua autem sponte male operari: quomodo igitur talis venia dignus erit? Itaque Judæi quando viderunt Christum manducantem et bibentem, ac versantem cum publicanis et meretricibus, aliaque omnia more filii hominis facientem, et deinde arguerunt eum ut comedonem, et vini potorem: in hoc erant venia digni, et neque pœnitentia super hoc ab eis exigetur: videbantur enim rationabiliter offendi. Quando autem viderunt eum operari miracula, et arguerunt, et blasphemarunt Spiritum sanctum, dicentes hoc dæmoniacum esse, quomodo remittetur hoc peccatum nisi pœnitentiam egerint? Et ita disce quod ille qui blasphemat in filium hominis, videns eum humano more vivere, et dicens, Hic meretricarius est, vorax, et vini potor, quia Christus ista fecit: talis etsi non pœnitentiam egerit, de hoc non reddet rationem. Veniam enim accepit, tanquam qui non intellexerit illum fuisse Deum, eo quod tam occultus fuerit. Qui autem blasphemat in Spiritum sanctum, hoc est, in spiritualia opera Christi, et dicit ea esse diabolica, nisi pœnitentiam egerit, veniam non assequetur. Non enim rationabilem causam habuit ut calumniaretur, quemadmodum ille qui Christum videns cum meretricibus et publicanis versari, tum calumniabatur. Non remittetur igitur vel hic, vel alibi: sed et hic et alibi punietur. Multi enim sunt qui hic quidem puniuntur, sed alibi prorsus immunes sunt, ut pauper Lazarus: alii autem et hic et alibi, ut Sodomitæ, et hi qui in Spiritum sanctum blasphemant: alii vero neque hic, neque alibi, ut apostoli, et præcursor. Nam licet videantur puniri persecutionem pa-

ἐκεῖνα κολάσεις ὑπὲρ ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ δοκιμασίαι καὶ στέφανοι.

V. 33 **Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν· ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν· ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται.]** Ἐπειδὴ οἱ Ἰουδαῖοι τὰ μὲν θαύματα οὐκ ἠδύναντο διαβάλλειν ὡς κακὰ, τὸν δὲ ταῦτα ποιοῦντα Χριστὸν ἐβλασφήμουν ὡς δαιμονιώδη, φησίν, ἢ καὶ ἐμὲ τὸ δένδρον λέγετε εἶναι καλὸν, καὶ πάντως ἔσονται καὶ τὰ θαύματά μου, ἅτινά εἰσιν ὁ καρπὸς, καλά· ἢ ἐὰν ἐμὲ λέγητε σαπρὸν δένδρον, εὔδηλον ὅτι καὶ ὁ καρπὸς, ἤτοι τὰ θαύματα, σαπρὸς ἔσται· ἀλλὰ μὴν τὰ θαύματα, τουτέστι τὸν καρπὸν, καλὰ λέγετε εἶναι, καὶ ἐγὼ ἄρα καλός εἰμι τὸ δένδρον. Πάντως γὰρ ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γνωρίζεται, ὥστε κἀγὼ ἐκ τῶν θαυμάτων.

V. 34 **Γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες;]** Ἰδοὺ, φησὶν, ὑμεῖς δένδρα πονηρὰ ὄντες καρπὸν πονηρὸν φέρετε, κακολογοῦντες ἐμέ· ὥστε κἀγὼ ἐὰν ἤμην πονηρὸς, καρπὸν ἂν πονηρὸν προέφερον, καὶ οὐ θαύματα τοιαῦτα. Γεννήματα δὲ ἐχιδνῶν τούτους καλεῖ, ἐπεὶ ἐπὶ τῷ Ἀβραὰμ ἐκόμπαζον. Δείκνυσιν οὖν αὐτοὺς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ, ἀλλὰ προγόνων ἀξίων τῆς πονηρίας αὐτῶν.

Ioann. viii. 39.

V. 34, 35 **Ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ· ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει ἀγαθὰ, καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.]** Ὅταν ἴδῃς τινὰ αἰσχρολόγον, γίνωσκε ὅτι οὐχ ὅσα λέγει ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πολλαπλάσια. Καὶ γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύματος ἐκχεῖται καὶ εἰς τὰ ἔξω, καὶ θησαυρὸν ἔχων κρυπτὸν, ὀλίγον τι μέρος ἐκφαίνει. Ὁμοίως 62
καὶ ὁ ἀγαθὰ λαλῶν πλείονα ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ.

V. 36, 37 **Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου κατα-**

tientes, tamen non sunt ista propter peccata: sunt enim probationes et coronæ.

Aut facite arborem bonam, et fructum ejus bonum: aut facite arborem putrem, et fructum ejus putrem. Ex fructu enim arbor cognoscitur.] Quum Judæi non possent miracula Christi arguere ut mala, Christum autem facientem illa blasphemabant ut dæmoniacum; vel et me, inquit, dicite arborem bonam esse; atque ita miracula mea, quæ fructus sunt, bona erunt omnino: vel si me dicitis arborem putrem, manifestum quod et fructus, miracula videlicet, putres erunt. Verum miracula, id est, fructum, bona esse dicitis: igitur et ego bonus sum, nempe arbor. Omnino enim sicut ex fructu arbor, ita et ego ex miraculis cognoscor.

Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum mali sitis?] Ecce, inquit, vos cum arbores malæ sitis, fructum malum fertis, maledicentes mihi: unde et ego si malus essem, fructus afferrem malos, et non talia miracula. Progeniem viperarum eos vocat, quoniam in Abraham gloriabantur: ostendit autem quod non sint ex Abraham, sed ex proavis se dignis.

Siquidem ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo ex bono thesauro emittit bona, et malus homo ex malo thesauro emittit mala.] Quando videris quempiam obscœne loquentem, scias quod multo plura habeat in corde, quam quæ loquitur. Nam ex abundantia effundit se in externa, et thesaurum possidens absconditum, parvam partem declarat. Similiter et bona dicens plura habet in corde.

Dico autem vobis, quod homines de omni verbo otioso quod loquentur, rationem reddent in die judicii. Ex sermonibus enim tuis justificaberis, et ex sermonibus tuis

δικασθήσῃ.] Ἐκφοβεῖ ἐνταῦθα ἡμᾶς, ὅτι καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀργοῦ λόγου δώσομεν λόγον, τουτέστι, τοῦ ψευδοῦς, τοῦ συκοφαντικοῦ, ἢ καὶ τοῦ ἀτάκτου καὶ γελοιώδους. Εἶτα τίθησι μαρτυρίαν ἀπὸ τῆς γραφῆς, ἵνα μὴ δόξῃ οἰκεῖά τινα λέγειν· ἐκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ.

V. 38 **Τότε ἀπεκρίθησάν τινες τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, λέγοντες· διδάσκαλε, θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν.]** Θαυμάζων ὁ εὐαγγελιστὴς προσέθηκε τὸ, τότε. Ὅτε γὰρ ὑποταγῆναι ἔδει διὰ τὰ προγεγονότα θαύματα, τότε σημεῖον αἰτοῦσιν· ἐξ οὐρανοῦ δὲ θέλουσιν ἰδεῖν σημεῖον, ὡς ἄλλος
Marc. viii. 11. εὐαγγελιστὴς λέγει. Ἐδόκουν γὰρ ὅτι τὰ ἐπὶ τῆς γῆς θαύματα ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου δυνάμεως ποιεῖ· κοσμοκράτωρ γὰρ ὁ διάβολος. Τί οὖν ὁ σωτήρ;

V. 39, 40 **Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.]** Πονηρὰν μὲν γενεὰν αὐτοὺς καλεῖ, ὡς ἐπηρεαστὰς καὶ δολερούς· μοιχαλίδα δὲ, ὡς ἀφισταμένους ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ δαίμοσι κολλωμένους. Σημεῖον δὲ λέγει τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ, ὡς παράδοξον· ἐν γὰρ τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, τῷ κατωτάτω λέγω τόπῳ, τῷ ᾅδῃ δηλονότι καταβὰς τριήμερος ἀνέστη. Τὰς τρεῖς δὲ ἡμέρας καὶ τὰς τρεῖς νύκτας ἀπὸ μέρους νόησον καὶ μὴ ὁλοκλήρους. Ἀπέθανε μὲν γὰρ τῇ παρασκευῇ, μία αὕτη ἡμέρα ἦν· καὶ τῷ σαββάτω νεκρός, ἰδοὺ καὶ ἄλλη ἡμέρα· καὶ ἡ νὺξ δὲ τῆς κυριακῆς ἔτι νεκρὸν αὐτὸν κατέλαβε. Τρία οὖν ἡμερονύκτια ἀπὸ μέρους ἀριθμοῦνται· ἐπεὶ καὶ οὕτως εἰώθαμεν πολλάκις ἀριθμεῖν.

V. 41 **Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, καὶ**

condemnaberis.] Terret hic nos, quoniam et pro otioso verbo rationem daturi sumus, hoc est, pro mendacio, calumnia, aut etiam pro inordinatis et ridiculis. Deinde ponit testimonium ex scriptura, ne videatur propria dicere: Ex sermonibus tuis justificaberis, et ex sermonibus tuis condemnaberis.

Tunc responderunt quidam ex scribis et Pharisæis, dicentes: Magister, volumus a te signum videre.] Admirans evangelista apposuit, tunc. Quum enim obedire illos oporteret propter signa præcedentia, tunc signum petunt. De cœlo autem volunt signum videre sicut alius evangelista dicit: putabant enim quod signa super terram potestate diaboli faceret: mundi enim rector est diabolus. Quid igitur ad hæc Salvator?

At ille respondens dixit illis: Generatio prava et adultera signum quærit, et signum non dabitur illi, nisi signum Jonæ prophetæ. Quemadmodum enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus ac tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus.] Pravam generationem vocat eos, quia minaciter et dolose agebant: adulteram autem, quia desciscebant a Deo, et adhærebant dæmonibus. Signum autem dicit resurrectionem suam, ut admirabilem. Postquam enim in cor terræ, in infimum inquam locum, infernum scilicet descendit, tertio die resurrexit. Tres autem dies et tres noctes a parte intelligas, et non integras. Mortuus enim est in parasceve, quæ ipsa una dies est: et mortuus fuit sabbato, ecce et alia dies : nox autem dominicæ ipsum adhuc mortuum apprehendit. Tres igitur dies et noctes a parte numerantur, quia et sic sæpe numerare consuevimus.

Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam, quod ipsi pœnitentiam egerint ad prædicationem Jonæ: et ecce plus quam Jonas est hoc

ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.] Ὁ *μὲν Ἰωνᾶς, φησὶ, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ κήτους ἔξοδον κηρύξας ἐπιστεύθη.* Ἐ*γὼ δὲ οὐδὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὑμῖν πιστευθήσομαι.* Ὅ*θεν καὶ κατακριθήσεσθε ὑπὸ τῶν* Ν*ινευιτῶν πιστευσάντων τῷ δούλῳ μου* Ἰ*ωνᾷ χωρὶς σημείων, καὶ ταῦτα βαρβάρων ὄντων, ὑμεῖς οἱ προφήταις συντεθραμμένοι, οἱ σημεῖα ἰδόντες, μὴ* [1]*πιστεύσατε ἐμοὶ τῷ δεσπότῃ.* Τ*οῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, καὶ ἰδοὺ πλεῖον* Ἰ*ωνᾶ ὧδε.*

V. 42 Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν· ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε.] Ἡ *μὲν βασίλισσα, φησὶ, μακρόθεν ἦλθε, καίτοι γυνὴ ἀσθενὴς οὖσα, ἵνα περὶ δένδρων καὶ ξύλων καὶ φυσικῶν τινων ἀκούσῃ· ὑμεῖς δὲ καὶ ἐλθόντα με πρὸς ὑμᾶς,* 63
καὶ ἀπόῤῥητα λέγοντα, οὐκ ἐδέξασθε.

V. 43—45 Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει. Τότε λέγει· ἐπιστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου ὅθεν ἐξῆλθον· καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα, σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον. Τότε πορεύεται καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ· καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων· οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ.] Δ*είκνυσιν αὐτοὺς εἰς ἔσχατον ἀπωλείας καταντήσοντας ἐκ τοῦ μὴ παραδέξασθαι αὐτόν.* Ὥ*σπερ γὰρ οἱ δαιμόνων ἐλευθερωθέντες ἐὰν ῥαθυμήσωσι χείρονα πάσχουσιν· οὕτω καὶ ἡ ὑμετέρα γενεὰ κατείχετο δαίμονι ὅτε τὰ εἴδωλα προσεκυνεῖτε, ἀλλὰ διὰ τῶν προφητῶν ἐξέβαλον τοῦτον τὸν δαίμονα· ἦλθον δὲ καὶ αὐτὸς πλέον καθᾶραι ὑμᾶς βουλόμενος· ἀλλ' ἐπειδὴ παρώσασθέ με, καὶ ἀνελεῖν μᾶλλον σπεύδετε, ὡς χεῖρον ἁμαρτάνοντες, χεῖρον καὶ κολασθήσεσθε, καὶ ἡ ἐσχάτη*

[1] *πιστεύσατε*] corruptum videtur. Fortasse legendum *πιστεύσαντες.*

loco.] Postquam, inquit, Jonas exiit a ceto, et prædicavit, crediderunt: in me autem, etiam cum surrexero, non credetis. Unde et condemnabimini a Ninivitis, qui crediderunt servo meo Jonæ absque miraculis, quamvis barbari fuerint: vos autem assueti prophetis visis signis non creditis mihi Domino : quod significat, dicens, Et ecce plus Jona hoc loco.

Regina Austri surget in judicio cum generatione ista, et condemnabit eam: quia venit a finibus terræ ut audiret sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hoc loco.] Regina, inquit, a longe venit, quamvis esset mulier infirma, ut de arboribus et lignis et naturalibus quibusdam audiret: vos autem me, cum ad vos venerim et arcana dixerim, non suscepistis.

Quum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per arentia loca, quærens requiem, et non invenit: tunc dicit, Revertar in domum meam unde exivi. Et cum venerit, reperit eam vacantem, et scopis purgatam, atque ornatam. Tunc abit, et adjungit sibi septem alios spiritus sceleratiores se, et ingressi inhabitant illic: et fiunt postrema hominis illius pejora primis. Sic erat et generationi huic perversæ.] Ostendit illos usque in extremam perditionem venisse, quod ipsum non susceperint. Et sicut a dæmoniis liberati, si ignavi fuerint, deterius habent: ita et vestra generatio a dæmonio tenebatur cum idola adoraret, sed per prophetas ejeci illum dæmonem: veni autem et ipse mundare vos magis volens: sed quia repulistis me, et interimere vultis, ut gravius peccantes gravius etiam puniemini: et extrema captivitas

αἰχμαλωσία ὑμῶν βαρυτέρα ἔσται τῶν προτέρων. Σὺ δὲ νόει καὶ τοῦτο ὅτι διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐκβάλλεται τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, καὶ πορεύεται ἐν ταῖς ἀνύδροις καὶ ἀβαπτίστοις ψυχαῖς· ἀλλ' ἐν ἐκείναις οὐχ εὑρίσκει ἀνάπαυσιν. Ἀνάπαυσις γὰρ τοῖς δαίμοσι τὸ τοῖς βεβαπτισμένοις ἐνοχλεῖν διὰ τῶν πονηρῶν πράξεων, ἐπεὶ τοὺς ἀβαπτί-
Esai. xi. 2. στους ἤδη ἔχει. Ὑποστρέφεται οὖν ἐπὶ τὸν βεβαπτισμένον μετὰ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων· ὥσπερ γὰρ ἑπτὰ τὰ τοῦ πνεύματος χαρίσματα, οὕτως ἐκ τῶν ἐναντίου ἑπτὰ καὶ τὰ τῆς κακίας πνεύματα. Ἐπὰν δὲ εἰσέλθῃ εἰς τὸν βεβαπτισμένον, χείρων ἡ συμφορά· πρότερον μὲν γὰρ ἐλπὶς ἦν διὰ τοῦ βαπτίσματος καθαρισθῆναι, ἔκτοτε δὲ δευτέρου βαπτίσματος οὐκ ἔστιν ἐλπίς, εἰ μὴ τοῦ διὰ μετανοίας, ὃ σφόδρα ἐπίπονον.

V. 46 Ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις, ἰδοὺ ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι.] Ἀνθρώπινόν τι ἐβούλετο ἐνδείξασθαι ἡ μήτηρ, ὅτι ἐξουσιάζει τοῦ παιδός· οὐδὲν γὰρ μέγα οὔπω περὶ αὐτοῦ ἐνόει· διὰ τοῦτο οὖν καὶ ἔτι λαλοῦντα βούλεται πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπάσασθαι, φιλοτιμουμένη ὡς ὑποταττομένου αὐτῇ τοῦ υἱοῦ. Τί γοῦν ὁ Χριστός; ἐπεὶ τὸν σκοπὸν αὐτῆς ἔγνω, ἄκουε τί φησιν.

V. 47—50 Εἶπε δέ τις αὐτῷ· ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι ζητοῦντές σοι λαλῆσαι· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτοῦ· Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου; καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν· ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου. Ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστίν.] Οὐχ ὑβρίζων τὴν μητέρα λέγει ταῦτα, ἀλλὰ διορθούμενος τὴν φιλόδοξον αὐτῆς καὶ ἀνθρωπίνην γνώμην. Οὐ γὰρ εἶπεν ὅτι, οὐκ ἔστι μου μήτηρ· ἀλλ' ὅτι, ἐὰν μὴ ποιῇ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὐδὲν αὐτὴν ὠφελήσει τὸ γεννῆσαί με. Οὐ γὰρ ἀρνεῖται τὴν κατὰ φύσιν συγγένειαν, ἀλλὰ προστίθησι καὶ τὴν κατ' ἀρετήν. Οὐδεὶς 64

vestra gravior erit prioribus. Tu autem intellige et hoc, quod per baptismum ejicitur immundus spiritus, et vadit ad loca inaquosa, et animas non baptizatas, sed in illis non invenit requiem. Requies enim est dæmoniis, baptizatos turbare per mala opera, quoniam non baptizatos jam habet. Convertitur igitur ad baptizatum cum spiritibus septem. Sicut enim septem sunt dona spiritus, ita e diverso septem sunt malitiæ spiritus. Cum autem ingressus fuerit in baptizatum, deterior fit calamitas. Prius enim spes erat per baptismum esse purgatum: postea autem non est spes secundi baptismi, nisi per pœnitentiam, quæ valde laboriosa est.

Adhuc autem loquente illo ad turbas, ecce mater ejus et fratres ejus stabant foris, quærentes ei loqui.] Humanum quid volebat ostendere mater, quod ut in filium potestatem habeat: nihil enim magnum adhuc de eo intelligebat. Quare ipso adhuc loquente, volebat ad se illum attrahere, quasi ambitiosula tanto sibi filio subdito. Quid igitur Christus? Postquam intentionem ejus novit, audi quid dicat:

Dixit autem quidam illi: Ecce mater tua et fratres tui foris stant, quærentes tibi loqui. At ille respondens dixit ei qui sibi renuntiaverat: Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei? et extendens manum suam ad discipulos suos, dixit: Ecce mater mea et fratres mei. Quisquis enim fecerit voluntatem Patris mei qui est in cœlis, ipse meus frater et soror et mater est.] Non injuria afficiens matrem hæc dixit, sed corrigens mentem ejus gloriæ avidam et humanam. Non enim dicit, Non est mater mea: sed, si non fecerit voluntatem Dei, nil ei proderit quod me genuit. Non enim negat naturalem cognationem, sed apponit etiam eam quæ est per virtutem.

γὰρ ἀνάξιος ἀπὸ συγγενείας ὠφελεῖται. Διορθωσάμενος τοίνυν τῆς κενοδοξίας τὸ νόσημα ὅμως πάλιν ὑπακούει τῇ μητρὶ καλούσῃ. Φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστής.

ΚΕΦ. ιγ'.

ΕΝ δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς οἰκίας ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν. Καὶ συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ὄχλοι πολλοὶ, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον ἐμβάντα καθῆσθαι, καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει.] Ἐκάθισεν ἐν τῷ πλοίῳ, ἵνα πάντας τοὺς ἀκροατὰς κατὰ πρόσωπον στήσῃ, καὶ πάντες ἀκούωσι. Καὶ δὴ ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἁλιεύει τοὺς ἐν τῇ γῇ.

V. 3 Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων.] Τοῖς μὲν ἀπλάστοις ὄχλοις ἐπὶ τοῦ ὄρους χωρὶς παραβολῶν λαλεῖ· ἐνταῦθα δὲ τῶν δολερῶν Φαρισαίων ὄντων, ἐν παραβολαῖς λέγει, ἵνα κἂν ὡς μὴ νοοῦντες ἐρωτήσωσι καὶ μάθωσιν. Ἄλλως τε ἀναξίοις οὖσιν, οὐκ ἔδει γυμνὰς τὰς διδασκαλίας αὐτοῖς προκεῖσθαι. Οὐ δεῖ γὰρ τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων ῥίπτεσθαι. Πρώτην δὲ παραβολὴν λέγει τὴν ποιοῦσαν προσεκτικώτερον τὸν ἀκροατήν. Ἄκουε γάρ.

Ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ.] Ἑαυτὸν λέγει τὸν σπείροντα, σπόρον δὲ τὸν λόγον. Ἐξῆλθε δὲ, οὐ τόπῳ· πανταχοῦ γὰρ ἦν, ἀλλὰ καθ' ὃ ἐπλησίασεν ἡμῖν μετὰ σαρκὸς, κατὰ τοῦτο λέγεται ἐξελθεῖν, τῶν κόλπων τῶν πατρικῶν δηλονότι. Ἐξῆλθεν οὖν πρὸς ἡμᾶς, ἐπειδὴ ἡμεῖς οὐκ ἠδυνάμεθα πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν. Καὶ τί ποιῆσαι ἐξῆλθεν; ἆρα ἐμπρῆσαι τὴν γῆν διὰ τὰς πολλὰς ἀκάνθας; ἆρα τιμωρήσασθαι; οὐχὶ, ἀλλὰ τοῦ σπεῖραι. Τὸν σπόρον δὲ αὐτοῦ εἶπε, διότι καὶ οἱ προφῆται ἔσπειρον, ἀλλ' οὐ τὸν σπόρον αὐτῶν, ἀλλὰ τὸν τοῦ Θεοῦ. Οὗτος δὲ Θεὸς ὢν τὸν σπόρον αὐτοῦ τὸν ἴδιον ἔσπειρεν. Οὐ γὰρ χάριτι θείᾳ ἐσοφίσθη, ἄπαγε, ἀλλ' αὐτὸς ἦν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ.

Nullus enim indignus a cognatione utilitatem capit. Igitur correcto vanæ gloriæ morbo, iterum obedit matri vocanti. Dicit enim evangelista:

CAPUT XIII.

IN die vero illo egressus Jesus e domo sedit juxta mare: et congregatæ sunt ad illum turbæ multæ, ita ut ipse navim ascendens sederet, et universa turba in littore stabat.] Consedit in navi, ut omnes auditores ante faciem haberet, et omnes commodius audirent. Sane e mari piscatur eos qui in terra.

Et locutus est eis multa in parabolis, dicens.] Simplicibus turbis absque parabola in monte loquutus est: his autem in parabola, utpote dolosis Pharisæis, ut si non intelligant, quærant et discant. Præterea ut indignis non oportebat doctrinas eis proponere nudas: non oportet enim margaritas ante porcos mittere. Primam autem parabolam ponit quæ auditorem faciat attentiorem.

Ecce exiit qui seminabat, ad seminandum semen suum.] Seipsum dicit satorem, semen autem verbum. Exiit autem non loco, nam ubique erat: sed quoniam nobis propior factus esset per carnem, idcirco dicitur egredi e finibus paternis. Exiit autem ad nos, quoniam nos ad ipsum intrare non potuimus. Et ad quid faciendum exiit? Num ut exurat terram propter spinas? num ut puniat? Minime, sed ut sementem faciat. Semen autem suum dicit, eo quod et prophetæ seminaverint, at non semen suum, sed Dei. Ipse autem ut Deus semen suum, hoc est, proprium, seminavit: non enim divina gratia illustratus est, absit, sed ipse erat sapientia Dei.

V. 4—6 Καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ κατέφαγεν αὐτά. Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλὴν, καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς· ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν ἐξηράνθη.] Οἱ παρὰ τὴν ὁδόν εἰσιν οἱ ῥάθυμοι καὶ ὀκνηροὶ, οἳ οὐδ' ὅλως παραδέχονται τὸν λόγον. Ὁ γὰρ λογισμὸς αὐτῶν ὁδός ἐστι καταπεπατημένη καὶ σκληρὰ, καὶ μὴ ἀροτριωθεῖσα ὅλως· ἀπὸ τούτων οὖν ἁρπάζει τὸν λόγον τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ἤτοι τοῦ ἀέρος τὰ πνεύματα, τουτέστιν οἱ δαίμονες. Οἱ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη οἱ ἀκούσαντες μὲν, διὰ δὲ τὴν ἀσθένειαν μὴ ἀντιβάντες πειρασμοῖς ἢ θλίψεσιν, ἀλλὰ καταπροδόντες τὴν οἰκείαν σωτηρίαν· ἥλιον γὰρ ἀνατείλαντα τοὺς πειρασμοὺς νόει, διότι οἱ πειρασμοὶ δεικνύουσι τοὺς ἀνθρώπους, καὶ φανεροῦσιν ὡς ὁ ἥλιος τὰ κρυπτόμενα.

V. 7 Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά.] Οὗτοί εἰσιν οἱ διὰ τῶν φροντίδων ἀποπνίγοντες τὸν λόγον· κἂν γὰρ δοκῇ ὁ πλούσιος ἀγαθήν τινα πρᾶξιν ποιεῖν, ἀλλ' ὅμως οὐκ αὐξάνει ἡ πρᾶξις αὕτη οὐδὲ προκόπτει, κωλυομένη ὑπὸ τῶν μεριμνῶν.

V. 8 Ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλήν· καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα.] Τὰ τρία μέρη τοῦ σπόρου ἀπώλοντο, καὶ τὸ τέταρτον ἐσώθη μόνον· ὀλίγοι γάρ εἰσιν οἱ σωζόμενοι. Ὕστερον δὲ λέγει περὶ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς, διδοὺς ἡμῖν μετανοίας ἐλπίδα· ἔστι γὰρ δυνατὸν, κἂν πετρώδης εἴη τις, κἂν παρὰ τὴν ὁδὸν, κἂν ἀκανθοφορῶν, γῆν ἀγαθὴν γενέσθαι αὐτόν. Οὐ μὴν ἐπίσης καρποφοροῦσι πάντες οἱ δεξάμενοι τὸν λόγον, ἀλλ' ὁ μὲν ἑκατὸν, τυχὸν ὁ ἀκτημοσύνην τελείαν ἔχων καὶ ἄκραν ἄσκησιν· ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ κοινοβιακὸς τυχὸν μοναχὸς καὶ ἔτι πρακτικός· ὁ δὲ τριάκοντα, ὁ γάμον σεμνὸν ἑλόμενος, καὶ τὰς ἀρετὰς ὡς ἐγχωρεῖ σπουδαίως μετερχόμενος. Ὅρα δὲ Θεοῦ χρησ-

Luc. xiii. 24.

Et dum seminabat, alia quidem ceciderunt juxta viam, et venerunt volucres cœli et devoraverunt ea. Alia autem ceciderunt in terram petrosam, ubi non habebant multum terræ, et protinus exorta sunt, eo quod non habebant profunditatem terræ: cum autem exortus est sol, exusta sunt: et quia non habebant radicem, exaruerunt.] Hi qui juxta viam, sunt ignavi et desides, qui nunquam suscipiunt verbum. Mens enim eorum via est conculcata et dura, et minime arata: ab iis igitur rapiunt verbum volucres cœli, hoc est, spiritus aeris, dæmones videlicet. Qui vero super petrosam, sunt ii qui audierunt quidem, sed propter imbecillitatem in tentationibus aut afflictionibus non obluctantur, sed perdunt suam salutem. Per solem enim orientem intellige tentationes, eo quod tentatio ostendit homines et declarat quales sunt, sicut sol manifestat abscondita.

Alia autem ceciderunt inter spinas, et succreverunt spinæ, et suffocaverunt ea.] Hi sunt qui curis suffocant sermonem. Nam dives licet videatur bonum quoddam opus facere, at non crescit opus ejus, neque proficit, sollicitudinibus prohibentibus.

Alia vero ceciderunt in terram bonam, et dederunt fructum, ille quidem centum, alius autem sexaginta, alius vero triginta.] Tres partes seminis perierunt, et quarta sola servata est: pauci enim sunt qui salvantur. Postea vero dicit de terra bona, data nobis pœnitentiæ spe: est enim possibile, etiam si quis petrosa terra sit, aut juxta viam, vel spinosa, eum fieri terram bonam. Non enim æqualem fructum ferunt omnes qui verbum suscipiunt: sed alius quidem centum, forte paupertatem perfectam habens, et summam exercitationem: alius autem sexaginta, ut cœnobita forte monachus, et adhuc operans: alius vero triginta, ut qui honestas nuptias delegit, et virtutem pro virili amplexatur. Vide autem Dei boni-

τότητα, πῶς πάντας καὶ τοὺς τὰ μεγάλα καὶ τοὺς τὰ μεσα καὶ τοὺς τὰ μικρὰ ἐνεργοῦντας δέχεται.

V. 9 Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω.] Δηλοῖ ὅτι πνευματικῶς δεῖ νοηθῆναι ταῦτα παρὰ τῶν τὰ πνευματικὰ ὠτία κεκτημένων. Πολλοὶ δὲ ὦτα μὲν ἔχουσιν, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ ἀκούειν· διὰ τοῦτο οὖν προσέθηκε τὸ, ὁ ἔχων ὦτα εἰς τὸ ἀκούειν, ἐκεῖνος ἀκουέτω.

V. 10—12 Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον αὐτῷ· διατί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· ὅτι ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.] Ὁρῶντες οἱ μαθηταὶ ἀσάφειαν πολλὴν ἐν τοῖς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ λεγομένοις, ὡς κοινοὶ κηδεμόνες τοῦ πλήθους προσέρχονται ἐρωτῶντες. Ὁ δέ φησιν, ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια, τουτέστιν, ἐπειδὴ ἔχετε προθυμίαν καὶ σπουδὴν, δέδοται ὑμῖν· ἐκείνοις δὲ, μὴ ἔχουσι σπουδὴν, οὐ δέδοται· ἐκεῖνος γὰρ λαμβάνει, ὁ ζητῶν· ζητεῖτε γὰρ, φησὶ, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. Ἴδε γοῦν πῶς ἐνταῦθα εἶπε μὲν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν, μόνοι δὲ οἱ μαθηταὶ ζητήσαντες ἔλαβον. Ὥστε καλῶς εἴπομεν ὅτι τῷ ἔχοντι σπουδὴν, ἐκείνῳ δίδοται ἡ γνῶσις, καὶ περισσεύεται. Τῷ δὲ μὴ ἔχοντι σπουδὴν καὶ γνώμην ἀξίαν, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ· τουτέστι, κἂν μικρόν τινα σπινθῆρα ἔχῃ τοῦ ἀγαθοῦ, σβέννυσι καὶ τοῦτον, μὴ ἐκφυσῶν αὐτὸν διὰ τοῦ πνεύματος καὶ τῶν πνευματικῶν ἔργων, καὶ ἀνάπτων.

V. 13 Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν, οὐδὲ συνιοῦσιν.] Πρόσεχε· ἐντεῦθεν γὰρ λύεται τὸ ζήτημα τῶν λεγόντων ὅτι ἐκ φύσεως καὶ ἀπὸ Θεοῦ τινές εἰσι κακοί. Εἶπε γὰρ, φασὶ, καὶ ὁ Χριστὸς ὅτι, ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια, Ἰουδαίοις δὲ οὐ δέδοται. Λέγομεν οὖν πρὸς τοὺς τοιαῦτα λέγοντας σὺν Θεῷ, ὅτι ὁ μὲν Θεὸς πάντας ποιεῖ νοεῖν τὸ δέον φυσικῶς· πάντα γὰρ 66

tatem, quomodo omnes suscipit, et magna et mediocria et parva efficientes.

Qui habet aures audiendi, audiat.] Manifestat quod hæc spiritualiter intelligenda sint ab his qui spirituales aures animæ habent. Multi autem aures habent, sed non ad audiendum: propterea subdit, Qui habet aures audiendi, ille audiat.

Et cum accessissent discipuli, dixerunt illi: Quare in parabolis loqueris illis? Ipse autem respondens dixit illis: Vobis datum est scire arcana regni cœlorum, illis autem non datum est. Quisquis enim habet, dabitur illi, et reddetur abundantior: quisquis autem non habet, etiam illud quod habet, tolletur ab eo.] Videntes discipuli magnam in his quæ a Christo dicebantur obscuritatem, ut communes multitudinis procuratores accedunt interrogantes. At ille dicit, Vobis datum est scire mysteria, hoc est, quia habetis alacritatem et studium, datum est vobis: illis autem non adhibentibus studium non est datum. Ille enim accipit, qui quærit: Quærite enim, inquit, et dabitur vobis. Vide item quomodo hoc loco parabolam dixit Jesus, et discipuli soli qui interrogaverant acceperunt. Unde bene diximus, adhibenti studium datam esse scientiam, et illum abundantiorem fieri: ab eo autem qui non habet studium, nec mentem dignam, etiam tolli quod habere videtur: hoc est, etiam si parvam quandam boni scintillam habeat, extinguit hanc quoque, si et eam non excitat et accendit per spiritum et spiritualia opera.

Propterea per parabolas loquor illis, quia videntes non vident, et audientes non audiunt, neque intelligunt.] Attende: hinc enim solvitur quæstio dicentium quod natura et a Deo mali sunt quidam. Dixit enim, inquiunt, Christus, Vobis datum est noscere arcana, Judæis autem non est datum. Dicimus ergo cum Deo ad illos, qui talia loquuntur, quod Deus omnes faciat intelligere

Joan. i. 9. ἄνθρωπον φωτίζει ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ἡ δὲ προαίρεσις ἡμῶν σκοτίζει ἡμᾶς. Τοῦτο οὖν καὶ ἐνταῦθα δηλοῦται· φησὶ γὰρ ὅτι βλέποντες φυσικῶς, τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δημιουργηθέντες νοεῖν, οὐ βλέπουσι προαιρετικῶς· καὶ ἀκούοντες, τουτέστι, φυσικῶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δημιουργηθέντες ὥστε ἀκούειν καὶ συνιέναι, οὐκ ἀκούουσιν οὐδὲ συνιᾶσιν ἀπὸ προαιρέσεως. Εἰπὲ γάρ μοι, οὐκ ἔβλεπον τὰ θαύματα τοῦ Χριστοῦ; ναί, ἀλλ' ἐποίουν ἑαυτοὺς τυφλούς, καὶ κατηγόρουν αὐτοῦ· τοῦτο γοῦν ἐστι τό, βλέποντες οὐ βλέπουσι. Παράγει τοίνυν καὶ τὸν προφήτην μάρτυρα·

V. 14, 15 Καὶ ἀναπληροῦται αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐου ἡ λέγουσα· ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.] Ὁρᾷς τί φησιν ἡ προφητεία; ὅτι, οὐ διὰ τοῦτο οὐ μὴ συνῆτε, ὅτι παχεῖαν ἔκτισα τὴν καρδίαν ὑμῶν, ἀλλ' ὅτι ἐπαχύνθη, λεπτὴ δηλονότι πρότερον οὖσα· τὸ γὰρ παχυνόμενον λεπτὸν πρότερον ἦν. Παχυνθείσης δὲ ταύτης, οὕτω τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν. Οὐκ εἶπε δὲ ὅτι ἐκάμμυσεν ὁ Θεὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνοι ἐκ προαιρέσεως. Τοῦτο δὲ ἐποίησαν, φησὶν, ἵνα μὴ ἐπιστρέψωσι καὶ ἰάσωμαι αὐτούς· ἐθελοκάκως γὰρ ἐσπούδασαν ἀθεράπευτοι καὶ ἀνεπίστροφοι μεῖναι.

V. 16, 17 Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοί, ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν.] Καὶ οἱ αἰσθητοὶ μὲν ὀφθαλμοὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τὰ ὦτα μακάρια· πλὴν ἀλλὰ μᾶλλον οἱ ψυχικοὶ ὀφθαλμοὶ καὶ τὰ ὦτα μακαρισμοῦ ἄξια, ὅτι ἐπέγνω τὸν Χριστόν. Προτιμᾷ δὲ τού-

natura quantum opus est. Omnem enim hominem illuminat venientem in hunc mundum: Voluntas autem nostra obtenebrat nos. Hoc igitur et in isto loco manifestatur. Dicit enim quod videntes natura, hoc est, a Deo facti ut natura intelligere possint, non vident voluntate; et audientes, hoc est, naturaliter a Deo ita facti ut audire et intelligere queant, non audiunt neque intelligunt voluntate. Dic enim, quæso, an non videbant miracula Christi? Profecto: sed faciebant seipsos cæcos, et accusabant eum. Hoc ergo est, videntes non vident. Adducit igitur et prophetam testem:

Et impletur in illis prophetia Esaiæ quæ dicit: Auribus audietis, et non intelligetis: et videntes videbitis, et non cernetis. Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos suos occluserunt, nequando viderent oculis, et auribus audirent, et corde intelligerent, et converterentur, et sanarem illos.] Vides quid dicat prophetia? propterea non intelligetis, non quod crassum creaverim cor vestrum, sed quod incrassatum sit, quod antea manifestum est tenue fuisse. Quod enim incrassatur, prius tenue fuit: incrassato autem illo, sic oculos suos occluserunt. Non dixit quod occluserit oculos eorum Deus, sed illi sua voluntate. Illud enim fecerunt, inquit, ne converterentur, et sanarem illos: sua enim malitia operam dederunt ut incurabiles et ad conversionem inepti fierent.

Vestri vero beati sunt oculi, quia vident; et aures vestræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quod multi prophetæ et justi desideraverunt videre quæ videtis, et non viderunt: et audire quæ auditis, et non audierunt.] Et sensibiles quidem apostolorum oculi et aures beatæ, sed multo magis spirituales oculi atque aures beatitudine dignæ, quod agnoverunt Christum. Præfert autem illos

τους τῶν προφητῶν, διότι καὶ σωματικῶς εἶδον οὗτοι τὸν Χριστὸν, ἐκεῖνοι δὲ νοερῶς μόνον· ἀλλὰ καὶ ὅτι ἐκεῖνοι οὐ τοσούτων μυστηρίων καὶ τοιαύτης ἠξιώθησαν γνώσεως, ὅσης οὗτοι· κατὰ δύο οὖν ὑπερέχουσι τῶν προφητῶν οἱ ἀπόστολοι, καὶ κατὰ τὸ σωματικῶς ἰδεῖν, καὶ κατὰ τὸ πνευματικώτερον μυηθῆναι τὰ θεῖα. Σαφηνίζει οὖν τὴν παραβολὴν τοῖς μαθηταῖς, λέγων·

V. 18, 19 Ὑμεῖς οὖν ἀκούσατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος. Παντὸς ἀκούοντος τὸν λόγον τῆς βασιλείας, καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρὸς καὶ ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς.] Προτρέπεται ἡμᾶς εἰς τὸ συνιέναι τῶν λεγομένων παρὰ τῶν διδασκόντων, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς ὅμοιοι ὦμεν τοῖς παρὰ τὴν ὁδόν. Μήποτε δὲ, ἐπεὶ ὁδός ἐστιν ὁ Χριστὸς, παρὰ τὴν ὁδόν εἰσιν οἱ ἔξω τοῦ Χριστοῦ, οἱ οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ ὁδῷ, ἀλλὰ παρεκτὸς τῆς ὁδοῦ.

V. 20, 21 Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ πετρώδη σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων καὶ εὐθὺς μετὰ χαρᾶς λαμβάνων αὐτόν. Οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστι· γενομένης δὲ θλίψεως ἢ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον, εὐθὺς σκανδαλίζεται.] Θλίψεως εἶπεν, 67
ἐπεὶ πολλοὶ ὑπὸ γονέων ἢ ἄλλων συμφορῶν θλιβόμενοι εὐθὺς βλασφημοῦσι· διωγμοῦ δὲ, διὰ τοὺς ἐπὶ τῶν τυράννων παραπίπτοντας.

V. 22 Ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρεὶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων, καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται.] Οὐκ εἶπεν ὅτι ὁ αἰὼν οὗτος συμπνίγει, ἀλλ' ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος· οὐδὲ ὁ πλοῦτος, ἀλλ' ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου. Ὁ πλοῦτος γὰρ ὅταν σκορπισθῇ, οὐ συμπνίγει, ἀλλ' αὔξει τὸν λόγον. Ἄκανθαι δὲ αἱ μέριμναι καὶ αἱ τρυφαὶ, διότι τὸ πῦρ καὶ τὸ τῆς ἐπιθυμίας καὶ τὸ τῆς γεέννης ἀνάπτουσι. Καὶ ὥσπερ ἡ ἄκανθα ὀξεῖα οὖσα εἰσδύνει εἰς τὸ σῶμα, καὶ μόλις ἐκβάλλεται, οὕτω καὶ ἡ τρυφὴ, ἐὰν ψυχῆς κρατήσῃ, εἰσδύνει, καὶ μόλις ἐκριζοῦται.

prophetis, eo quod hi Christum corporaliter viderunt, illi mentaliter tantum, sed et quod illi non assecuti fuerunt tanta mysteria et talem notitiam quantam ii. In duobus enim præcellebant prophetas apostoli, et corporaliter vivendo, et magis spiritualiter intelligendo divina. Explicat igitur parabolam discipulis, dicens:

Vos igitur audite parabolam seminantis. Cum quis audierit sermonem regni, et non intellexerit, vadit malignus ille, et rapit insitum in cor ejus: hic est qui juxta viam seminatus est.] Adhortatur nos ad intelligendum quæ dicuntur a docentibus, ne et nos similes fiamus his qui juxta viam. Fortasse autem quia via est Christus, qui secus viam sunt, hi extra Christum sunt; non enim sunt in via, sed extra viam.

At qui in petrosa seminatus est, hic est qui sermonem audit, ac protinus cum gaudio accipit eum: non habet autem radicem in seipso, sed temporarius est.] Porro cum inciderit persecutio vel afflictio propter sermonem, statim offenditur. Afflictio, inquit, quia multi a parentibus vel aliis infortunii afflicti, statim blasphemant. Persecutio autem dicit propter eos quibus tyranni molesti sunt.

At qui in spinis seminatus est, hic est qui verbum audit, et cura seculi hujus et deceptio divitiarum suffocat verbum, et sterilis fit.] Non dixit, seculum hoc suffocat, sed cura seculi: neque divitiæ, sed deceptio divitiarum. Divitiæ enim quando disperguntur, non suffocant, sed crescere faciunt verbum. Spinæ autem sunt curæ et deliciæ, eo quod ignem concupiscentiæ et gehennæ accendunt. Et sicut spina acuta in corpus penetrat, et vix eradicatur: sic et deliciæ invalescentes in animam ingrediuntur, et vix eradicantur.

V. 23 Ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρείς, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον ἀκούων καὶ συνιὼν, ὃς δὴ καρποφορεῖ καὶ ποιεῖ, ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα.] Διάφορα τὰ τῆς ἀρετῆς εἴδη, διάφοροι καὶ οἱ προκόπτοντες. Ὅρα δὲ ὅτι τάξις ἐστὶν ἐν τῇ παραβολῇ. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς πρῶτον μὲν ἀκοῦσαι τὸν λόγον καὶ συνιέναι, ἵνα μὴ ὦμεν ὡς οἱ παρὰ τὴν ὁδόν· ἔπειτα κατασχεῖν ἑδραίως τὸ ἀκουσθέν· εἶτα μὴ φιλοχρημάτους εἶναι· τί γὰρ ὄφελος εἰ ἀκούσω καὶ κατάσχω, ὑπὸ δὲ φιλοχρηματίας συμπνίξω;

V. 24—30 Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων· ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείραντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. Ἐν δὲ τῷ καθεύδειν τοὺς ἀνθρώπους ἦλθεν αὐτοῦ ὁ ἐχθρὸς, καὶ ἔσπειρε ζιζάνια ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου, καὶ ἀπῆλθεν. Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος καὶ καρπὸν ἐποίησε, τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια. Προσελθόντες δὲ οἱ δοῦλοι τοῦ οἰκοδεσπότου εἶπον αὐτῷ· κύριε, οὐχὶ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν οὖν ἔχει τὰ ζιζάνια; ὁ δὲ ἔφη αὐτοῖς· ἐχθρὸς ἄνθρωπος τοῦτο ἐποίησεν. Οἱ δὲ δοῦλοι εἶπον αὐτῷ· θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά; ὁ δὲ ἔφη· οὔ, μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον. Ἄφετε οὖν συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ ἐρῶ τοῖς θερισταῖς· συλλέξατε πρῶτον τὰ ζιζάνια, καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δέσμας πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτὰ, τὸν δὲ σῖτον συναγάγετε εἰς τὴν ἀποθήκην μου.] Ἐν τῇ προτέρᾳ παραβολῇ εἶπε τὸ τέταρτον μέρος τοῦ σπόρου πεσεῖν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, ἐν δὲ τῇ παρούσῃ δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲ αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ πεσὸν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν ἀδιάφθορον εἴασεν ὁ ἐχθρὸς, διὰ τὸ καθεύδειν καὶ ῥαθυμεῖν ἡμᾶς. Ἀγρὸς οὖν ὁ κόσμος, ἢ ἡ ἑκάστου ψυχή· ὁ σπείρας ὁ Χριστός. Καλὸν σπέρμα οἱ ἀγαθοὶ ἄνθρωποι ἢ λογισμοὶ, ζιζάνια αἱ αἱρέσεις, ἢ οἱ πονηροὶ λογισμοί· ὁ

Cœterum qui in terram bonam seminatus est, hic est qui verbum audit et intelligit, qui denique fructum reddit, et facit alius quidem centum, alius vero sexaginta, alius autem triginta.] Variæ virtutis species sunt, varii et qui proficiunt. Vide autem ordinem in parabola. Oportet enim nos primum audire sermonem et intelligere, ne simus sicut qui juxta viam: Deinde firmiter retinere quod auditum est: præterea non esse amatores opum. Quid enim proderit, si audiero et retinuero, et divitiarum amore suffocor?

Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile factum est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo: sed dormientibus hominibus venit illius inimicus et seminavit zizania inter triticum, abiitque. Quum autem germinasset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias dixerunt illi: Domine, nonne bonum semen seminasti in tuo agro? unde igitur habet zizania? Ille vero dixit illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt illi: Vis igitur abeamus, et colligamus ea? At ille dixit: Non: ne dum colligitis zizania, eradicetis simul cum illis et triticum. Sinite pariter crescere utraque usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, et colligate in fasciculos ad comburendum ea, triticum vero congregate in horreum meum.] In priori parabola dixit quartam partem seminis cadere in terram bonam, in hac autem ostendit quod neque illud ipsum semen quod in terram bonam cecidit, incorruptum sinat hostis, dum nos dormimus et ignavi sumus. Ager etenim mundus est, vel cujusvis anima: porro Christus est qui seminavit. Bonum semen, boni homines, vel cogitationes:

σπείρας δὲ ταῦτα ὁ διάβολος. Καθεύδοντες δὲ ἄνθρωποι οἱ διὰ ῥαθυμίαν χώραν διδόντες τοῖς αἱρετικοῖς καὶ τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς· δοῦλοι δὲ οἱ ἄγγελοι, οἳ ἀγανακτοῦσιν ἐπὶ τῷ εἶναι αἱρέσεις ἢ πονηρίας ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ βούλονται ἀνασπᾷν καὶ ἐκκόπτειν ἐκ τοῦ βίου τούς τε αἱρετικοὺς καὶ τοὺς τὰ πονηρὰ λογιζομένους. Ὁ Θεὸς οὐ συγχωρεῖ τοὺς 68
αἱρετικοὺς διὰ πολέμων ἀναλίσκεσθαι, ἵνα μὴ συμπάσχωσι καὶ συναλίσκωνται καὶ οἱ δίκαιοι· ὁμοίως οὐδὲ διὰ τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς θέλει ὁ Θεὸς ἐκκόπτειν τὸν ἄνθρωπον, ἵνα μὴ καὶ ὁ σῖτος συνδιαφθαρῇ. Οἷον ἐὰν ὁ Ματθαῖος ζιζάνιον ὢν ἐκόπη ἐκ τῆς ζωῆς, συνεξεκόπη ἂν αὐτῷ καὶ ὁ ὕστερον μέλλων ἐξ αὐτοῦ βλαστῆσαι τοῦ λόγου σῖτος. Ὁμοίως καὶ ὁ Παῦλος, καὶ ὁ λῃστής· οὗτοι γὰρ ζιζάνια ὄντες οὐκ ἐξεκόπησαν, ἀλλὰ συνεχωρήθησαν ζῇν, ἵνα αὐξηθῇ ἡ μετὰ ταῦτα αὐτῶν ἀρετή. Λέγει τοίνυν τοῖς ἀγγέλοις ὅτι ἐν τῇ συντελείᾳ, τότε συνάξετε τὰ ζιζάνια, ἤτοι τοὺς αἱρετικούς. Ἀλλὰ πῶς; εἰς δέσμας, τουτέστι, δήσαντες αὐτῶν χεῖρας καὶ πόδας. Οὐκέτι γὰρ δύναταί τις ἐργάσασθαι τότε, ἀλλὰ πᾶσα πρακτικὴ δύναμις δεσμεῖται. Ὁ δὲ σῖτος, ἤτοι οἱ ἅγιοι, συνάγονται παρὰ τῶν θεριστῶν ἀγγέλων εἰς τὰς οὐρανίους ἀποθήκας. Ὁμοίως οὖν καὶ οἱ πονηροὶ λογισμοὶ οὓς εἶχεν ὁ Παῦλος ὅταν ἐδίωκεν, ἐκαύθησαν τῷ πυρὶ τοῦ Χριστοῦ, ὃ ἦλθε βαλεῖν ἐπὶ τῆς γῆς. Ὁ δὲ σῖτος, ἤτοι οἱ ἀγαθοὶ λογισμοὶ, συνήχθησαν εἰς τὰς ἀποθήκας τῆς ἐκκλησίας.

V. 31, 32 Ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς, λέγων· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ· ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων, ὅταν δὲ αὐξηθῇ, μεῖζον πάντων τῶν λαχάνων ἐστὶ, καὶ γίνεται δένδρον, ὥστε ἐλθεῖν τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ κατασκηνοῦν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ.] Κόκκος σινάπεως τὸ κήρυγμα καὶ οἱ ἀπόστολοι· ὀλίγοι γὰρ δοκοῦντες οὗτοι τὴν οἰκουμένην ὅλην περιέλαβον· ὥστε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι, τοὺς κούφην καὶ πτερωτὴν πρὸς τὰ ἄνω ἔχοντας γνώμην, ἀναπαύεσθαι ἐν

zizania, hæreses, vel malæ cogitationes; qui vero seminat hæc, diabolus. At dormientes homines, qui propter ignaviam suam locum dederunt hæreticis, vel malis cogitationibus; servi autem angeli, qui indignantur esse hæreses vel malitiam in anima, et volunt evellere et exscindere ex hac vita hæreticos, et mala cogitantes. Deus non permittit hæreticos bellis consumi, ne simul patiantur et consumantur justi. Similiter neque propter malas cogitationes vult Deus exscindi hominem, ne et triticum simul corrumpatur: exempli gratia, si Matthæus excisus fuisset ex hac vita, cum esset zizanium, simul utique excisum fuisset et sermonis frumentum quod postea ex ipso oriturum erat. Similiter et Paulus, et latro. Hi enim cum zizania essent, non sunt extirpati, sed permissi sunt vivere, ut cresceret postea illorum virtus. Dicitur igitur de angelis quod in consummatione tunc congregabunt zizania, hoc est, hæreticos. Sed quomodo? in fasciculos, hoc est, ligatis eorum manibus et pedibus; non enim tunc ultra quis operari poterit, sed omnis operandi vis ligabitur. Frumentum autem, sancti videlicet, a messoribus angelis congregabitur in cœlestia horrea. Igitur similiter malæ cogitationes quas habuit Paulus quando persequebatur, exustæ sunt igne Christi, quem venit in terram mittere: frumentum autem, id est, bonæ cogitationes, congregatæ sunt in horrea ecclesiæ.

Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accepit homo, et seminavit in agro suo: quod minimum quidem est omnium seminum; quando autem creverit, maximum est inter olera, et fit arbor, adeo ut veniant volucres cœli, et habitent in ramis illius.] Granum sinapis prædicatio est, et apostoli: pauci enim videntur hi, et totum orbem occupaverunt, ita ut volatilia cœli, hoc est, qui levem et alatam

αὐτοῖς. Καὶ σὺ τοίνυν ἔσο κόκκος σινάπεως, μικρὸς μὲν τὸ φαινόμενον, οὐ γὰρ δεῖ θεατρίζειν τὴν ἀρετὴν, θερμὸς δὲ καὶ ζηλωτὴς καὶ δριμὺς καὶ ἐλεγκτικός. Οὕτω γὰρ γενήσῃ μείζων τῶν λαχάνων, τουτέστι, τῶν ἀσθενῶν καὶ οὐ τελείων, τέλειος αὐτὸς ὢν, ὥστε καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστι τοὺς ἀγγέλους, ἐν σοὶ ἀναπαύεσθαι ἀγγελικὴν ζῶντι ζωήν. Χαίρουσι γὰρ καὶ οὗτοι ἐπὶ τοῖς δικαίοις.

V. 33 Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον.] Ζύμην τοὺς ἀποστόλους λέγει, ὥσπερ καὶ κόκκον σινάπεως· ὥσπερ οὖν ἡ ζύμη μικρὰ οὖσα ὅλον τὸ ἄλευρον εἰς ἑαυτὴν μεταποιεῖ, οὕτω καὶ ὑμεῖς ὅλον τὸν κόσμον μεταποιήσετε, κἂν ὀλίγοι ἐστέ. Σάτον δὲ μέτρον τι ἦν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἔχομεν, λόγου χάριν, χοίνικας ἢ δεκάλιτρα. Τινὲς δὲ ζύμην νοοῦσι τὸ κήρυγμα· τρία δὲ σάτα τὰς τρεῖς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, λογικὸν, θυμικὸν, καὶ ἐπιθυμητικόν· γυναῖκα δὲ τὴν ψυχὴν, τὴν τὸ κήρυγμα κατακρύψασαν ἐν πάσαις ταῖς αὐτῆς δυνάμεσι, καὶ συνανακραθεῖσαν, καὶ ζυμωθεῖσαν, καὶ ἁγιασθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ ὅλην· δεῖ γὰρ ἡμᾶς ὅλους ζυμοῦσθαι καὶ μεταποιεῖσθαι πρὸς τὸ θειότερον. Φησὶ γὰρ, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. 69

V. 34, 35 Ταῦτα πάντα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐν παραβολαῖς τοῖς ὄχλοις, καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.] Παράγει τὸν προφήτην προαναφωνοῦντα, πῶς ἔμελλε διδάσκειν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ὅτι ἐν παραβολαῖς, ἵνα μὴ νομίσῃς σὺ, ὅτι ὁ Χριστὸς καινόν τινα διδασκαλίας τρόπον ἐξεῦρε. Τὸ δὲ ὅπως, μὴ αἰτιολογικῶς λάβῃς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐκβάσεως τοῦ πράγματος. Οὐ γὰρ ἐδίδασκεν ὁ Χριστὸς τοιουτοτρόπως, ἵνα πληρωθῇ ἡ προφητεία, ἀλλὰ διότι ἐδίδασκεν ἐν παραβολαῖς, ἐξ ἀποτελέσματος εὑρίσκεται ἐπ' αὐτῷ πληρωθὲν τὸ τοῦ προφήτου. Χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς τότε μόνον· οὐ γὰρ δὴ πάντοτε ἐν παρα-

ad cœlestia mentem habent, in eis quiescant. Et tu quoque esto granum sinapis, quod parvum quidem videtur, non enim oportet virtutem jactare, sed fervidum se præbere et provocativum, et austere reprehendentem. Sic enim eris maximus inter olera, id est, perfectus inter infirmos et imperfectos, ita ut et volatilia cœli, hoc est, angeli, habitent in te, angelicam ducente vitam. Gaudent enim illi in justis.

Aliam parabolam dixit eis. Simile est regnum cœlorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.] Fermentum dicit apostolos, sicut et granum sinapis. Sicut enim fermentum, cum parvum sit, totam farinam in se transfert, sic et vos totum mundum transformabitis, tametsi pauci sitis. Satum autem erat mensura Hebræorum, sicut apud nos est, ut exempli causa dicam, modius vel decalitra. Aliqui autem per fermentum intelligunt prædicationem, per tria autem sata tres animæ vires, rationalem, irascibilem et concupiscibilem: per mulierem vero animam quæ prædicationem in omnibus suis facultatibus recondit, commiscet, fermentat, seque totam per illam sanctificat. Oportet enim nos omnino fermentari et transformari in divina. Dicit enim, donec fermentetur totum.

Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis nihil locutus est illis, ut compleretur quod dictum fuerat per prophetam qui ait: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi.] Adducit prophetam prædicentem quomodo docturus erat Jesus, et in parabolis, ne tu putes Christum invenisse novum quendam docendi modum. Particula autem ut non est causæ, sed eventus significativa. Non enim docuit eo modo Jesus ut impleatur prophetia: sed quia ipse per parabolas docuit, ex effectu impleta est in ipso prophetia. Absque autem parabola non loquebatur eis, tunc solum: non enim semper in parabolis loquebatur.

βολαῖς ἐλάλει. Ἠρεύξατο δὲ ὁ Κύριος ἃ ἐκρύπτοντο ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· αὐτὸς γὰρ ἐφανέρωσεν ἡμῖν τὰ ἐν οὐρανοῖς μυστήρια.

V. 36 Τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ὁ Ἰησοῦς.] Ἀφῆκε τοὺς ὄχλους τότε ὅτε οὐδὲν ὠφελοῦντο ἀπὸ τῆς διδασκαλίας. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν, ὡς ἂν ἐρωτήσωσιν αὐτόν· ἐκεῖνοι δὲ οὐ φροντίσαντες τούτου, οὐδὲ ζητήσαντές τι μαθεῖν, εἰκότως ἀφίενται παρ' αὐτοῦ.

Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ.] Περὶ ταύτης μόνης ἐρωτῶσιν, ὡς τῶν ἄλλων σαφεστέρων νομιζομένων αὐτοῖς. Ζιζάνια δέ εἰσι πάντα τὰ τῷ σίτῳ ἐπιφυόμενα φθαρτικά, αἶρα, βρώμιον, ὄροβος, καὶ τἄλλα.

V. 37—42 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· ὁ δὲ ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος· τὸ δὲ καλὸν σπέρμα, οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας. Τὰ δὲ ζιζάνιά εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ· ὁ δὲ ἐχθρὸς ὁ σπείρας αὐτά ἐστιν ὁ διάβολος· ὁ δὲ θερισμὸς ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστιν· οἱ δὲ θερισταὶ οἱ ἄγγελοί εἰσιν. Ὥσπερ οὖν συλλέγεται τὰ ζιζάνια καὶ πυρὶ καίεται, οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου· ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.] Ὅσα ἔδει ῥηθῆναι, ἀνωτέρω εἴρηται. Εἴπομεν γὰρ ὅτι περὶ τῶν αἱρέσεων ἐνταῦθα διαλαμβάνει, αἵτινες συγχωροῦνται εἶναι ἄχρι τῆς συντελείας. Εἰ γὰρ φονεύοιμεν τοὺς αἱρετικοὺς καὶ ἐκκόπτοιμεν, στάσεις ἔσονται καὶ μάχαι, καὶ τάχα καὶ τῶν πιστῶν πολλοὶ διαφθαρήσονται ἐν ταῖς στάσεσιν· ἀλλὰ καὶ ὁ Παῦλος καὶ ὁ λῃστὴς ζιζάνια εἶχον πρὶν ἢ πιστεῦσαι· οὐκ ἐξεκόπησαν οὖν τότε, διὰ τὸν

Eructavit autem Dominus quæ abscondita erant a constitutione mundi: Ipse enim manifestavit nobis mysteria quæ in cœlis sunt.

Tunc relictis turbis venit in domum Jesus.] Tunc reliquit turbas, cum nihil prodesset doctrina. Ipse enim in parabolis loquebatur, ut eum interrogarent: contra illi non curabant, neque discere quærebant, unde ab eo merito relicti sunt.

Et accesserunt ad eum discipuli ejus dicentes: Dic nobis parabolam zizaniorum agri.] De hac sola rogant quod aliæ manifestiores eis videbantur. Zizania autem dicuntur, quæ inter fruges pullulant etiam nociva, utpote lolium, vicia, bromium, &c.

At ille respondens dixit illis: Qui seminat bonum semen est filius hominis: ager autem est mundus. Porro bonum semen sunt filii regni: zizania vero sunt filii illius mali: inimicus qui seminat ea est diabolus: messis vero consummatio seculi est: messores autem angeli sunt. Sicut igitur colliguntur zizania, et igne comburuntur: sic erit in consummatione seculi hujus. Mittet filius hominis angelos suos, et colligent e regno illius omnia offendicula, et eos qui patrant iniquitatem, ac mittent illos in caminum ignis: ibi erit ploratus, stridorque dentium.] Supra dicta sunt, quæ hic dicenda. Dicebamus enim quod de hæresibus disserat, quæ permittuntur esse usque ad consummationem seculi. Nam si exscinderemus et occideremus hæreticos, seditiones fierent et pugnæ; et forte etiam multi fidelium in seditionibus perirent: quoniam et Paulus et latro habuerunt olim zizania priusquam crediderunt:

μέλλοντα βλαστῆσαι ἐν αὐτοῖς σῖτον· ὕστερον γὰρ ἐκαρποφόρησαν τῷ Θεῷ, τὰ δὲ ζιζάνια τῷ πυρὶ τοῦ Πνεύματος καὶ τῇ ζέσει κατέκαυσαν.

V. 43 Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν· ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ακουέτω.] Ἐπεὶ ὁ ἥλιος δοκεῖ ἡμῖν πάντων τῶν ἀστέρων λαμπρότατος, διὰ τοῦτο συγκρίνει πρὸς τὸν ἥλιον τὴν τῶν δικαίων λαμπρότητα· ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμψουσι. Μήποτε δὲ ἐπειδὴ ἥλιος δικαιοσύνης ἐστὶν (Malach. iv. 2.) ὁ Χριστὸς, τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ Χριστός· ἔσονται γὰρ καὶ αὐτοὶ θεοί.

V. 44 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ, ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, καὶ πάντα ὅσα ἔχει πωλεῖ, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον.] Ἀγρὸς ὁ κόσμος, θησαυρὸς τὸ κήρυγμα καὶ ἡ γνῶσις τοῦ Χριστοῦ, κέκρυπται δὲ ἐν τῷ κόσμῳ· σοφίαν γάρ, φησὶν ὁ Παῦλος, κηρύττομεν τὴν ἀποκεκρυμμένην. (1 Cor. ii. 7.) Ὁ δὲ ζητῶν τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν εὑρίσκει αὐτὴν· καὶ πάντα ὅσα ἔχει, εἴτε δόγματα Ἑλληνικὰ εἴτε ἤθη πονηρὰ, εἴτε χρήματα, ῥίπτει εὐθέως, καὶ ἀγοράζει τὸν ἀγρὸν, τουτέστι τὸν κόσμον. Κτῆμα γὰρ ἴδιον ἔχει τὸν κόσμον ὁ τὴν γνῶσιν τοῦ Χριστοῦ ἔχων· οὐδὲν γὰρ (2 Cor. vi. 10.) ἔχων τὰ πάντα κατέχει, καὶ δοῦλα ἔχει τὰ στοιχεῖα, ἐπιτάττων αὐτοῖς ὡς ὁ Ἰησοῦς καὶ ὡς Μωσῆς.

V. 45, 46 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας, ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν πέπρακε πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἠγόρασεν αὐτόν.] Θάλασσα ὁ παρὼν βίος, ἔμποροι οἱ διὰ τοῦτου διερχόμενοι καὶ ζητοῦντες γνῶσίν τινα εὑρεῖν. Πολλοὶ μὲν οὖν δοκοῦσι μαργαρῖται, αἱ τῶν πολλῶν σοφῶν δόξαι· εἷς δὲ ὁ πολύτιμος. Μία γὰρ ἡ ἀλήθεια, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. Ὥσπερ οὖν ὁ μαργαρίτης ἱστορεῖται γεννᾶσθαι ἐν ὀστρέῳ, ᾧπερ ἀνοίγοντι τὰς πτύχας ἐνσκήπτει ἀστραπὴ, εἶτα πάλιν συγκλείοντος ταύτας, ἐκ τῆς ἀστραπῆς καὶ τῆς δρόσου συλλαμ-

non exsecta autem sunt tunc propter futuram frugem; Postea autem fructum attulerunt Deo, zizania vero Spiritus sancti igne et fervore combusserunt.

Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Qui habet aures audiendi, audiat.] Quoniam sol videtur nobis omnibus stellis fulgentior, propterea comparat soli justorum claritatem. Nam et super solem fulgebunt. Fortasse autem, quia sol justitiæ Christus, tunc justi fulgebunt ut Christus. Erunt enim et ipsi dii.

Iterum simile est regnum cœlorum thesauro in agro abscondito, quem homo qui invenit, abscondit, et præ gaudio illius vadit et vendit universa quæ habet, et emit agrum illum.] Ager mundus: thesaurus prædicatio et scientia Christi: occultus est autem in mundo. Sapientiam enim, inquit Paulus, prædicamus absconditam. Qui autem quærit scientiam Dei, invenit eam: et omnia quæ habet, sive gentilia dogmata, sive malos mores, sive divitias, abjicit statim, et vendit agrum, id est, mundum. Nam qui scientiam habet Christi, possessionem propriam habet mundum, nihil enim habens omnia possidet, et elementa ei serviunt, et imperat illis, sicut et Jesus et Moyses.

Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, qui cum invenit unam pretiosam margaritam, abiens vendidit omnia quæ possidebat, et mercatus est illam.] Mare est præsens vita: negociatores illi, qui per hanc ambulant et quærunt scientiam quandam invenire. Multæ enim margaritæ, multorum sapientum opiniones. Una autem pretiosa una est veritas, quæ scilicet Christus est. Igitur sicut de margarita traditur quod in concha nascatur, quæ se aperit tempore fulgoris, et dein iterum claudit: concipitur itaque tum

βάνεται ὁ μαργαρίτης, καὶ διὰ τοῦτο λευκότατός ἐστιν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐν τῇ παρθένῳ συνελήφθη ἐξ ἀστραπῆς τῆς ἄνωθεν, τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ὥσπερ ὁ μαργαρίτην ἔχων, πολλάκις κατέχων τοῦτον ἐν τῇ χειρὶ, αὐτὸς μὲν οἶδε πόσον πλοῦτον ἔχει, ἄλλοι δὲ ἀγνοοῦσιν, οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα ἐν τοῖς ἀφανέσι καὶ εὐτελέσι κρύπτεται. Δεῖ οὖν τοῦτον τὸν μαργαρίτην κτᾶσθαι, πάντα διδόντας.

V. 47—50 Πάλιν ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ[1], ἣν ὅτε ἐπληρώθη ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ καθίσαντες, συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλλον· οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος. Ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς, ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.] Φοβερὰ αὕτη ἡ παραβολή· δείκνυσι γὰρ ὅτι κἂν πιστεύωμεν, μὴ ἔχωμεν δὲ βίον ἀγαθὸν, εἰς τὸ πῦρ ῥιφησόμεθα· σαγήνη μὲν γὰρ ἡ διδασκαλία τῶν ἁλιέων ἀποστόλων, ἣ ἐπλάκη ἀπό τε σημείων καὶ μαρτυριῶν προφητικῶν. Ἃ γὰρ ἐδίδασκον οἱ ἀπόστολοι, ἐβεβαίουν τοῖς τε θαύμασι, καὶ ταῖς τῶν προφητῶν φωναῖς. Αὕτη τοίνυν ἡ σαγήνη ἐκ παντὸς γένους συνέλαβε, βαρβάρους, Ἕλληνας, Ἰουδαίους, πόρνας, τελώνας, λῃστάς. Ὅτε δὲ ἐπληρώθη, τουτέστιν, ὅταν συντελεσθῇ ὁ κόσμος, τότε οἱ
ἐν τῇ σαγήνῃ διακρίνονται. Κἂν γὰρ ἐπιστεύσαμεν, εὑρεθῶ- 71
μεν δὲ σαπροὶ, ῥιπτόμεθα· οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι εἰς ἀγγεῖα βάλλονται, λέγω δὴ τὰς αἰωνίους σκηνάς. Πᾶσα δὲ πρᾶξις εἴτε ἀγαθὴ εἴτε πονηρὰ βρῶμα λέγεται εἶναι τῆς ψυχῆς· ἔχει γὰρ ὀδόντας νοητοὺς καὶ ἡ ψυχή· τότε οὖν ἡ ψυχὴ βρύχει τούτους, ἤτοι τὰς πρακτικὰς αὐτῆς δυνάμεις, συντριβομένη διότι τοιαῦτα ἔπραξεν.

V. 51, 52 Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· συνήκατε ταῦτα

[1] συναγαγούσῃ] Ed. Venet. συναγωγούσῃ, atque in ver. 51. κάμνον: utrumque ut videtur ex errore preli: in sequente etiam periodo διακρίνωνται, ubi ο pro ω emendavi.

ex fulgore et rore, proptereaque candida est: sic et Christus in virgine conceptus est, ex superno fulgore, Spiritus sancti scilicet. Et sicut sæpe margaritam qui tenet in manu, ipse scit quantas habeat divitias, alii autem ignorant: ita et prædicatio in obscuris et simplicibus abscondita est. Docet igitur ut datis omnibus margaritam hanc possideamus.

Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ, quæ in mare missa ex omni genere congregavit, quam ut impleta fuisset subducentes ad littus et sedentes collegerunt quæ bona sunt in vasa: quæ vero mala, foras ejecerunt. Sic erit in consummatione seculi: exibunt angeli, et separabunt malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium.] Terribilis est hæc parabola: ostendit enim quod licet credamus, non habeamus autem vitam bonam, in ignem projiciemur. Sagena quidem est doctrina piscatorum apostolorum, quæ ex miraculis et testimoniis prophetarum connexa est. Quæ enim docebant apostoli, firmabant miraculis, et prophetarum vocibus. Hæc igitur sagena ex omni genere congregavit, barbaros, Græcos, Judæos, meretrices, publicanos, latrones. Quando autem impleta fuerit, hoc est, consummabitur mundus, tunc qui in sagena fuerint, discernentur. Nam licet crediderimus, inventi autem fuerimus mali, abjiciemur. Qui autem non tales, in vasa mittentur, æterna tabernacula dico. Omne autem opus, sive bonum, sive malum, cibus dicitur esse animæ: habet enim anima spirituales dentes. Tunc autem anima striderit illis, hoc est, operativas suas virtutes conteret, eo quod hæc fecerit.

Dicit illis Jesus: Intellexistis hæc omnia? Dicunt illi:

πάντα; λέγουσιν αὐτῷ· ναὶ Κύριε. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά.] Εἶδες πῶς αἱ παραβολαὶ προσεκτικωτέρους αὐτοὺς ἐποίησαν; ἰδοὺ γοῦν οἱ ἄλλως ἀνόητοι καὶ ἀμαθεῖς συνῆκαν τὰ δυσκόλως εἰρημένα. Ὅθεν ἐπαινῶν αὐτοὺς ὁ Σωτήρ φησιν ὅτι πᾶς γραμματεὺς, καὶ τὰ ἑξῆς. Γραμματέας γὰρ λέγει αὐτούς, ὡς νομομαθεῖς· ἀλλ' εἰ καὶ νομομαθεῖς ἦσαν, οὐκ ἐναπέμειναν τῷ νόμῳ, ἀλλ' ἐμαθητεύθησαν εἰς τὴν βασιλείαν, τουτέστιν, εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ
Col. ii. 3. γνῶσιν, καὶ δύνανται προφέρειν τά τε τῆς καινῆς καὶ τῆς παλαιᾶς. Οἰκοδεσπότης οὖν ὁ Χριστὸς, ὡς πλούσιος· ἐν αὐτῷ γὰρ οἱ τῆς σοφίας θησαυροὶ, ὃς τὰ καινὰ διδάσκων, εἶθ' οὕτως ἔφερε μαρτυρίας ἀπὸ τῆς παλαιᾶς.
Matt. xii. 37. Οἷον εἶπεν ὅτι καὶ ὑπὲρ ἀργοῦ λόγου εὐθυνθήσῃ,
Prov. xviii. 21. τοῦτο τὸ καινόν· εἶτα ἐπήγαγε μαρτυρίαν· ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ καὶ κατακριθήσῃ, τοῦτο τὸ παλαιόν. Τούτῳ γοῦν ὅμοιοι οἱ ἀπόστολοι, οἷος ὁ Παῦλος
1 Cor. xi. 1. λέγων· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.

V. 53, 54 Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας, μετῆρεν ἐκεῖθεν. Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν.] Ταύτας εἶπε τὰς παραβολὰς, ἐπειδὴ καὶ ἄλλας μετ' ὀλίγον μέλλει ἐρεῖν. Μεταβαίνει δὲ, ἵνα καὶ ἄλλους ὠφελήσῃ τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. Πατρίδα δὲ αὐτοῦ τὴν Ναζαρὲτ νόει· ἐν αὐτῇ γὰρ ἐτράφη. Ἐν τῇ συναγωγῇ δὲ διδάσκει, ἐν κοινῷ καὶ παῤῥησίᾳ λέγων, ἵνα μὴ ἔχωσιν ὕστερον λέγειν, ὅτι παράνομά τινα ἐδίδασκεν.

V. 54—57 Ὥστε ἐκπλήττεσθαι αὐτοὺς καὶ λέγειν· πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνάμεις; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριὰμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωσῆς, καὶ Σίμων, καὶ Ἰούδας; καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; Πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα; καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν

Etiam Domine. At ille dixit illis: Propterea omnis scriba doctus ad regnum cœlorum, similis est patrifamilias, qui depromit de thesauro suo nova et vetera.] Vidisti quomodo parabolæ attentiores eos fecerint? Ecce igitur qui alias insipientes, et imperiti, intelligunt ea quæ oblique dicta. Unde laudans eos Salvator, dicit, Omnis scriba, &c. Scribas enim vocat eos, ut doctos in lege, et licet docti essent in lege, non manserunt tamen in lege, sed docti sunt ad regnum, hoc est, Christi scientiam, et possunt proferre ea quæ ex novo et quæ ex veteri. Paterfamilias igitur Christus ut dives. In ipso enim thesauri sunt scientiæ, qui nova docens, ex veteri subjungebat testimonia: exempli gratia dixerat, pro otioso sermone rationem reddes, hoc enim novum: deinde addidit testimonium: Ex sermonibus enim tuis justificaberis, et condemnaberis, hoc vetus. In hoc similes apostoli, qualis Paulus. Imitatores, inquit, mei estote, sicut et ego Christi.

Et factum est, ut cum finisset Jesus parabolas has, digrederetur illinc. Et cum venisset in patriam suam, docebat eos in synagoga illorum.] Has dixit parabolas, quoniam et alias paulo post dicturus erat. Transit autem, ut et alios sua præsentia adjuvet. Patriam autem illius Nazareth intellige: nam in ista educatus est. Cæterum in synagoga docet publice et libere, ne dicere postea possint quod quædam a lege diversa docuerit.

Ita ut stuperent, ac dicerent: Unde huic sapientia hæc et virtutes? Nonne hic est ille fabri filius? nonne mater ejus vocatur Maria, et fratres ejus Jacobus, et Joses, et Simon, et Judas? et sorores ejus nonne omnes apud nos sunt? Unde igitur huic hæc omnia? et offendebantur

αὐτῷ.] Ἀνόητοι ὄντες οἱ Ναζαρηνοὶ ἐνόμιζον ὅτι ἡ δυσγένεια καὶ ἡ εὐτέλεια τῶν προγόνων βλάπτει τινὰ πρὸς τὸ εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ. Ἔστω γὰρ ὅτι ἄνθρωπος ψιλὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς, ἀλλ' οὐχὶ Θεός; Τί ἐνεπόδιζεν αὐτὸν μέγαν ἐν θαύμασι γενέσθαι; εὑρίσκονται οὖν καὶ ἀνόητοι καὶ φθονεροί. Ἔδει γὰρ αὐτοὺς ἐγκαλλωπίζεσθαι μᾶλλον, ὅτι τοιοῦτον ἡ πατρὶς αὐτῶν ἀγαθὸν ἐξήνεγκεν. Ἀδελφοὺς δὲ καὶ ἀδελφὰς εἶχεν ὁ Κύριος, τοὺς τοῦ Ἰωσὴφ παῖδας, οὓς ἔτεκεν ἐκ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Κλοπᾶ γυναικός. Τοῦ γὰρ Κλοπᾶ ἄπαιδος τελευτήσαντος, ὁ Ἰωσὴφ ἔλαβε κατὰ τὸν νόμον τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἐπαιδοποίησεν ἐξ αὐτῆς παῖδας ἕξ, τέσσαρας 72
ἄῤῥενας, καὶ δύο θηλείας, τὴν Μαρίαν, ἣ ἐλέγετο τοῦ Κλοπᾶ θυγάτηρ κατὰ τὸν νόμον, καὶ τὴν Σαλώμην. Τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς εἰσιν, ἀντὶ τοῦ, μεθ' ἡμῶν ὧδε κατοικοῦσιν. Ἐσκανδαλίζοντο οὖν καὶ οὗτοι ἐν τῷ Ἰησοῦ, τάχα λέγοντες καὶ αὐτοὶ, ὅτι ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.

V. 57, 58 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν.] Ὅρα τὸν Χριστὸν, πῶς οὐχ ὑβρίζει αὐτοὺς, ἀλλὰ πρᾴως φησὶν ὅτι, οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰώθαμεν γὰρ οἱ ἄνθρωποι τῶν ἐν συνηθείᾳ ἀεὶ καταφρονεῖν, τὰ δὲ ξένα ἀσπάζεσθαι. Τὸ δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ προσέθηκε, διότι καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς οἰκίας, ἐφθόνουν αὐτῷ. Οὐκ ἐποίησε δὲ ἐκεῖ δυνάμεις πολλὰς, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, φειδόμενος αὐτῶν, ἵνα μὴ καὶ μετὰ τὰ σημεῖα ἄπιστοι μείναντες, πλεῖον κολασθῶσι. Πολλὰ μὲν οὖν οὐκ ἐποίησεν, [1] ὀλίγα δέ, ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν, ὅτι εἰ ὅλως ἐποίησεν, ἐπιστεύσαμεν ἄν. Σὺ δὲ νόησον καὶ οὕτως, ὅτι καὶ μέχρι τῆς σήμερον ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ, τουτέστι, παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ἀτιμάζεται· ἡμεῖς δὲ οἱ ξένοι τιμῶμεν αὐτόν.

[1] ὀλίγα δέ] Ita lego ex cod. Patav. Habet Ed. Ven. ὀλίγα δ' ἄν.

super eo.] Insipientes erant Nazareni; existimabant enim ignobilitatem et obscuritatem majorum in causa esse quo minus quis Deo placeat. Esto enim quod humilis homo fuerit Jesus, an non et Deus? Quid obstaret magnum illum in miraculis fieri? Comprobantur igitur et invidi, et insipientes. Oportebat sane magis eos gloriari, quod tantum bonum patria eorum protulerit. Fratres autem habuit Dominus et sorores, Joseph filios, quos genuit ex uxore fratris sui Clopæ. Mortuo enim absque liberis Clopa, Joseph juxta legem uxorem ejus accepit, et pueros procreavit sex, quatuor mares, et duas fœminas, Mariam quæ dicebatur Clopæ filia secundum legem, et Salomen. Apud nos sunt, hoc est, nobiscum habitant. Offendebantur igitur et illi super Jesu; fortassis enim ipsi dicebant quod in Beelzebub ejiceret dæmonia.

Jesus autem dixit illis: Non est propheta honoris expers, nisi in patria sua, et in domo sua. Et non fecit illic virtutes multas, propter incredulitatem illorum] Vide Christum quomodo non injuria eos afficit, sed mansuete dicit, Non est propheta honoris expers, &c. Solemus enim homines familiares contemnere, et externos in admiratione habere. Quod autem adjicit, in domo sua, ideo fecit, quia oderant eum et fratres sui domestici. Porro illic virtutes multas non fecit, propter incredulitatem illorum parcens eis, ne post signa increduli manentes gravius punirentur. Multa igitur non fecit, pauca autem fecit: ne possent dicere quod si ulla fecisset, credidissemus. Tu autem sic quoque intellige, quod et hodie Jesus in patria sua, hoc est, apud Judæos ignominiosus est: nos autem exteri illum veneramur.

ΚΕΦ. ιδʹ.

ΕΝ ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ, καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ.] Οὗτος ὁ Ἡρώδης υἱὸς ἦν τοῦ τὰ βρέφη ἐν Βηθλεὲμ ἀποκτείναντος. Ἐννόησον δὲ ἐντεῦθεν τὸν τῦφον τοῦ τυραννικοῦ βίου· ἰδοὺ γὰρ μετὰ πόσον χρόνον ὁ Ἡρώδης ἀκούει τὰ περὶ Ἰησοῦ. Οἱ γὰρ ἐν δυναστείαις βραδέως ταῦτα μανθάνουσι, διὰ τὸ μὴ φροντίζειν τῶν ἐν ἀρετῇ λαμπόντων. Φαίνεται δὲ φοβεῖσθαι τὸν Βαπτιστὴν οὗτος· διὰ τοῦτο οὐδὲ ἄλλοις τισὶ τολμᾷ ἐξειπεῖν, ἀλλὰ τοῖς παισὶ, τουτέστι τοῖς δούλοις. Ἐπεὶ δὲ ὅτε ἔζη ὁ Ἰωάννης σημεῖον οὐκ ἐποίησεν, ἐνόμισεν ὁ Ἡρώδης ὅτι ἐκ τῆς ἀναστάσεως προσέλαβε καὶ τοῦτο τὸ χάρισμα παρὰ Θεοῦ, τὸ ποιεῖν θαύματα.

V. 3—5 Ὁ γὰρ Ἡρώδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης· οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν. Καὶ θέλων αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφοβεῖτο τὸν ὄχλον, ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον.] Οὐκ ἐμνήσθη ἐν τοῖς προλαβοῦσι τοῦ κατὰ τὸν Ἰωάννην διηγήματος ὁ Ματθαῖος, διότι σκοπὸς ἦν αὐτῷ μόνα τὰ περὶ Χριστοῦ γράψαι. Καὶ γὰρ οὐδὲ νῦν ἐμνήσθη ἂν, εἰ μὴ καὶ τοῦτο εἰς Χριστὸν ἔφερεν. Ἤλεγχε δὲ ὁ Ἰωάννης τὸν Ἡρώδην, ὡς παρανόμως 73
ἔχοντα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τὴν γυναῖκα. Ὁ γὰρ νόμος ἐκέλευε τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα τότε λαμβάνειν τὸν ἀδελφὸν, ὅτε ἄπαις τελευτήσοι ἐκεῖνος. Ἐνταῦθα δὲ ὁ Φίλιππος οὐκ ἄπαις ἐτελεύτησεν· ἦν γὰρ αὐτῷ παῖς ἡ ὀρχησαμένη. Τινὲς δὲ λέγουσιν ὅτι ζῶντος ἔτι τοῦ Φιλίππου ἀφείλετο ὁ Ἡρώδης καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν τετραρχίαν· εἴτε δὲ τοῦτο, εἴτε ἐκεῖνο, παράνομον ἦν τὸ πραχθέν. Μὴ φοβούμενος δὲ τὸν Θεὸν τὸν ὄχλον ἐφοβεῖτο· ὅθεν καὶ ἀνεβάλλετο τοῦ φονεῦσαι· ἀλλ᾽ ὁ διάβολος ἐξεῦρεν αὐτῷ καιρὸν ἐπιτήδειον.

V. 6—8 Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου, ὠρ-

CAPUT XIV.

IN illo tempore audivit Herodes tetrarcha famam de Jesu, et dixit pueris suis: Hic est Joannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, et ideo virtutes operantur in illo.] Hic Herodes erat filius ejus qui pueros in Bethlehem occidit. Considera autem hinc fastum vitæ tyrannicæ: ecce enim post quantum tempus fama de Jesu ad Herodem pervenit. Qui enim potentatu sunt præditi, tarde ista discunt, eo quod non curent eos qui virtute sunt conspicui. Apparet autem quod Baptistam timuerit, et propterea de his non aliis quam pueris, hoc est, servis, effari audet. Quoniam autem vivens Joannes signum non fecerat, putavit Herodes quod per resurrectionem acceperit etiam hoc donum a Deo, ut miracula operetur.

Herodes enim ceperat Joannem, et vinxerat ac posuerat in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim ei Joannes: Non licet tibi habere eam. Et volens eum occidere, metuebat turbam, propterea quod illum ceu prophetam habebant.] Narrationis hujus de Joanne in superioribus non meminit Matthæus, eo quod scopus illi erat ea duntaxat scribere quæ ad Christum spectabant. Sane nec nunc meminisset ejus, nisi et hoc ad Christum retulisset. Arguit autem Joannes Herodem, ut fratris uxorem non legitime habentem. Lex enim jubebat fratris uxorem accipere tunc fratrem quando ille absque liberis defungeretur. Hic autem Philippus non absque liberis defunctus erat: Erat enim ei puella quæ saltabat. Sunt autem quidam qui dicunt quod etiam adhuc vivente Philippo Herodes ei abstulerit et uxorem, et tetrarchiam. Sive autem hoc, sive illud erat, illicitum erat facinus. At qui non timebat Deum, turbam timebat, unde distulit cædem: at diabolus opportunum tempus sibi invenit.

Cum autem celebrarentur natalia Herodis, saltabat

χήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρώδῃ· ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσηται. Ἡ δὲ, προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς, δός μοι, φησὶν, ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.] Ἴδε ἀσέλγειαν, ἡ βασίλισσα ὀρχεῖται, καὶ ὅσῳ καλῶς ὀρχεῖται, τοσούτῳ κακῶς. Αἰσχύνη γὰρ βασιλίσσῃ τὸ πράττειν τι ἀπρεπὲς ἐπιδεξίως. Σκόπει δὲ καὶ ἄλλην ἀνοησίαν τοῦ Ἡρώδου· ὤμοσεν ὃ ἐὰν αἰτήσηται, δοῦναι· εἰ δὲ τὴν κεφαλήν σου ᾐτήσατο, δέδωκας ἂν αὐτήν; δός μοι, φησὶν, ὧδε τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου. Τίνος ἕνεκεν προσέθηκε τὸ ὧδε; ἐφοβεῖτο μήπως ὁ Ἡρώδης σωφρονήσας ὕστερον μεταμεληθῇ· διὰ τοῦτο κατεπείγει, δός μοι ὧδε, λέγουσα.

V. 9—12 Καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεύς· διὰ δὲ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους, ἐκέλευσε δοθῆναι. Καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι, καὶ ἐδόθη τῷ κορασίῳ· καὶ ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς, καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἦραν τὸ σῶμα καὶ ἔθαψαν αὐτό.] Ἐλυπήθη διὰ τὴν ἀρετήν· θαυμάζει γὰρ ἀρετὴν καὶ πολέμιος, ὅμως διὰ τοὺς ὅρκους δίδωσι δωρεὰν ἀπάνθρωπον. Μανθάνωμεν δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι ἔστιν ὅτε κρεῖττον ἐπιορκεῖν, ἢ διὰ τοὺς ὅρκους ἀσεβές τι ποιεῖν. Ἐτάφη δὲ τὸ σῶμα τοῦ Βαπτιστοῦ ἐν τῇ Σεβαστῇ Καισαρείᾳ· ἡ δὲ τιμία αὐτοῦ κεφαλὴ τὸ πρῶτον κατετέθη εἰς Ἔμεσαν.

Καὶ ἐλθόντες ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ.] Τί ἀπήγγειλαν τῷ Ἰησοῦ; οὐχ ὅτι ἀπέθανεν Ἰωάννης· τὸ γὰρ κατὰ τὸν Ἰωάννην διήγημα παρενετέθη μέσον· ἀλλ' ὅτι ὁ Ἡρώδης λέγει περὶ αὐτοῦ ὡς Ἰωάννης ἐστί.

V. 13 Καὶ ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν ἐν πλοίῳ εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν.] Ἀναχωρεῖ ὁ Ἰησοῦς διὰ τὴν Ἡρώδου μιαιφονίαν, διδάσκων καὶ ἡμᾶς μὴ ῥίπτειν ἑαυτοὺς προφανῶς εἰς κινδύνους, καὶ ἅμα ἵνα μὴ δόξῃ κατὰ φαντασίαν σαρκωθῆναι, διὰ τοῦτο ἀναχωρεῖ. Εἰ γὰρ ἐκράτησεν αὐτὸν ὁ Ἡρώδης, ἐπεχείρησεν ἂν ἀνελεῖν· ἐπιχει-

filia Herodiadis in medio, et placuit Herodi: unde cum jurejurando pollicitus est se illi daturum quicquid peteret. At illa prius instructa a matre sua, Da mihi, inquit, hic in patina caput Joannis Baptistæ.] Vide luxum, regina saltat, et quanto pulchrius saltavit, tanto pejus. Turpe enim est reginæ aliquid indecorum vel scite facere. Considera autem aliam insipientiam Herodis: juravit quicquid peteret, daturum se. Quod si caput tuum petisset, dedissesne illud? Da mihi, inquit, hic caput Joannis. Quare apposuit Hic? Timebat ne forte Herodes resipiscens postea pœnitudine duceretur: propterea urget dicens, Da mihi hic.

Et indoluit rex: attamen propter jusjurandum et accumbentes jussit dari. Et quum misisset carnifices, amputavit caput Joannis in carcere, et allatum est caput ejus in patina, et datum puellæ, atque illa obtulit matri suæ. Et accesserunt discipuli ejus, et tulerunt corpus et sepelierunt illud.] Indoluit propter virtutem. Admiratur enim virtutem et hostis, attamen propter jusjurandum dat donum inhumanum. Discamus autem hoc loco esse aliquando melius pejerare quam propter juramentum facere aliquid impium. Sepultum autem est corpus Baptistæ in Sebaste Cæsarea: venerabile autem ejus caput primum in Emesam repositum fuit.

Abieruntque et renunciaverunt Jesu.] Quid annunciant Jesu? non quod mortuus esset Joannes, nam id fama subinde attulerat, sed quod Herodes de Jesu diceret, quod Joannes esset.

Id cum audisset Jesus, secessit illinc in navi ad desertum locum seorsum.] Secedit Jesus propter Herodis homicidium, docens nos quoque ne objiciamus nosipsos temere in pericula; atque etiam ne videatur juxta apparentiam tantum incarnatus, propterea secedit. Si enim tenuisset eum Herodes, conatus fuisset illum occidere:

ροῦντος δὲ ἀνελεῖν, ἐὰν ἐκ μέσων τῶν κινδύνων ἐξήρπασεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς, διὰ τὸ μήπω ἐνστῆναι τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου, ἔδοξεν ἂν φάντασμα εἶναι· διὰ ταῦτα γοῦν ἀναχωρεῖ. Εἰς ἔρημον δὲ τόπον κατ' ἰδίαν, ἵνα θαυματουργήσῃ τὸ ἐπὶ τοῖς ἄρτοις θαῦμα.

V. 13, 14 Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ ἀπὸ τῶν πόλεων. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰη-
σοῦς εἶδε πολὺν ὄχλον, καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' 74
αὐτοῖς, καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀῤῥώστους αὐτῶν.] Πίστιν ἐνδείκνυνται οἱ ὄχλοι, ὅπου γε καὶ ἀναχωροῦντι προστρέχουσι τῷ Ἰησοῦ· διὸ μισθὸν τῆς πίστεως κομίζονται τὰς ἰάσεις. Ἀλλὰ καὶ τὸ πεζῇ ἀκολουθῆσαι, καὶ τὸ χωρὶς τροφῆς, πάντα ταῦτα πίστεως.

V. 15, 16 Ὀψίας δὲ γενομένης προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες· ἔρημός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν· ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κώμας ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν· δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν.] Φιλάνθρωποί εἰσιν οἱ μαθηταὶ, κήδονται γάρ τοῦ ὄχλου, καὶ διὰ τοῦτο οὐ θέλουσι νήστεις αὐτοὺς εἶναι. Τί οὖν ὁ Σωτήρ; δότε, φησὶν, αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Τοῦτο δὲ λέγει, οὐχ ὡς ἀγνοῶν ὅσην πενίαν εἶχον οἱ ἀπόστολοι, ἄπαγε, ἀλλ' ἵνα εἰπόντων ἐκείνων ὅτι οὐκ ἔχομεν, δόξῃ ἐξ ἀνάγκης ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ θαυματουργῆσαι, καὶ οὐ κατὰ φιλοδοξίαν.

V. 17—19 Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· οὐκ ἔχομεν ὧδε, εἰ μὴ πέντε ἄρτους καὶ δύο ἰχθύας. Ὁ δὲ εἶπε· φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε. Καὶ κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους, λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐλόγησε.] Φέρετέ μοι τοὺς ἄρτους ὧδε· εἰ γὰρ καὶ ὀψία ἐστὶν, ἀλλ' ὁ τῶν ὡρῶν ποιητὴς πάρειμι· εἰ ἔρημος ὁ τόπος, ἀλλ' ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, ἐγώ εἰμι. Μανθάνομεν δὲ ἐντεῦθεν ὅτι κἂν ὀλίγα ἔχωμεν, δεῖ ταῦτα εἰς τὴν φιλοξενίαν ἀναλίσκειν, καὶ γὰρ οἱ ἀπόστολοι ὀλίγα ἔχοντες δεδώκασι τοῖς ὄχλοις· ἀλλ' ὥσπερ τὰ ὀλίγα ταῦτα

et si, conante hoc Herode, Jesus seipsum e mediis periculis eripuisset, eo quod nondum instabat tempus mortis, habitus fuisset phantasma esse; et eapropter secedit. In desertum autem locum seorsum, ut miraculum illud de panibus operaretur.

Et cum audissent turbæ, secutæ sunt eum itinere pedestri relictis urbibus. Et egressus Jesus vidit multam turbam, et miseratus illam sanavit infirmos illorum.] Fidem indicant turbæ, quippe quæ et ad secedentem accurrant, et ideo sanitatem fidei mercedem deportant: sed et quod pedestri itinere incedunt, et quod absque cibis veniunt, fidei signa sunt.

Facto autem vespere, accesserunt ad eum discipuli ipsius, dicentes: Desertus est locus, et hora jam præteriit: dimitte turbas ut abeant in vicos, et emant sibi cibaria. At illis dixit Jesus: Non est illis necesse ut abeant, date illis vos quod edant.] Misericordes sunt discipuli: curam enim gerunt turbæ, et propterea nolunt eam jejunam esse. Quid igitur Salvator? Date, inquit, vos illis quod edant. Hoc autem dicit, non tanquam ignorans in quanta apostoli egestate essent, absit, sed ut dicentibus illis se non habere quod edant, appareat ipsum non inanis gloriæ studio, sed necessitate ad operandum miraculum procedere.

At illi dicunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes et duos pisces. Ille vero dixit: Afferte mihi eos huc. Et jussit turbas discumbere super gramina, sumptisque quinque panibus ac duobus piscibus ac sublatis in cœlum oculis benedixit.] Adferte mihi panes huc, et licet sit vespera, temporum ego conditor adsum: licet desertus locus sit, ego tamen sum qui omni carni escam do: Discamus autem hoc loco quod etiam pauca quæ habemus, in hospitalitatem insumere debemus. Etenim apostoli pauca habentes dederunt turbis: et quemadmodum pauca hæc

ἐπλεόνασαν, οὕτω καὶ τὰ σὰ ὀλίγα πληθυνθήσονται. Ἀνακλίνει δὲ τοὺς ὄχλους ἐπὶ τοὺς χόρτους, διδάσκων τὴν εὐτέλειαν, ἵνα καὶ σὺ μὴ ἐπὶ κλινῶν πολυτελῶν καὶ στρωμάτων ἀναπαύῃ. Ἀναβλέπει δὲ εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ εὐλογεῖ τοὺς ἄρτους, τάχα μὲν καὶ ἵνα πιστώσηται ὡς οὐκ ἀντίθεός ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἦλθε καὶ οὐρανόθεν· ἅμα δὲ καὶ ἵνα παιδεύσῃ ἡμᾶς ἁπτομένους τραπέζης εὐχαριστεῖν καὶ οὕτως ἐσθίειν.

V. 19—21 **Καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ὄχλοις· καὶ ἔφαγον πάντες καὶ ἐχορτάσθησαν. Καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις. Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.]** Τοῖς μαθηταῖς δίδωσι τοὺς ἄρτους, ἵνα διὰ μνήμης ἔχωσιν ἀεὶ τὸ θαῦμα, καὶ μὴ ἀποῤῥύῃ τῆς διανοίας αὐτῶν, κἂν ἐκεῖνοι συντόμως ἐπελάθοντο. Ἵνα δὲ μὴ νομίσῃς ὅτι κατὰ φαντασίαν ἐθαυματούργησε, διὰ τοῦτο περιττεύουσι. Δώδεκα δὲ κόφινοι, ἵνα καὶ Ἰούδας βαστάσῃ, καὶ μὴ εἰς προδοσίαν ἐκτραχηλισθῇ, ἐνθυμούμενος τὸ θαῦμα. Καὶ τοὺς ἄρτους δὲ πληθύνει καὶ τοὺς ἰχθύας, ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ γῆς καὶ θαλάσσης δημιουργός, καὶ ὅτι ἃ καθ' ἑκάστην ἐσθίομεν, αὐτοῦ διδόντος ἐσθίομεν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ πληθύνονται. Ἐν ἐρήμῳ δὲ τὸ θαῦμα, ὡς ἂν μὴ νομίσῃ τις, ὅτι ἐκ πόλεως γείτονος ἠγόρασε τοὺς ἄρτους, καὶ διένειμε τῷ πλήθει, ἔρημος γὰρ ἦν. Καὶ οὕτω μὲν καθ' ἱστορίαν· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, μάθε ὅτι ἐπειδὴ Ἡρώδης, ὁ σάρκινος καὶ δερμάτινος τῶν Ἰουδαίων νοῦς, τοῦτο γὰρ Ἡρώδης ἑρμηνεύεται, ἀπεκεφάλισε τὸν Ἰωάννην, τὸ τῶν προφητῶν κεφάλαιον, τουτέστι, τοῖς περὶ Χριστοῦ προφητεύσασιν οὐκ ἐπίστευσεν, ἀναχωρεῖ λοιπὸν ὁ Ἰησοῦς εἰς ἔρημον τόπον, εἰς τὰ ἔθνη, τὰ ἔρημα τοῦ Θεοῦ, καὶ θεραπεύει τοὺς ἀῤῥώστους κατὰ ψυχὴν, εἶτα καὶ τρέφει τούτους. Εἰ μὴ γὰρ ἀφήσει ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, καὶ θεραπεύσει τὰς ἀῤῥωστιας διὰ τοῦ βαπτίσματος, οὐ θρέψει ἡμᾶς τῇ μεταδόσει τῶν ἀχράντων μυστηρίων. Οὐδεὶς γὰρ ἀβάπτιστος μεταλαμβάνει. Πεντακισχίλιοι δὲ, οἱ τὰς πέντε αἰσθήσεις κακῶς

multiplicavit, ita et tua pauca multiplicabuntur. Facit autem turbas super gramina considere, frugalitatem docens, ne tu in preciosis lectis et stratis recumbas. Porro suspicit in cœlum et benedicit panes: fortassis ut major fides ei habeatur quod non sit contrarius Deo, sed cœlitus et a patre venerit. Docet quoque ut et nos mensam accedentes primum gratias agamus, et sic comedamus.

Et cum fregisset, dedit discipulis panes, discipuli vero turbis: et comederunt omnes, et saturati sunt. Et sustulerunt quod superfuerat de fragmentis duodecim cophinos plenos. Porro qui comederant, fuere viri ferme quinquies mille, præter mulieres ac pueros.] Discipulis dat panes, ut in memoria semper habeant miraculum, et ne effluat a cogitatione eorum, tametsi illi cito obliviscebantur. Ne autem opineris quod apparenter tantum miracula fecerit, multiplicantur usque ad impletionem duodecim cophinorum panes, ut et Judas portet, et ad prodendum non sit pervicax, miraculum secum cogitans. Panes autem multiplicat et pisces, ut ostendat quod ipse sit qui terram et mare condiderit, et quod omnes cibi, quibus vescimur, ab ipso nobis dentur, et per ipsum multiplicentur. Cæterum in deserto fit miraculum, ne quis opinetur e civitate vicina emptos panes, multitudinique distributos; desertum enim erat. Et hoc quidem secundum historiam. Juxta anagogen autem disce. Postquam Herodes, hoc est, carnalis et pellicea mens Judæorum (ita enim Herodes sonat) decollavit Joannem prophetarum caput, hoc est, de Christo prædicentibus non credidit, secedit Jesus in desertum locum, ad gentes a Deo destitutas, et sanavit infirmas animas, et deinde pavit eas. Nam nisi remiserit nobis peccata, et sanaverit morbos per baptismum, non pascet nos communione impollutorum mysteriorum. Nullus enim non baptizatus communicat. Jam quinque millia signant eos quorum quinque sensus male affecti erant, et qui per

διακείμενοι, οἳ καὶ διὰ τῶν πέντε ἄρτων θεραπεύονται. Ἐπεὶ γὰρ αἱ πέντε αἰσθήσεις ἐνόσουν, ὅσαι αἱ πληγαὶ, τοσαῦται καὶ αἱ ἔμπλαστροι. Δύο δὲ ἰχθύες, οἱ τῶν ἁλιέων λόγοι· εἷς ἰχθὺς τὸ εὐαγγέλιον, ἕτερος ἰχθὺς ὁ ἀπόστολος. Τινὲς δὲ πέντε ἄρτους τὴν πεντάτευχον τοῦ Μωσέως ἐνόησαν, Γένεσιν, Ἔξοδον, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὺς, Δευτερονόμιον. Δώδεκα δὲ κόφινοι ἦσαν οἱ ἀρθέντες ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ βασταχθέντες. Ὅσα γὰρ ἡμεῖς οἱ ὄχλοι οὐ δυνάμεθα φαγεῖν, τουτέστι νοῆσαι, ταῦτα οἱ ἀπόστολοι ἐβάστασαν καὶ ἐχώρησαν. Χωρὶς δὲ γυναικῶν καὶ παιδίων, οὐδὲν γὰρ νηπιῶδες ἢ γυναικεῖον καὶ ἄνανδρον ἀπαιτεῖται ὁ Χριστιανὸς ἔχειν.

V. 22 Καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους.] Τὸ δυσαπόσπαστον αἰνιττόμενος τῶν μαθητῶν, εἶπε τὸ ἠνάγκασεν· ἤθελον γὰρ ἀεὶ αὐτῷ συνεῖναι. Ἀπολύει δὲ τοὺς ὄχλους, οὐ θέλων ἐπισύρεσθαι αὐτοὺς, ἵνα μὴ δόξῃ φιλόκομπος.

V. 23, 24 Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι, ὀψίας δὲ γενομένης μόνος ἦν ἐκεῖ· τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων· ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος.] Δεικνύων ἡμῖν ὅτι δεῖ ἀπερισπάστως προσεύχεσθαι, εἰς τὸ ὄρος ἀναβαίνει. Πάντα γὰρ δι' ἡμᾶς ποιεῖ, οὐ γὰρ αὐτὸς ἐδεῖτο προσευχῆς. Ἕως δὲ ὀψίας εὔχεται, διδάσκων ἡμᾶς μὴ ταχέως ἀφίστασθαι τῆς προσευχῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς νυκτὸς μάλιστα τοῦτο ποιεῖν, τότε γὰρ ἡσυχία πολλή. Συγχωρεῖ δὲ τοὺς μαθητὰς κλυδωνισθῆναι, ἵνα μάθωσι γενναίως φέρειν τοὺς πειρασμοὺς, καὶ ἐπιγνῶσι τὴν αὐτοῦ δύναμιν. Ἀλλὰ καὶ μέσον τῆς θαλάσσης τὸ πλοῖον, ὡς μείζονα εἶναι τὸν φόβον.

V. 25—27 Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἀπῆλθε πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα ἐταράχθησαν, λέγοντες ὅτι φάν-

quinque panes curantur. Enimvero quia quinque sensus infirmabantur, quot plagæ erant, tot erant et emplastra. Duo vero pisces, piscatorum sermones: Unus piscis evangelium, alius piscis apostolus. Quidam quinque panes, quinque libros Moysis intellexerunt, Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium. Duodecim autem cophini fuerunt sublati ab apostolis, et portati. Quæcunque enim nos turbæ comedere, hoc est, intelligere non potuimus, eorum apostoli capaces portarunt et diviserunt. Præter mulieres ac parvulos: exigitur enim a Christiano ne quid puerile vel muliebre præ se ferat.

Et statim coegit Jesus discipulos suos intrare in navim, et præcedere se in ulteriorem ripam, donec dimisisset turbas.] Ut significaret quam indivulsi essent a Domino discipuli, dixit, coegit, semper enim ei adesse volebant. Dimittit autem et turbas, nolens eas subsequi, ne arrogantiæ studiosus videretur.

Et dimissis turbis, ascendit in montem ad orandum seorsum. Cum autem advenisset vespera, solus erat illic. Cæterum navis jam in medio maris erat, et afflictabatur fluctibus: nam ventus erat adversus.] Ostendens nobis quod oporteat absque distractione mentis precari, in montem ascendit: omnia enim propter nos facit, neque enim ipse precibus opus habet. Usque ad vesperam autem precatur, docens quod nos non statim ab orationibus discedere debeamus, sed et nocte potissimum illis vacare, tunc enim major quies. Permittit autem discipulos in tempestate, quo discant tentationes ferre fortiter, suamque agnoscant virtutem. In medio autem maris navigium, quo majore esset illis timore.

Quarta autem noctis vigilia abiit ad illos Jesus, ambulans super mare, et ubi vidissent eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Spectrum est: ac præ

τασμά ἐστι, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν. Εὐθέως δὲ ἐλάλησεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων· θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε.] Οὐκ εὐθέως αὐτοῖς ἐπέστη λύσων τὸν χειμῶνα, παιδεύων μὴ ταχέως λύσιν αἰτεῖν τῶν συμφορῶν, ἀλλὰ φέρειν γενναίως, ἀλλὰ περὶ τετάρτην φυλακήν.
Εἰς τέσσαρα γὰρ διαιρεῖται ἡ νὺξ παρὰ τοῖς φυλάσσουσιν 76
ἐκ διαδοχῆς στρατιώταις, ἀνὰ τρεῖς ὥρας ἐχούσης ἑκάστης φυλακῆς. Ὁ γοῦν Κύριος μετὰ τὴν ἐννάτην ὥραν τῆς νυκτὸς, περιπατῶν ἐπάνω τοῦ ὕδατος ὡς Θεὸς, ἐπέστη. Οἱ δὲ διὰ τὸ ἄηθες καὶ ξένον ἔδοξαν φάντασμα εἶναι. Οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ εἴδους ἐγνώρισαν αὐτὸν, ἅμα μὲν καὶ διὰ τὴν νύκτα, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸν φόβον· ὁ δὲ παραθαρσύνει πρῶτον αὐτοὺς λέγων· ἐγώ εἰμι, ὁ πάντα δυνάμενος, θαρσεῖτε.

V. 28 Ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος εἶπε· Κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με πρός σε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα.] Θερμότατος ὢν ὁ Πέτρος τὴν πρὸς Χριστὸν ἀγάπην ἐπιθυμεῖ ταχέως ἐγγὺς αὐτοῦ γενέσθαι καὶ πρὸ τῶν ἄλλων. Πιστεύει δὲ ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐ μόνον αὐτὸς περιπατεῖ ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τοῦτο δώσει. Οὐκ εἶπε δὲ, κέλευσόν με βαδίσαι, ἀλλὰ πρός σε ἐλθεῖν. Τὸ μὲν γὰρ, ἐπιδείξεως ἦν· τὸ δὲ, ἀγάπης τῆς πρὸς Χριστόν.

V. 29, 30 Ὁ δὲ εἶπεν· ἐλθέ. Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου ὁ Πέτρος περιεπάτει ἐπὶ τὰ ὕδατα, ἐλθεῖν πρὸς τὸν Ἰησοῦν. Βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν ἐφοβήθη· καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι ἔκραξε λέγων· Κύριε σῶσόν με.] Ὑπέστρωσε τῷ Πέτρῳ τὴν θάλασσαν ὁ Κύριος, δεικνὺς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν. Ὅρα δὲ πῶς τοῦ μείζονος περιγενόμενος ὁ Πέτρος, τῆς θαλάσσης λέγω, τὸν ἄνεμον ἐφοβήθη· οὕτως ἐστὶν ἀσθενὴς ἡ ἀνθρωπίνη φύσις· καὶ αὐτίκα ὅτε ἐφοβήθη, τότε ἤρξατο καταποντίζεσθαι· ὅτε γὰρ ἠσθένησεν ἡ πίστις, τότε βυθίζεται ὁ Πέτρος. Τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸν ἐποίησε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους μαθητὰς παρεμυθήσατο· ἴσως γὰρ ἐφθόνησαν αὐτῷ· ἀλλὰ καὶ πόσον ὑπερέχει ὁ Χριστὸς αὐτοῦ, ἔδειξεν.

V. 31—33 Εὐθέως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα

metu exclamaverunt: sed statim locutus est illis Jesus dicens: Fidite, ego sum, ne terreamini.] Non statim astitit eis ut tempestatem sedaret, docens non cito petendam adversitatum solutionem, sed ferendas fortiter: at circa quartam vigiliam. In quatuor enim partes noctem dividunt custodes juxta militarem disciplinam, singulis per tres horas suam servantibus custodiam. Dominus autem post nonam horam noctis ambulans supra aquam tanquam Deus astitit. Illi autem rem tam raram atque insolitam spectantes, putabant spectrum esse. Neque enim a specie ipsum cognoscebant, partim propter noctem, partim propter metum. Ille autem animans illos primum dixit, Ego sum, qui omnia possum: fidite.

Respondens autem illi Petrus dixit: Domine, si tu es, jubeto me venire ad te super aquas.] Ferventissima Petri erga Christum charitas erat: desiderabat enim statim prope illum esse, et præ aliis. Credidit autem quod Jesus non solum ipse ambularet super aquas, sed et sibi daturus esset hoc. Non dixit autem, jube me ire, sed, ad te venire. Nam illud ostentationis est, hoc autem amoris in Christum.

Ille autem dixit: Veni. Et cum descendisset e navi Petrus, ambulabat super aquas, ut iret ad Jesum. Cæterum cum videret ventum validum, territus est: et cum cœpisset demergi, clamavit dicens: Domine serva me.] Substravit Dominus Petro mare, suam declarans virtutem. Attende autem quod majori periculo nempe maris superato, ventum timuit: ita infirma est humana natura: et statim ut timuit, cœpit submergi: quando enim fides infirma est, tunc in profunda descendit Petrus. Hoc autem fecit, ne ille superbiret, et alios solaretur discipulos; forte enim invidissent. Sed et Christus quantum ipsum superet, ostendit.

Confestim autem Jesus extenta manu apprehendit eum,

ἐπελάβετο αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν εἰς τὸ πλοῖον ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος. Οἱ δὲ ἐν τῷ πλοίῳ ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ λέγοντες· ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ.] Δεικνύων ὁ Χριστὸς ὅτι οὐχ ὁ ἄνεμος αἴτιος τοῦ καταποντισθῆναι, ἀλλ' ἡ μικροψυχία, οὐ τῷ ἀνέμῳ ἐπιτιμᾷ, ἀλλὰ τῷ μικροψυχήσαντι Πέτρῳ. Διὸ καὶ ἀναβαστάσας αὐτὸν ἔστησεν ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ἐάσας τὸν ἄνεμον πνεῖν. Οὐκ εἰς τὸ πᾶν δὲ ἐδίστασεν ὁ Πέτρος, ἀλλ' εἰς τὶ, τουτέστι μερικῶς· καθ' ὃ μὲν γὰρ ἐφοβήθη, κατὰ τοῦτο ἠπίστησε· καθ' ὃ δὲ ἔκραξε, Κύριε σῶσόν με, κατὰ τοῦτο ἰάσατο τὴν ἀπιστίαν. Διὸ ὀλιγόπιστος ἀκούει, ἀλλ' οὐκ ἄπιστος. Οἱ οὖν ἐν τῷ πλοίῳ καὶ αὐτοὶ τοῦ φόβου ἀπελύθησαν· ἐκόπασε γὰρ ὁ ἄνεμος· καὶ δὴ γνόντες ἀπὸ τούτων τὸν Ἰησοῦν, ὁμολογοῦσι τὴν αὐτοῦ θεότητα. Οὐ γὰρ ἀνθρώπου τὸ περιπατεῖν ἐπὶ θαλάσσης, ἀλλὰ Θεοῦ· καθὰ καὶ ὁ Δαυὶδ
Ps. lxxvi. 20.
λέγει· ἐν τῇ θαλάσσῃ αἱ ὁδοί σου, καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς. Ἀνακτέον δὲ τὸν λόγον· σκάφος ἡ γῆ· κύματα ὁ βίος ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων ταραττόμενος· νὺξ ἡ ἀγνωσία· ἐν τῇ τετάρτῃ δὲ φυλακῇ, πρὸς τῷ τέλει δηλονότι τῶν αἰώνων, ἐπέστη ὁ Χριστός. Πρώτη μὲν γὰρ φυλακὴ ἡ πρὸς Ἀβραὰμ διαθήκη, δευτέρα ὁ Μωσέως νόμος, τρίτη οἱ προφῆται, τετάρτη ἡ τοῦ Κυρίου παρουσία· 77
αὐτὸς γὰρ ἔσωσε τοὺς κλυδωνιζομένους, εἰσελθὼν καὶ γενόμενος μεθ' ἡμῶν, ὥστε ἡμᾶς ἐπιγνόντας αὐτὸν ὡς Θεὸν προσκυνεῖν. Ὅρα δὲ καὶ τοῦτο, πῶς τὴν ἄρνησιν τοῦ Πέτρου, εἶτα τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν, προεσήμανε τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ αὐτῷ συμβάντα. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ λέγει
Matt. xxvi. 35.
θρασυνόμενος, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι, οὕτω κἀνταῦθα, κέλευσόν με ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα· καὶ ὥσπερ τότε συνεχωρήθη ἀρνήσασθαι, οὕτω κἀνταῦθα συγχωρεῖται ποντίζεσθαι· ἐνταῦθα χεῖρα δέδωκεν αὐτῷ ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἀφῆκε ποντισθῆναι. Κἀκεῖ διὰ τῆς μετανοίας αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῆς ἀρνήσεως εἵλκυσεν.

V. 34—36 Καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ. Καὶ ἐπιγνόντες αὐτὸν οἱ ἄνδρες τοῦ

et dixit illi: O parum fidens, ad quid formidasti? Et ingressis illis in navim, conquievit ventus. Porro qui in navi erant accesserunt ad eum, et adoraverunt, dicentes: Vere Dei filius es.] Ostendens Christus non ventum, sed pusillanimitatem submergendi causam esse, non ventum increpat, sed Petrum pusillanimem. Ideo et apprehensum eum statuit super aquam permisso vento flare. Non omnino autem dubitabat Petrus, sed secundum quid, hoc est, ex parte: nam juxta id quod dubitavit, incredulus fuit: juxta id autem quod clamavit, Domine serva me, curavit incredulitatem. Ideo parum fidens dicitur, non incredulus. Igitur qui in navi, et ipsi metu soluti sunt, cessavit enim ventus, et ex his cognito Jesu, confessi sunt ejus deitatem. Neque enim hominis est super mare ambulare, sed Dei: sicut et David dicit: In mari viæ tuæ, et semitæ tuæ in aquis multis. Juxta anagogen autem, navis terra, fluctus vita a malis spiritibus turbata, nox ignorantia. In quarta autem vigilia, ad finem seculorum astitit Christus. Prima vigilia, fœdus cum Abraham: secunda, lex Mosaica: tertia, prophetæ: quarta, Domini adventus. Ipse enim servavit nos fluctibus agitatos, veniens ad nos ita ut eum cognosceremus, et ut Deum adoraremus. Vide autem et hoc quod negationem Petri, et deinde ejus conversionem et pœnitentiam præsignarunt ea quæ ipsi in mari acciderunt. Nam sicut illic dicebat confidens, Non te negabo, sic et hic, Jube me venire super aquas: et sicut tunc Dominus permisit negare, ita et hic permittit mergi. Hic manum ei porrexit Dominus, et non permisit eum submergi: ita tunc per pœnitentiam eum a profundo negationis extraxit.

Et cum trajecissent, venerunt in terram Gennezareth. Et cum agnovissent illum viri loci illius, emiserunt nuntios

τόπου ἐκείνου, ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα μόνον ἅψωνται τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν.] Διὰ πολλοῦ χρόνου ἐπιδημήσαντα τῇ Γεννησαρὲτ τὸν Ἰησοῦν οὐ μόνον ἐκ τῆς ὄψεως, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν σημείων ἐπιγνόντες οἱ ἄνθρωποι, πίστιν ἐνδείκνυνται θερμήν· ὥστε ἐπιθυμεῖν καὶ τοῦ κρασπέδου ἅψασθαι, καὶ δὴ τοῦτο ποιήσαντες ἐθεραπεύθησαν. Οὕτως οὖν καὶ σὺ ἅψαι τοῦ ἄκρου τοῦ ἱματίου τοῦ Χριστοῦ, ἤτοι τοῦ τέλους τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ ἐπιδημίας. Ἐὰν γὰρ πιστεύσῃς ὅτι ἀνελήφθη, σωθήσῃ· ἱμάτιον γὰρ ἡ σάρξ· κράσπεδον δὲ ταύτης, τὸ τέλος τῆς ἐν γῇ ζωῆς.

ΚΕΦ. ιε΄.

ΤΟΤΕ προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι λέγοντες· διὰ τί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν.] Εἰ καὶ πᾶσαι αἱ χῶραι εἶχον γραμματεῖς καὶ Φαρισαίους, ἀλλ' οἱ ἐντιμότεροι ἐν Ἱερουσαλὴμ ἦσαν· διὸ καὶ οὗτοι ἐφθόνουν μάλιστα, ὡς φιλοδοξότεροι. Ἔθος δὲ εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι μὴ ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίειν, ἀπὸ παλαιᾶς παραδόσεως. Ταύτης οὖν τῆς παραδόσεως καταφρονοῦντας ὁρῶντες τοὺς μαθητὰς, ἐνόμισαν αὐτοὺς ἐξουθενεῖν τοὺς πρεσβυτέρους. Τί οὖν ὁ σωτήρ; οὐδὲν μὲν πρὸς τοῦτο ἀπολογεῖται· ἀντεγκαλεῖ δὲ αὐτοῖς.

V. 3—6 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· διὰ τί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο λέγων· τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα· καὶ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω· ὑμεῖς δὲ λέγετε· ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς· καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ
τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέρα· καὶ ἠκυρώσατε 78

in universam regionem illam, et attulerunt illi omnes male habentes, et obsecrabant eum ut tantum tangerent fimbriam vestimenti ipsius: et quotquot tetigerunt eum, salvi facti sunt.] Gennezareni Christum multo tempore apud se versantem non solum ex aspectu, sed etiam ex miraculis agnoscentes, alacrem exhibuerunt fidem, ita ut cuperent et fimbriam contingere, atque ita curati sunt. Sic et tu quoque summitatem vestis Christi contingito, hoc est, finem incolatus ejus in carne. Si enim credideris quod assumptus est, salvaberis. Vestis enim caro: fimbria autem ejus, finis vitæ super terram.

CAPUT XV.

TUNC accedunt ad Jesum Hierosolymitani Scribæ et Pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant manus suas quando edunt panem.] Quanquam in omnibus locis erant Scribæ et Pharisæi, magis tamen in honore erant Hierosolymitani: ideo illi magis invidebant, utpote inanis gloriæ magis appetentes. Morem autem habebant Judæi non comedere illotis manibus, idque ex patrum traditione. Has igitur traditiones ut vidissent non observari a discipulis, putaverunt illos contemnere seniores. Quid ad hæc Salvator? Nihil ad hoc respondet, sed vicissim reprehendit eos.

At ille respondens dixit eis: Quare et vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus præcepit dicens: Honora patrem tuum et matrem: et qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur: vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, donum est, si quid ex me tibi prodesse poterit, et non honorabit patrem suum, aut matrem suam: et irritum fecistis præ-

τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν.] Οἱ μὲν Φαρισαῖοι κατηγόρουν τῶν μαθητῶν, ὡς ἐντολὴν τῶν πρεσβυτέρων παραβαινόντων· ὁ δὲ Χριστὸς δεικνύει αὐτοὺς τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον παραβαίνοντας· ἐδίδασκον γὰρ τοὺς παῖδας μηδὲν διδόναι τοῖς γονεῦσιν, ἀλλ' ἀνατιθέναι ὅσα ἔχουσι τῷ γαζοφυλακίῳ τοῦ ἱεροῦ. Ἦν γὰρ ἐν τῷ ἱερῷ θησαυρὸς, ἐν ᾧ ὁ βουλόμενος ἔβαλλεν, ἐκαλεῖτο δὲ οὗτος γάζα· ὁ δὲ θησαυρὸς τοῖς πένησι διεδίδοτο. Οἱ τοίνυν Φαρισαῖοι πείθοντες τοὺς παῖδας μηδὲν διδόναι τοῖς γονεῦσιν, ἀλλ' ἀνατιθέναι αὐτὰ τῷ θησαυρῷ τοῦ ἱεροῦ, ἐδίδασκον αὐτοὺς λέγειν ὅτι δῶρόν ἐστι, τουτέστιν, ἀνατεθειμένον τῷ Θεῷ ἐστιν, ὦ πάτερ, ὃ ζητεῖς ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῆναι. Καὶ οὕτως ἐμέριζον αὐτοὶ μετὰ τῶν παίδων τὰ χρήματα, καὶ οἱ γονεῖς κατελιμπάνοντο ἀγηροκόμητοι. Ἐποίουν δὲ τοῦτο καὶ οἱ δανεισταί· ἐὰν γάρ τις ἐδάνεισέ τινι χρήματα, εἶτα δύσκολος ὁ χρεώστης ἦν καὶ οὐκ ἀπεδίδου τὸ ὀφειλόμενον, ἔλεγεν ὁ δανειστὴς πρὸς τοῦτον τὸν ἀγνώμονα χρεώστην, Κορβάν ἐστιν ὃ ὀφείλεις μοι, τουτέστι, δῶρον τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένον· ὁ οὖν χρεώστης ὡς τῷ Θεῷ ἔκτοτε ὀφείλων καὶ ἄκων κατέβαλλε· τοῦτο ἐδίδασκον τοὺς παῖδας οἱ Φαρισαῖοι ποιεῖν.

V. 7—9 Ὑποκριταὶ, καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας, λέγων· ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων.] Δείκνυσι διὰ τῆς Ἡσαΐου φωνῆς καὶ περὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ τοιούτους ὄντας αὐτοὺς, οἷοι καὶ περὶ αὐτὸν εὑρίσκονται· πονηροὶ γὰρ ὄντες, καὶ διὰ τῶν πονηρῶν ἔργων μακρύνοντες ἑαυτοὺς τοῦ Θεοῦ, στόματι μόνον ἐλάλουν τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια. Μάτην γὰρ πάντως σέβονται καὶ δοκοῦσι τιμᾶν τὸν Θεὸν οἱ διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν ἀτιμάζοντες.

V. 10, 11 Καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον εἶπεν αὐτοῖς· ἀκούετε καὶ συνίετε. Οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, τοῦτο κοινοῖ τὸν ἄν-

ceptum Dei propter traditionem vestram.] Pharisæi accusabant discipulos quasi mandatum seniorum prævaricantes: Christus autem ostendit ipsos Dei legem prævaricari. Docebant enim pueros ne quid darent parentibus, sed offerrent quæcunque habebant in gazophylacium templi. Erat autem in templo thesaurus, in quem quisquis volebat quidpiam immitteret, vocabaturque ille gaza: at distribuebatur in pauperes thesaurus. Pharisæi igitur persuadentes pueris ne quid darent parentibus, sed offerrent in thesaurum templi, docebant ipsos ut dicerent, Donum Dei est, id est, oblatum Deo est, o pater, id quod per me tibi usui esse cupis. Et sic partiebantur ipsi cum filiis opes: et parentes relinquebantur et contemnebantur, nec in senecta alebantur. Faciebant autem hoc et creditores. Si quis enim cuipiam mutuo dedisset pecunias: et deinde malus debitor non redderet debitum, dicebat creditor ad illum ingratum debitorem, Corban est quod debes mihi, hoc est, donum Deo oblatum. Debitor igitur tunc quasi Deo debens, etiam invitus dinumerabat. Hoc docebant Pharisæi pueros facere.

Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Esaias dicens: Appropinquat mihi populus hic ore suo, et labiis me honorat, cæterum cor eorum procul abest a me. Sed frustra me colunt docentes ut doctrinas mandata hominum.] Ostendit Esaiæ voce quod etiam tales sint erga patrem suum, quales et erga se inveniuntur. Nam cum mali essent, et propter mala opera longius a Deo recederent, divinum sermonem solo ore loquebantur. Frustra enim colunt et putant se colere Deum, qui per opera illum dehonorant.

Et advocatis ad se turbis, dixit eis: Audite et intelligite. Non quod ingreditur os, inquinat hominem: sed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem.] Non

θρωπον.] Οὐκέτι τοῖς Φαρισαίοις διαλέγεται, ὡς ἀθεραπεύτοις, τῷ ὄχλῳ δέ. Καὶ διὰ τοῦ προσκαλέσασθαι δοκεῖ τιμᾷν αὐτοὺς, ἵνα παραδέξωνται τὸν λόγον αὐτοῦ, καί φησιν, ἀκούετε καὶ συνίετε, διανιστῶν αὐτοὺς εἰς προσοχήν. Τῶν δὲ Φαρισαίων αἰτιωμένων τοὺς μαθητὰς ὡς ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίοντας, ὁ Κύριος περὶ βρωμάτων λέγει, ὅτι οὐδὲν βρῶμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, τουτέστι, μολύνει. Καὶ εἰ τὸ βρῶμα οὐ μολύνει, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίειν. Μολύνει γὰρ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον τὸ λέγειν ἃ μὴ δεῖ. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτου τοὺς Φαρισαίους, μολυνομένους ἐκ τοῦ λέγειν φθονούντων ῥήματα. Ὅρα δὲ σοφίαν, πῶς οὔτε φανερῶς τὸ ἄνιπτον ἐσθίειν νομοθετεῖ, οὔτε ἀποτρέπει, ἀλλ' ἕτερόν τι διδάσκει, τὸ μὴ ἐκβάλλειν ἀπὸ τῆς καρδίας πονηροὺς λόγους.

V. 12 Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
εἶπον αὐτῷ· οἶδας ὅτι οἱ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες
τὸν λόγον ἐσκανδαλίσθησαν;] Οἱ μὲν μαθηταὶ
διὰ τοὺς Φαρισαίους λέγουσιν ὅτι ἐσκανδαλίσθησαν, πλὴν 79
ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐθορυβήθησαν· τοῦτο δὲ δῆλον ἀπὸ
τοῦ προσελθεῖν τὸν Πέτρον καὶ ἐρωτῆσαι περὶ τούτου.
Ὁ γοῦν Ἰησοῦς ἀκούσας ὅτι ἐσκανδαλίσθησαν οἱ Φαρισαῖοι εἶπε·

V. 13, 14 Πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται. Ἄφετε αὐτούς· ὁδηγοί εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν. Τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται.] Τὰς τῶν πρεσβυτέρων παραδόσεις καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ ἐντάλματα λέγει ἐκριζωθήσεσθαι· οὐχὶ τὰ τοῦ νόμου, ὡς νοοῦσι Μανιχαῖοι. Ὁ γὰρ νόμος φυτεία ἐστὶ Θεοῦ· οὐ τοίνυν οὗτος ἐξεῤῥιζώθη. Μένει γὰρ ἡ ῥίζα αὐτοῦ, τουτέστι, τὸ κρυπτόμενον πνεῦμα· τὰ δὲ φύλλα, ἤτοι τὸ φαινόμενον γράμμα, ἀπεῤῥύη· οὐκέτι γὰρ τὸν νόμον κατὰ τὸ γράμμα, ἀλλὰ κατὰ τὸ πνεῦμα νοοῦμεν. Ἀπεγνωσμένων δὲ ὄντων τῶν Φαρισαίων καὶ ἀνιάτων, εἶπε τὸ, ἄφετε αὐτούς. Ἐντεῦθεν οὖν μανθάνομεν, ὅτι τὸ σκανδαλίζεσθαι τοὺς ἑκοντὶ σκανδαλιζομένους καὶ ἀνιάτους, οὐκ ἔστιν ἡμῖν βλαβερόν. Διδασκάλους

loquitur ultra Pharisæis, utpote incurabilibus: turbæ autem loquitur, et per quod illos ad se advocat honorem illis deferre videtur, ut suscipiant sermonem suum: et inquit, Audite et intelligite, excitans eos, et attentos faciens. Quia autem Pharisæi arguebant discipulos quod illotis manibus comederent, Dominus de cibis dicit quod nullus cibus coinquinet hominem, vel polluat. Et si cibus non inquinat, multo magis illotis comedere manibus. Coinquinat enim intus hominem dicere quæ non oportet. Notat autem latenter Pharisæos per illa verba, qui dicentes invidorum verba coinquinabantur. Vide autem ejus sapientiam, quomodo neque manifeste illotis manibus comedere approbat, neque aversatur, sed aliud quiddam docet, quod non ejiciant e pectore malos sermones.

Tunc accedentes discipuli ejus dixerunt illi: Nosti Pharisæos audito sermone isto offensos fuisse?] Discipuli propter Pharisæos dicunt quod offensi sint, tametsi etiam ipsi turbati fuerint; quod manifestum ex eo quod accesserit Petrus, et interrogaverit de hoc. Igitur Jesus cum audisset quod offensi essent Pharisæi, dixit:

Omnis plantatio quam non plantavit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos, duces sunt cæci cæcorum. Porro si cæcus cæco dux fuerit, ambo in foveam cadent.] Seniorum traditiones et Judæorum præcepta eradicatum iri dixit, non ea quæ ex lege erant, ut existimant Manichæi. Lex enim plantatio est Dei, non igitur illa eradicata est. Manet enim radix ejus, id est, spiritus qui in occulto est. Folia autem, hoc est, apparens litera, defluunt. Legem enim jam non juxta literam, sed juxta spiritum intelligimus. Quoniam autem desperati atque incurabiles erant Pharisæi, dixit, Sinite illos. Hinc enim discimus, quod offendi illos qui sponte offenduntur et incurabiles sunt, non est nobis damnosum. Præcep-

δὲ αὐτοὺς λέγει τυφλοὺς τυφλῶν· τοῦτο δέ φησιν ὡς ἂν ἀποστήσῃ ἀπ' αὐτῶν τοὺς ὄχλους.

V. 15 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ· φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην.] Ὁ Πέτρος ἐπεὶ ᾔδει ὅτι ὁ νόμος ἐκώλυε πάντα ἐσθίειν, δεδιὼς εἰπεῖν τῷ Ἰησοῦ, ὅτι σκανδαλίζομαι ἐφ' οἷς εἶπας φαινομένοις παρανόμοις εἶναι, προσποιεῖται ἄγνοιαν καὶ ἐπερωτᾷ.

V. 16—20 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε. Οὔπω νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται; τὰ δὲ ἐκπορευόμενα ἐκ τοῦ στόματος ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχεται, κἀκεῖνα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι. Ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον· τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.] Ἐπιτιμᾷ τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ, καὶ ἀφροσύνην ὀνειδίζει, ἢ ὡς σκανδαλισθεῖσιν, ἢ ὡς ἀγνοήσασι τὸ σαφές. Φησὶν οὖν ὅτι τοῦτο τὸ πᾶσι νοούμενον καὶ φαινόμενον οὐ νοεῖτε; ὅτι τὰ μὲν βρώματα οὐ μένει ἔσω, ἀλλὰ κάτω ἐξέρχονται, μηδὲν μολύνοντα κατὰ ψυχὴν τὸν ἄνθρωπον, οὐ γὰρ μένουσιν ἔνδον· οἱ δὲ λογισμοὶ ἔσωθέν τε γεννῶνται, καὶ μένουσιν ἐκεῖ, καὶ ἐξερχόμενοι, τουτέστιν, εἰς ἔργον προχωροῦντες καὶ εἰς πρᾶξιν, μολύνουσι τὸν ἄνθρωπον· ὁ γὰρ λογισμὸς τῆς πορνείας ἔσωθέν τε μένων μιαίνει, καὶ ἐξερχόμενος εἰς ἔργον καὶ πραττόμενος καταστιλοῖ.

V. 21—23 Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος. Καὶ ἰδοὺ γυνὴ Χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα ἐκραύγαζεν αὐτῷ, λέγουσα· ἐλέησόν με, Κύριε υἱὲ Δαυίδ· ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται. Ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον.] Τίνος ἕνεκεν τοὺς μαθητὰς κωλύσας εἰς ὁδὸν ἐθνῶν ἀπελθεῖν, αὐτὸς εἰς Τύρον καὶ Σιδῶνα, τὰς ἐθνικὰς πόλεις, παραγίνεται; Μάθε οὖν ὅτι
Marc. vii. 24. οὐχ ὡς κηρύξων ἦλθεν ἐκεῖ· ἐπεὶ ὡς ὁ Μάρκος

tores autem illos dicit cæcos cæcorum duces, ut ab eis turbas abducat.

Respondens autem Petrus dixit ei: Dic nobis parabolam hanc.] Petrus quia sciebat legem prohibere promiscuum esum omnium, et timebat dicere Jesu, Ex his quæ dixisti, offendimur: apparent enim legi adversa esse: simulat ignorantiam, et interrogat.

Jesus autem dixit: Adhuc et vos intelligentia caretis. Nondum intelligitis quod quicquid ingreditur in os, in alvum abit, et in secessum ejicitur? At ea quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, et illa impurum reddunt hominem. Nam ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, convicia. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Cæterum illotis manibus cibum capere, non inquinat hominem.] Increpat discipulos Salvator, et insipientiam exprobat vel ut offensis, vel ut manifesta ignorantibus. Dicit igitur, Non intelligitis quod omnes intelligunt et sciunt? Cibi enim non manent intus, sed infra exeunt per alvum, et nihil hominem in anima coinquinant, non enim manent intus. Cogitationes autem intrinsecus nascuntur, et manent illic, et egredientes, hoc est, in opus procedentes et actus inquinant hominem. Cogitatio enim scortationis intrinsecus manens maculat, et egrediens in opus maculat.

Et digressus illinc Jesus secessit in partes Tyri et Sidonis: et ecce mulier Chananæa quæ a finibus illis venerat, clamabat ad illum, dicens: Miserere mei Domine fili David: filia mea male a dæmonio vexatur. Ille vero non respondit ei verbum.] Quare discipulos prohibuit ire in viam gentium, ipse autem in Tyrum et Sidonem gentilium civitates ivit? Disce igitur quod non ut prædicaturus ivit illuc, quia (ut Marcus dicit) et occultavit se.

φησὶ, καὶ ἔκρυψεν ἑαυτόν. Ἄλλως τε, ἐπεὶ εἶδε τοὺς Φαρισαίους μὴ δεξαμένους τὸν περὶ βρωμάτων λόγον, μεταβαίνει 80
ἐπὶ τὰ ἔθνη. Ἐλέησον δὲ λέγει, οὐχὶ τὴν θυγατέρα μου· ἐκείνη γὰρ ἀναισθητεῖ· ἀλλ' ἐμὲ τὴν τὰ δεινὰ πάσχουσαν καὶ αἰσθανομένην. Καὶ οὐ λέγει, ἐλθὲ καὶ ἴασαι, ἀλλ' ἐλέησον. Ὁ δὲ οὐκ ἀποκρίνεται αὐτῇ λόγον, οὐχ ὡς καταφρονῶν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι διὰ τοὺς Ἰουδαίους ἦλθε προηγουμένως, καὶ ἐμφράξῃ τὰς συκοφαντίας αὐτῶν, μὴ ἐχόντων ὕστερον λέγειν, ὅτι τοὺς ἐθνικοὺς εὐεργετεῖ· ἅμα δὲ ἵνα καὶ τὴν ἐπίμονον πίστιν τῆς γυναικὸς ἐπιδείξῃ.

V. 23, 24 **Καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες· ἀπόλυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.]** Οἱ μαθηταὶ βαρυνθέντες τῇ κραυγῇ τῆς γυναικὸς ἠρώτων, ἵνα ἀπολύσῃ αὐτὴν, τουτέστι, παρεκάλουν ἀποπέμψασθαι αὐτήν. Τοῦτο δὲ ἐποίουν οὐχ ὡς ἄσπλαγχνοι, ἀλλὰ μᾶλλον θέλοντες πεῖσαι τὸν Κύριον ἐλεῆσαι αὐτήν. Ὁ δὲ, οὐκ ἀπεστάλην, φησὶν, εἰ μὴ εἰς τοὺς Ἰουδαίους, οἳ ἀπολωλότα εἰσὶ πρόβατα, ἀπὸ κακίας τῶν ἐμπιστευθέντων αὐτά. Διὰ δὲ τούτων δημοσιεύει τὴν πίστιν τῆς γυναικὸς ἐπὶ πλέον.

V. 25—27 **Ἡ δὲ ἐλθοῦσα προσεκύνησεν αὐτῷ, λέγουσα· Κύριε βοήθει μοι. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. Ἡ δὲ εἶπε· ναὶ Κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν.]** Ἐπεὶ εἶδεν ἡ γυνὴ τοὺς συνηγόρους αὐτῆς τοὺς ἀποστόλους ἀποτυχόντας, πάλιν πρόσεισι θερμῶς, καὶ Κύριον ἀποκαλεῖ. Ἐπεὶ δὲ ὁ Χριστὸς κύνα αὐτὴν ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ τοὺς ἐθνικοὺς ἀκάθαρτον βίον ἔχειν καὶ περὶ τὰ αἵματα τῶν εἰδωλοθύτων ἀναστρέφεσθαι, τέκνα δὲ τοὺς Ἰουδαίους, ἐκείνη συνετῶς ἀποκρίνεται καὶ μάλα σοφῶς ὅτι, εἰ καὶ κύων εἰμὶ καὶ οὐκ ἀξία ἄρτον λαβεῖν, τουτέστι, δύναμίν τινα καὶ μέγα σημεῖον· ἀλλ' οὖν τοῦτο τὸ μικρὸν μὲν ὡς πρὸς τὴν σὴν δύναμιν, ἐμοὶ

Vel aliter dic, quia vidit Pharisæos nolle suscipere sermonem de cibis, transit ad Gentes. Miserere autem dicit, non filiæ meæ (illa enim sensu caret) sed mei, quæ tam gravia patior et sentio. Nec dicit, Veni, et sana, sed miserere. At ille non respondit ei verbum, non quod contemnat, sed ut ostendat quod propter Judæos in primis venerit: et ut occludat calumnias eorum, ne possint postea dicere quod gentilibus benefecerit ipsis contemptis: ad hæc ut etiam firmam mulieris fidem manifestam reddat.

Et accedentes discipuli ejus rogabant illum, dicentes: Dimitte illam, nam clamat post nos. At ille respondens dixit: Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel.] Discipuli gravatim ferentes clamorem mulieris, rogabant, Dimitte eam, hoc est, obsecrabant ut ablegaret illam a se. Hoc autem faciebant non tanquam immisericordes, sed magis volentes persuadere Domino ut misereretur ei. At ille inquit, Non sum missus nisi ad Judæos, qui sunt oves perditæ per eorum malitiam, quibus fuerant concreditæ. Per hoc autem amplius evulgat fidem mulieris.

Illa vero venit et adoravit illum dicens: Domine succurre mihi. At ille respondens dixit: Non est bonum sumere panem filiorum, et objicere catellis. Illa autem dixit: Etiam Domine: Etenim catelli comedunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.] Postquam vidit mulier patronos suos repulsam passos, iterum Dominum ferventer accedit, et invocat ut Dominum. Quia autem Christus canem illam dixerat, eo quod gentiles impuram agerent vitam, et in sanguine idolis immolatorum versarentur, filios vero Judæos: illa valde sapienter et magno cum intellectu respondit: quamvis et canis sim, et indigna quæ panem accipiam, hoc est, virtutem, et signum magnum: sed hoc quod parvum, quantum ad virtutem tuam attinet, mihi autem magnum

δὲ μέγα, δός· ὥσπερ καὶ τὰς ψίχας οἱ μὲν τοὺς ἄρτους ἐσθίοντες οὐ μέγα τι ἔχουσιν, οἱ δὲ κύνες μέγα, καὶ ἐκ τούτων τρέφονται.

V. 28 Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ· ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις, γενηθήτω σοι ὡς θέλεις· καὶ ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.] Ἐφανέρωσε νῦν ὁ Ἰησοῦς τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἀνεβάλλετο τὴν θεραπείαν ἐξ ἀρχῆς. Ἵνα γὰρ ἡ πίστις καὶ ἡ σύνεσις τῆς γυναικὸς ἀναφανῇ, διὰ τοῦτο οὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς κατένευσεν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ ἀποπέμπεται μᾶλλον. Νῦν δὲ ἐπεὶ ἐξεκαλύφθη ἡ πίστις αὐτῆς, ἐπαινεῖται ἀκούουσα, μεγάλη σου ἡ πίστις. Τὸ δὲ, γενηθήτω σοι ὡς θέλεις, εἰπὼν, ἔδειξεν ὅτι ἐὰν μὴ πίστιν εἶχεν, οὐκ ἂν ἔτυχε τῆς αἰτήσεως· ὥστε ἐὰν θέλωμεν καὶ ἡμεῖς, οὐδὲν τὸ κώλυον τυχεῖν ὧν θέλομεν. Σημείωσαι δὲ ὅτι κἂν ἅγιοι αἰτῶσιν ὑπὲρ ἡμῶν, ὥσπερ ὑπὲρ ἐκείνης οἱ ἀπόστολοι, ἀλλ' οὖν ἡμεῖς ὑπὲρ ἑαυτῶν αἰτοῦντες πλέον ἀνύομεν. Σύμβολον δὲ ἡ Χαναναία καὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας. Καὶ γὰρ καὶ τὰ ἔθνη ἀπωσμένα πρότερον, ὕστερον εἰς τὴν τῶν υἱῶν τάξιν ἀνεβι- 81
βάσθησαν, καὶ τοῦ ἄρτου ἠξιώθησαν, τοῦ σώματος λέγω τοῦ Κυρίου. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι κύνες ἐγένοντο, ἐκ τῶν ψιχίων δοκοῦντες τρέφεσθαι, τουτέστι, τῶν μικρῶν καὶ εὐτελῶν τοῦ γράμματος. Σημαίνει δὲ ἡ Τύρος συνοχήν· ἡ δὲ Σιδὼν θηρῶντες· Χαναναία δὲ ἡτοιμασμένη τῇ ταπεινώσει· οἱ γοῦν συνεχόμενοι τῇ κακίᾳ ἐθνικοὶ, ἐν οἷς ἦσαν οἱ θηρῶντες τὰς ψυχὰς δαίμονες, οὗτοι καὶ τῇ ταπεινώσει εἰσὶν ἡτοιμασμένοι· οἱ γὰρ δίκαιοι τῷ ὕψει τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἡτοιμάσθησαν.

V. 29—31 Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς ἦλθε παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος ἐκάθητο ἐκεῖ. Καὶ προσῆλθον αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν χωλοὺς, τυφλοὺς, κωφοὺς, κυλλοὺς, καὶ ἑτέρους πολλοὺς, καὶ ἔρριψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς, ὥστε τοὺς ὄχλους θαυμάσαι βλέποντας κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, χωλοὺς

fuerit, da, sicut et qui panes comedunt, micas non magni faciunt; canes autem magni faciunt, et bene ex his pascuntur.

Tunc respondens Jesus dixit illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ejus ex illa hora.] Nunc manifestat Jesus causam propter quam sanationem ab initio distulerit, nempe ut fides et prudentia mulieris clarescat. Propterea non statim ab initio annuit Christus, sed magis illam a se amandavit: nunc autem quandoquidem ejus fides manifestata est, laudat eam, Magna est fides tua. Hoc autem quod dicit, Fiat tibi sicut vis, ostendit quod nisi fidem habuisset, nihil fuisset assecuta. Atque ita si voluerimus et nos, nihil vetat et nos assequi quæ voluerimus. Observa autem quod licet sancti orent pro nobis, sicut pro illa apostoli, attamen nos pro nobis ipsis petentes magis audimur. Est autem Chananæa symbolum ecclesiæ e gentibus collectæ. Nam et gentes prius repulsæ fuerunt, et postea in filiorum ordinem provectæ obtinuerunt panem, corpus, inquam, Domini. Judæi autem canes facti ex micis videntur pasci, hoc est, parvitate et vilitate literæ. Significat enim Tyrus cohibitionem, Sidon autem venantes, Chananæa, præparata humiliationi. Gentiles igitur qui malitia tenebantur, inter quos fuerunt venatores animarum dæmones, humilitati sunt præparati. Justi enim sublimi regno Dei sunt præparati.

Et progressus illinc Jesus venit juxta mare Galilææ, et conscenso monte sedebat illic. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum claudos, cæcos, surdos, mutilos, et alios multos, et objecerunt eos ante pedes Jesu: et sanavit eos, adeo ut turbæ miratæ sint cum viderent mutos loqui,

περιπατοῦντας, τυφλοὺς βλέποντας· καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν Ἰσραήλ.] Οὐ τῇ Ἰουδαίᾳ συνεχῶς ἐπιδημεῖ, ἀλλὰ τῇ Γαλιλαίᾳ, διὰ τὴν πολλὴν ἀπιστίαν τῶν Ἰουδαίων· οἱ γὰρ Γαλιλαῖοι πιστότεροι ἦσαν ἐκείνων. Ἴδε οὖν τὴν πίστιν αὐτῶν, πῶς καὶ εἰς τὸ ὄρος ἀνέρχονται χωλοὶ ὄντες καὶ τυφλοὶ καὶ οὐ κατοκνοῦσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς πόδας ῥίπτονται τοῦ Ἰησοῦ, ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον δοκοῦντες αὐτόν· ὅθεν καὶ τῆς ἰάσεως ἔτυχον. Καὶ σὺ οὖν ἄνελθε εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐντολῶν, ἔνθα κάθηται ὁ Κύριος· κἂν τυφλὸς ᾖς, μὴ δυνάμενος ἀφ' ἑαυτοῦ ἰδεῖν τὸ καλόν· κἂν χωλὸς, βλέπων μὲν τὸ καλὸν, οὐ δυνάμενος δὲ εἰς αὐτὸ ἐλθεῖν· κἂν κωφὸς, μήτε ἄλλου ἀκούων παραινοῦντος, μήτε ἄλλῳ παραινέσαι δυνάμενος· κἂν κυλλὸς, τουτέστι, τὴν χεῖρα εἰς ἐλεημοσύνην μὴ δυνάμενος ἐκτεῖναι· κἂν ἄλλο τι νοσῇς, πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶν ἰχνῶν τοῦ βίου ἐκείνου ἁψάμενος, θεραπευθήσῃ.

V. 32 Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἶπε· σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον, ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐκ ἔχουσι τί φάγωσι· καὶ ἀπολύσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω, μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ.] Οἱ μὲν ὄχλοι οὐκ ἐτόλμων ἄρτους αἰτῆσαι, ὡς ἐπὶ θεραπείᾳ ἐλθόντες. Αὐτὸς δὲ φιλάνθρωπος ὢν φροντίζει· ἵνα δὲ μὴ ἔχῃ τις εἰπεῖν ὅτι, ἄλλα ἐφόδια ἔχουσι, φησὶν, εἰ καὶ εἶχον, ἀνηλώθησαν ἄν· τρεῖς γὰρ ἤδη ἡμέραι εἰσί. Δείκνυσι δὲ ὅτι καὶ μακρόθεν ἦλθον, ἐν τῷ λέγειν, ἵνα μὴ ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ. Ταῦτα δὲ λέγει πρὸς τοὺς μαθητὰς, διεγεῖραι αὐτοὺς βουλόμενος πρὸς τὸ εἰπεῖν αὐτῷ ὅτι, δύνασαι αὐτοὺς θρέψαι ὡς καὶ τοὺς πεντακισχιλίους· ἀλλ' ἐκεῖνοι ἀνοηταίνουσιν ἔτι.

V. 33 Καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· πόθεν ἡμῖν ἐν ἐρημίᾳ ἄρτοι τοσοῦτοι, ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον;] Καίτοι ἔδει συνιέναι αὐτοὺς, ὅτι καὶ πρότερον πλείους ἐτράφησαν ἐν ἐρημίᾳ· ἀλλ' ἀναισθήτως ἔχουσιν, ἵν' ὅταν ἴδῃς τούτους ὕστερον σοφίας τοσαύτης πλήρεις, θαυμάζῃς τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν.

mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos videre: et glorificabant Deum Israel.] Non continuo versatur in Judæa, sed in Galilæa, propter multam incredulitatem Judæorum: Galilæi enim fideliores illis erant. Vide igitur fidem illorum, quomodo et in montem ascendunt claudi existentes et cæci, neque segnes sunt, sed et ad pedes Jesu objiciuntur, utpote illum supra hominem esse existimantes: unde et sanitatem assecuti sunt. Et tu igitur ascende in montem mandatorum, ubi sedet Jesus: et si cæcus fueris, non valens videre per teipsum quod bonum est: et si claudus, videns quidem quod bonum, non valens autem ad hoc pervenire: et si surdus, qui neque alium audias admonentem, neque alium admonere valeas: et si mutilus sis, non valens extendere manum ad eleemosynam: et si alio quodam morbo teneare: prosternas te ad pedes Jesu, et vestigia vitæ illius attinge, et curationem habebis.

Jesus autem vocatis ad se discipulis suis dixit: Miseret me turbæ, propterea quod jam triduo perseverant apud me, et non habent quod edant: et demittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via.] Turbæ quidem non audebant panes petere, utpote qui ad recipiendam sanitatem venerant: ipse autem misericors existens curam illorum agit: et ne quis dicere possit quod alia viatica habeant, inquit, quod si etiam habuissent, fuissent consumpta: Tres enim jam dies sunt. Ostendit autem quod a longe venerint, dicendo, ne deficiant in via. Hæc autem dicit ad discipulos, excitare eos volens ut dicant ipsi quod possit eos alere, sicut et quinque illa millia: sed illi adhuc sapientia carebant.

Et dicunt illi discipuli ejus: Unde nobis in solitudine panes tam multi ut saturemus turbam tantam?] Quamvis non oportebat illos oblitos esse, quod et prius plures paverit in solitudine: sed stupidi erant, ut cum postea hos videris tanta sapientia præditos, mireris Dei gratiam.

V. 34—38 *Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· πόσους ἄρτους ἔχετε; οἱ δὲ εἶπον· ἑπτὰ, καὶ ὀλίγα ἰχθύ-* 82
δια. Καὶ ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ λαβὼν τοὺς ἑπτὰ ἄρτους καὶ τοὺς ἰχθύας, εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ ὄχλῳ. Καὶ ἔφαγον πάντες καὶ ἐχορτάσθησαν, καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις· οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.] Εὐτέλειαν διδάσκων, ἐπὶ τὴν γῆν ἀνακλίνει· εὐχαριστεῖν δὲ διδάσκων πρὸ τροφῆς ἡμᾶς, εὐχαριστεῖ καὶ αὐτός. Ἐρωτᾷς δὲ πῶς ἐκεῖ μὲν, καίτοι πέντε ὄντων ἄρτων καὶ πεντακισχιλίων τῶν τραφέντων, δώδεκα κόφινοι· ἐνταῦθα δὲ πλειόνων τῶν ἄρτων ὄντων καὶ ἐλαττόνων τῶν τραφέντων, ἑπτὰ σπυρίδες ἐπερίττευσαν; Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἢ αἱ σπυρίδες μείζους ἦσαν τῶν κοφίνων, ἢ ἵνα μὴ ἡ ἰσότης τοῦ θαύματος εἰς λήθην αὐτοὺς ἐμβάλῃ. Εἰ γὰρ καὶ νῦν ἐπερίσσευσαν δώδεκα κόφινοι, ἐπελάθοντο ἂν ἐκ τῆς ἰσότητος, ὅτι δεύτερον ἐθαυματούργησεν ἐπὶ ἄρτοις. Σὺ δὲ καὶ τοῦτο γνῶθι, ὅτι οἱ τετρακισχίλιοι, τουτέστιν, οἱ τὰς τέσσαρας ἀρετὰς ἔχοντες τελείως, οὗτοι ἑπτὰ ἄρτοις, τουτέστι, πνευματικωτέροις λόγοις καὶ τελειοτέροις τρέφονται. Ὁ γὰρ ἑπτὰ ἀριθμὸς τῶν ἑπτὰ πνευματικῶν χαρισμάτων σύμβολον. Ἀναπίπτουσι δὲ ἐπὶ τὴν γῆν, ὑποκάτω αὐτῶν τιθέντες πάντα τὰ γήϊνα, καὶ καταπατοῦντες αὐτὰ, ὥσπερ καὶ οἱ πεντακισχίλιοι ἐπὶ τοὺς χόρτους ἀνέπεσον, τουτέστι, τὴν σάρκα καὶ τὴν δόξαν ὑποκάτω αὐτῶν ἔθεντο. Πᾶσα γὰρ σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα ἀνθρώπου δόξα ὡς ἄνθος χόρτου. (Esai. xl. 6.) Ἑπτὰ δὲ σπυρίδες ἐνταῦθα τὰ περιττὰ, διότι πνευματικὰ καὶ τελειότερα ἦσαν ἃ οὐκ ἠδυνήθησαν φαγεῖν· ἐκεῖνα οὖν ἐπερίσσευσαν ἃ ἑπτὰ σπυρίδες χωροῦσι, τουτέστιν, ἃ μόνον τὸ ἅγιον Πνεῦμα οἶδε. Τὸ γὰρ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. (1 Cor. ii. 10.)

V. 39 *Καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά.]* Ἀναχωρεῖ ὁ Ἰησοῦς, ἐπεὶ οὐδὲν ἄλλο σημεῖον ἐποίει πλείους αὐτῷ ἀκο-

Et dicit illis Jesus: Quot panes habetis? Illi autem dixerunt: Septem, et paucos pisciculos. Et jussit turbas discumbere in terra, et sumpsit septem panes ac pisces: et postquam gratias egerat, fregit, deditque discipulis suis: discipuli autem turbæ. Comederuntque omnes, et saturati sunt, et sustulerunt quod supererat fragmentorum, septem sportulas plenas. At hi qui comederant, erant quater mille viri, præter mulieres et pueros.] Frugalitatem docens, super terram recumbere jubet: et gratias agere ante cibum nos docens, gratias agit et ipse. Rogas autem, quo pacto illic quidem quum essent quinque panes, et quinque millia pasti essent, duodecim cophini superfuerunt: hic autem quum essent pauciores pascendi, et plures panes, septem sportæ? Dici igitur posset vel quod sportæ majores essent cophinis, vel ne æqualitas miraculi eos oblivisci faceret. Nam si nunc quoque superfuissent duodecim cophini, obliti fuissent ob æqualitatem, quod iterum miraculum fecisset in panibus. Tu autem et hoc scias quod quatuor millia, hoc est, qui quatuor virtutes recte possident, hi septem panibus, hoc est, magis spiritualibus et perfectis sermonibus pascuntur. Septenarius enim numerus septem spiritualium donorum est symbolum. Discumbunt autem super terram, quia omnibus terrenis superiores sunt, et calcant ea: sicut et quinque millia super fœnum discubuerunt, hoc est, carnem et gloriam subjecerunt. Omnis enim caro fœnum: et omnis gloria hominis sicut flos fœni. Septem autem sportæ hoc loco residuæ, eo quod spiritualia et perfectiora fuerunt, quæ non potuerunt comedere. Illa igitur supererant, quæ septem sportæ capiunt, hoc est, quæ solus sanctus Spiritus scit. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei.

Et dimissis turbis conscendit navim, venitque in fines Magdala.] Secedit Jesus, nullum enim signum plures, ut eum sequerentur, incitabat, quam illud quod in mul-

λουθεῖν ὡς τὸ τῶν ἄρτων. Ὥστε καὶ βασιλέα αὐτὸν ἔμελ-
Joan. vi. 15. λον ποιῆσαι, ὡς Ἰωάννης φησίν. Ἵνα οὖν φύγῃ τὴν
τῆς τυραννίδος ὑποψίαν, μεταβαίνει.

ΚΕΦ. ιϛʹ.

ΚΑΙ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι,
πειράζοντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς.] Κἂν τοῖς δόγμασι διΐ-
σταντο Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι, ἀλλά γε κατὰ Χριστοῦ
συμπνέουσι. Σημεῖον δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ζητοῦσιν, οἷον ἥλιον
στῆσαι, σελήνην· ἐδόκουν γὰρ ὅτι τὰ ἐπὶ τῆς γῆς σημεῖα
ἀπὸ δαιμονικῆς δυνάμεως καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ γίνονται. Ἠγνό-
ουν γὰρ οἱ ἀνόητοι, ὅτι καὶ ὁ Μωσῆς ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ 83
σημεῖα ἐκ τῆς γῆς ἐποίησε, καὶ τὸ πῦρ τὸ ἐξ οὐρανοῦ κατελ-
θὸν ἐπὶ τὰ τοῦ Ἰὼβ κτήνη ἀπὸ τοῦ διαβόλου ἦν· ὥστε οὐ
πάντα τὰ ἐξ οὐρανοῦ ἐκ Θεοῦ· οὐδὲ τὰ ἐκ γῆς πάντα ἐκ
δαιμόνων.

V. 2, 3 Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· ὀψίας γενομένης λέγετε· εὐδία, πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανός· καὶ πρωῒ, σήμερον χειμὼν, πυῤῥάζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανός. Ὑποκριταὶ, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε;] Ἐλέγχει τὴν πειραστικὴν αὐτῶν ζήτησιν, ὑποκριτὰς αὐτοὺς ὀνομάζων, καί φησιν ὅτι ὥσπερ τῶν ἐν οὐρανῷ φαινομένων, ἄλλο μὲν τοῦ χειμῶνος σημεῖον, ἄλλο δὲ τῆς εὐδίας, καὶ οὐκ ἄν τις τὸ σημεῖον τοῦ χειμῶνος ἰδὼν γαλήνην ζητήσειεν, οὐδὲ τὸ τῆς γαλήνης, χειμῶνα· οὕτω καὶ περὶ ἐμοῦ λογίζεσθαι χρή. Ἄλλος γὰρ οὗτος τῆς παρουσίας ὁ καιρὸς, καὶ ἄλλος ὁ μέλλων. Νῦν χρεία τῶν ἐν γῇ σημείων· τὰ δὲ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ταμιεύεται, ὅτε ὁ ἥλιος σβεσθήσεται, ἡ σελήνη κρυβήσεται, ὁ οὐρανὸς ἀλλαγήσεται.

V. 4 Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Καὶ καταλιπὼν αὐ-

tiplicandis panibus fecerat. Ita ut etiam (quemadmodum ait Joannes) in regem assumpturi erant illum. Unde et secedit, quo tyrannidis effugiat suspicionem.

CAPUT XVI.

ET aggressi Pharisæi una cum Sadducæis, tentantes rogabant eum ut signum e cœlo ostenderet sibi.] Tametsi dogmatis dissideant Sadducæi et Pharisæi, nihilominus tamen contra Christum conspirant. Signum autem e cœlo petunt, ut sistere solem vel lunam. Existimabant enim quod signa quæ super terram fiebant, diabolica virtute et in Beelzebub fierent. Ignorabant enim insipientes quod et Moses in Ægypto multa signa super terram fecerat, et ignis qui e cœlo descendit super pecora Job, a diabolo erat: atque adeo non omnia quæ e cœlo, a Deo; neque quæ in terra omnia, a dæmonibus.

At ille respondens, dixit eis: Cum cœperit esse vespera, dicitis, Serenitas erit, nam rubet cœlum: et mane, Hodie tempestas; rubet enim cœlum triste. Hypocritæ, faciem cœli scitis dijudicare, signa vero temporum non potestis?] Reprehendit tentativam illorum quæstionem, hypocritas ipsos nominans: et inquit, sicut signorum apparentium in cœlo aliud quidem pluviarum, aliud autem serenitatis indicium est: et nemo videns pluviarum signum serenitatem requirit: vel serenitatis signum videns pluvias timet: sic et de me cogitare oportet, quod aliud tempus hujus adventus, et aliud futuri. Nunc opus est miraculis in terra: quæ autem in cœlo fient, usque in illud tempus reservabuntur, quo sol extinguetur, luna occultabitur, cœlum immutabitur.

Generatio prava et adultera signum requirit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. Et relictis

τοὺς ἀπῆλθε.] Πονηρὰ γενεά, ὡς πειράζοντες· μοιχαλὶς, ὡς ἀφιστάμενοι τοῦ Θεοῦ, καὶ κολλώμενοι τῷ διαβόλῳ. Σημεῖον δὲ ἐξ οὐρανοῦ ζητούντων, οὐ δίδωσιν εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ, τουτέστιν, ὅτι τριήμερος ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ μεγάλου κήτους τοῦ θανάτου γενόμενος ἀναστήσεται. Τοῦτο δὲ τὸ σημεῖον καὶ ἐξ οὐρανοῦ εἴποις ἂν εἶναι. Ἐν γὰρ τῷ θανάτῳ αὐτοῦ ὁ ἥλιος ἐσκοτίσθη, καὶ ἡ κτίσις πᾶσα ἠλλοίωτο. Ὅρα δὲ τὴν λέξιν, σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Αὐτοῖς γὰρ ἐδίδοντο τὰ σημεῖα, τουτέστι, δι' αὐτοὺς ἐγίνοντο, κἂν ἐκεῖνοι ἠπίστουν. Διὸ καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς ὡς ἀθεραπεύτους ἀπῆλθεν.

V. 5, 6 Καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πέραν ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.] Ὥσπερ ἡ ζύμη ὀξώδης ἐστὶ καὶ παλαιὰ, οὕτω καὶ ἡ τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων διδασκαλία ἔδακνε τὰς ψυχὰς, ὀξώδης οὖσα, καὶ παλαιὰς παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων εἰσάγουσα· καὶ ὥσπερ ἡ ζύμη μίγμα ἐστὶν ὕδατος καὶ ἀλεύρου, οὕτω καὶ ἡ διδασκαλία τῶν Φαρισαίων μικτὴ ἔκ τε λόγου καὶ βίου διεφθαρμένου. Οὐκ εἶπε δὲ αὐτοῖς φανερῶς, προσέχετε ἀπὸ τῆς διδασκαλίας, ἵνα ὑπομνήσῃ αὐτοὺς τῶν σημείων τῶν ἄρτων.

V. 7—12 Οἱ δὲ διελογίζοντο ἐν αὐτοῖς λέγοντες ὅτι, ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν. Γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε. Οὔπω νοεῖτε οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε; οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε; Πῶς οὐ νοεῖτε ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν, προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων; Τότε συνῆκαν ὅτι οὐκ εἶπε προσέ-
χειν ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ἄρτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς δι- 84
δαχῆς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων.] Ἐνόμιζον ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς, τὸ φυλάττεσθαι τὸν ἐκ τῶν

illis abiit.] Natio mala, utpote tentans: et adultera, ut deficiens a Deo, et adhærens diabolo. Petentibus autem signum e cœlo, non dat nisi signum Jonæ prophetæ, hoc est, quod in ventre magni ceti, hoc est, mortis, factus triduanus resurget. Hoc autem signum etiam e cœlo esse dixeris. In morte enim ejus obtenebratus est sol, et creatura omnis immutata est. Vide autem sermonem, Signum non dabitur ei nisi signum Jonæ prophetæ. Ipsis enim data sunt signa, hoc est, propter ipsos facta sunt, tametsi non crediderint. Proinde et relictis illis ut incurabilibus, abiit.

Et cum venissent discipuli ejus in ulteriorem ripam, per oblivionem non acceperunt panes. At Jesus dixit illis: Videte et cavete a fermento Pharisæorum et Sadducæorum.] Quemadmodum fermentum amarum est et vetus, ita et Pharisæorum et Sadducæorum doctrina mordet animas, amara existens, et veteres seniorum traditiones introducens. Et sicut fermentum temperatura est aquæ et farinæ: sic doctrina Pharisæorum mixta est ex sermone et ex vita corrupta. Non dixit autem illis manifeste, Cavete a doctrina Pharisæorum, ut memores eos faceret signi panum.

At illi reputabant intra se, dicentes: Panes non sumpsimus. Quod ubi cognovit Jesus, dixit illis: Quid cogitatis intra vosipsos, o parum fidentes, quod panes non sumpseritis? Nondum intelligitis, neque memoria tenetis quinque illos panes, cum homines essent quinque millia, et quot cophinos sustuleritis? neque septem illos panes, cum essent quatuor millia, et quot sportas acceperitis? Qui fit ut non intelligatis me non de pane dixisse vobis illud, ut caveretis a fermento Pharisæorum et Sadducæorum? Tunc intellexerunt, quod non jussisset cavere a fermento panis, sed a doctrina Pharisæorum et Sadducæorum.] Existimabant quod hoc diceret illis, ut custodirent se ne coin-

Ἰουδαϊκῶν βρωμάτων μολυσμὸν, διὸ καὶ διελογίζοντο ὅτι ἄρτους οὐκ ἔλαβον· ὀνειδίζει οὖν αὐτοῖς ὡς ἀνοήτοις καὶ ὀλιγοπίστοις. Καθὸ μὲν γὰρ οὐκ ἐμνήσθησαν πόσοις ἄρτοις πόσους ἔθρεψεν, ἀνόητοι· καθὸ δὲ ἠπίστησαν, ὅτι κἂν μὴ ἠγόρασαν ἄρτους ἐξ Ἰουδαίων, ἠδύνατο παραγαγεῖν αὐτὸς, κατὰ τοῦτο ὀλιγόπιστοι· ὡς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς σφοδρότερον, οὐ γὰρ πανταχοῦ ἡ πρᾳότης καλὸν, εὐθέως συνῆκαν ὅτι ζύμην τὴν διδασκαλίαν ἐκάλεσε. Τοσοῦτον ἰσχύει πανταχοῦ ἡ εὔλογος ἐπιτίμησις.

V. 13 **Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου, ἠρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγων· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;]** Ἐμνήσθη τοῦ κτίσαντος τὴν πόλιν, ἐπειδή ἐστι καὶ ἄλλη Καισάρεια, ἡ Στράτωνος, καὶ οὐκ ἐν ἐκείνῃ, ἀλλ' ἐν ταύτῃ αὐτοὺς ἐρωτᾷ. Πόῤῥω γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἀπάγει τοὺς μαθητὰς, ὡς ἂν μηδένα φοβούμενοι μετὰ παῤῥησίας εἴπωσι. Πρῶτον δὲ τὴν τοῦ πλήθους ἐρωτᾷ ὑπόληψιν, ἵνα εἰς μείζονα ἀνενεχθῶσιν ἔννοιαν, καὶ μὴ εἰς τὴν αὐτὴν ταπεινότητα τοῖς πολλοῖς πέσωσιν· οὐκ ἐρωτᾷ δὲ, τίνα με λέγουσιν οἱ Φαρισαῖοι, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι, περὶ τοῦ ἀδόλου πλήθους λέγων.

V. 14 **Οἱ δὲ εἶπον· οἱ μὲν, Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν, ἄλλοι δὲ, Ἡλίαν, ἕτεροι δὲ, Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν.]** Οἱ μὲν Ἰωάννην αὐτὸν ὀνομάζοντες ἦσαν ὡς ὁ Ἡρώδης, νομίζοντες τὸν Ἰωάννην μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ τοῦτο τὸ χάρισμα λαβεῖν, τὸ τῆς θαυματουργίας· οἱ δὲ Ἡλίαν, διὰ τὸ ἐλεγκτικὸν, καὶ διὰ τὸ προσδοκᾶσθαι ὅτι ἐλεύσεται· οἱ δὲ Ἱερεμίαν, διὰ τὸ αὐτοφυὲς τῆς σοφίας καὶ ἄνευ μαθήσεως· ὁ γὰρ Ἱερε-
Hier. i. 6. μίας παῖς ὢν εἰς προφητείαν ἐτάχθη.

V. 15, 16 **Λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος εἶπε· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.]** Καὶ πάλιν ὡς θερμὸς ὁ Πέτρος προπηδᾷ, καὶ ὁμολογεῖ ἀληθῶς αὐτὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Οὐ γὰρ εἶπε, σὺ εἶ ὁ Χριστὸς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, χωρὶς τοῦ ὁ ἄρθρου, ἀλλὰ μετὰ

quinarentur cibis Judaicis, ideoque loquebantur inter se quod panes non accepissent. Exprobrat igitur illis quod tam stupidi et tam parvæ fidei essent. Imprudentes enim erant et stupidi, quod non cogitabant quam paucis panibus multos supra aluisset. Et parvæ erant fidei, quia cum non emissent a Judæis panes, diffidebant ipsum posse alicunde acquirere. Et ut acrius eos perstrinxit (non enim ubique bona est mansuetudo) statim intellexerunt quod fermentum doctrinam vocasset. Tantum ubique valet rationabilis increpatio.

Cum venisset autem Jesus in partes Cæsareæ Philippi, interrogabat discipulos suos, dicens: Quem me dicunt homines esse, filium hominis?] Meminit ejus qui civitatem condidit, quia est et alia Cæsarea Stratonis, et non in illa, sed in hac illos interrogat. Procul enim a Judæis abducit discipulos, ut nullum timentes libere ac fidenter dicant. Primum autem percontatur multitudinis opinionem, ut ad sublimiorem adducantur cogitationem, et ne in eandem, in quam plerique, cadant humilitatem. Non interrogat autem, Quem me dicunt Pharisæi, sed homines: de simplici multitudine dicens.

Illi vero dicebant: Alii quidem Joannem Baptistam, alii vero Eliam, alii autem Hieremiam, aut unum ex prophetis.] Qui Joannem illum nominabant, erant ex his qui cum Herode putabant Joannem post resurrectionem etiam donum accepisse operandi miracula: qui autem Eliam, movebantur ex eo quod acriter reprehendebat, et expectabant quod Elias venturus esset: qui vero Hieremiam, hoc dicebant, quod simili sapientia præditus esset, quam a nullo didicerat. Etenim Hieremias cum puer esset, in prophetam assumptus est.

Dicit illis: Vos autem quem me dicitis esse? Respondens autem Simon Petrus dixit: Tu es Christus ille filius Dei viventis.] Iterum ut ferventior Petrus prosiliit, et vere confitetur ipsum esse filium Dei. Non enim dixit, Tu es Christus filius Dei, absque articulo, sed cum

τοῦ ἄρθρου, ὁ υἱὸς, τουτέστιν, αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ εἷς καὶ μόνος·
οὐ χάριτι υἱὸς, ἀλλ' ὁ ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς γεν-
νηθείς. Ἐπεὶ καὶ χριστοὶ πολλοὶ ἦσαν, οἱ ἱερεῖς πάντες
καὶ οἱ βασιλεῖς· ἀλλ' ὁ Χριστὸς μετὰ τοῦ ἄρθρου εἷς
ἐστιν.

V. 17 Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· μα-
κάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ
ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρα-
νοῖς.] Μακαρίζει τὸν Πέτρον ὡς ἐκ θείας χάριτος λαβόντα
τὴν γνῶσιν. Ἀποδεχόμενος δὲ αὐτὸν δείκνυσι λοιπὸν τὰς
τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὑπολήψεις ψευδεῖς· εἶπε δὲ αὐτῷ βὰρ
Ἰωνᾶ, τουτέστιν, υἱὲ τοῦ Ἰωνᾶ, μονονουχὶ τοῦτο λέγων, ὅτι,
ὥσπερ σὺ τοῦ Ἰωνᾶ παῖς, οὕτως ἐγὼ τοῦ πατρός μου τοῦ
ἐν οὐρανῷ, ὁμοούσιος ὢν ἐκείνῳ. Ἀποκάλυψιν δὲ λέγει τὴν 85
γνῶσιν, ὡς τῶν κρυφίων καὶ ἀγνώστων φανερωθέντων παρὰ
τοῦ πατρός.

V. 18 Κἀγὼ δέ σοι λέγω ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ
ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλη-
σίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.]
Ἀμείβεται τὸν Πέτρον ὁ Κύριος, μισθὸν αὐτῷ διδοὺς μέ-
γαν, τὸ ἐπ' αὐτῷ οἰκοδομηθῆναι τὴν ἐκκλησίαν. Ἐπεὶ γὰρ
ὡμολόγησεν αὐτὸν υἱὸν Θεοῦ ὁ Πέτρος, φησὶν ὅτι, αὕτη ἡ
ὁμολογία ἣν ὡμολόγησας, θεμέλιον μέλλει εἶναι τῶν πιστευ-
όντων· ὥστε πάντα ἄνθρωπον μέλλοντα κτίζειν τὸν τῆς
πίστεως οἶκον, ταύτην τὴν ὁμολογίαν ὑποτιθέναι θεμέλιον.
Κἂν γὰρ μυρίας ἀρετὰς κτίζωμεν, μὴ ἔχωμεν δὲ θεμέλιον
τὴν ὀρθὴν ὁμολογίαν, σαθρὰ κτίζομεν. Εἰπὼν δὲ τὴν ἐκ-
κλησίαν μου, δείκνυσιν ἑαυτὸν δεσπότην τοῦ παντός. Θεοῦ
γὰρ δοῦλα τὰ σύμπαντα. Πύλαι δὲ ᾅδου, οἱ κατὰ καιροὺς
διῶκται, οἳ εἰς ᾅδην παρέπεμπον τοὺς Χριστιανούς· καὶ οἱ
αἱρετικοὶ δὲ, πύλαι εἰς ᾅδην φέρουσαι. Πολλῶν οὖν διωκ-
τῶν, καὶ πολλῶν αἱρετικῶν ὑπερίσχυσεν ἡ ἐκκλησία. Ἔστι
δὲ καὶ ἕκαστος ἡμῶν ἐκκλησία, οἶκος Θεοῦ γινόμενος. Ἐὰν
οὖν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ τοῦ Χριστοῦ στηριχθῶμεν, αἱ πύλαι
τοῦ ᾅδου, ἤτοι αἱ ἁμαρτίαι, οὐ κατισχύσουσιν ἡμῶν. Ἐκ
γὰρ τούτων τῶν πυλῶν ὑψωθεὶς καὶ ὁ Δαυὶδ ἔλεγεν· ὁ

articulo, ille filius, hoc est, ille ipse, qui solus et unicus: non gratia filius, sed qui ex ipsa patris substantia genitus: quia et multi Christi erant, sacerdotes et reges omnes, sed Christus cum articulo unus est.

Et respondens Jesus dixit illi: Beatus es Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui est in cœlis.] Beatum dicit Petrum, quia a divina gratia scientiam acceperat: approbans autem Petrum ostendit consequenter aliorum hominum opiniones falsas. Dixit autem illum Bar Jona, hoc est, filium Jona: quasi ita diceret, sicut tu Jonæ filius, ita ego patris mei cœlestis sum, consubstantialis illi existens. Revelationem autem scientiam dicit, quia abscondita et ignota ei a patre erant revelata.

At ego tibi dico, quod tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt contra illam.] Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quod supra eum ædificavit ecclesiam. Quia enim confessus erat eum Dei filium Petrus, dixit quod hæc confessio quam confessus est fundamentum erit credentium: ita ut omnis homo extructurus fidei domum, hoc jacturus sit fundamentum. Nam licet innumeras condamus virtutes, non habeamus autem fundamentum rectam confessionem, inutiliter ædificamus. Cum autem dixit, ecclesiam meam, ostendit se Dominum universi: Deo enim serviunt omnia. Portæ autem inferi, temporales sunt persecutores, qui ad infernum mittere conantur Christianos. Et hæretici quoque portæ sunt ad infernum ducentes. Multis igitur persecutoribus, et multis hæreticis prævaluit ecclesia. Est autem et unusquique nostrum ecclesia, quæ sit domus Dei. Si igitur in confessione Christi confirmati fuerimus, portæ inferi, hoc est, peccata, non prævalebunt nobis. De his enim portis exaltatus David dicebat. Qui

Psal. ix. 15. ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. Ποίων, ὦ
Δαυὶδ, πυλῶν; τῶν δύο, τοῦ φόνου καὶ τῆς μοιχείας.

V. 19 Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας
τῶν οὐρανῶν, καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται
δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ
τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] Ὡς
Θεὸς λέγει τὸ, δώσω σοι, ἐξουσιαστικῶς· ὡς γὰρ ὁ πατὴρ
δέδωκέ σοι τὴν ἀποκάλυψιν, οὕτως ἐγὼ τὰς κλεῖς. Κλεῖδας
δὲ νοήσεις τὰς δεσμούσας καὶ λυούσας τὰς τῶν σφαλμάτων
ἢ συγχωρήσεις ἢ ἐπιτιμήσεις. Ἔχουσι γὰρ ἐξουσίαν ἀφιέ-
ναι καὶ δεσμεῖν οἱ κατὰ Πέτρον τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξιωθέντες
χάριτος· εἰ γὰρ καὶ πρὸς Πέτρον μόνον εἴρηται τὸ, δώσω
σοι, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἀποστόλοις δέδοται.
Joan. xx. 23. Πότε; ὅτε εἶπεν, ἂν τινῶν ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας,
ἀφίενται. Καὶ γὰρ τὸ δώσω μέλλοντα χρόνον σημαίνει,
τουτέστι, τὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Οὐρανοὶ δὲ λέγονται
καὶ αἱ ἀρεταὶ, κλεῖδες δὲ τούτων αἱ ἐργασίαι· διὰ γὰρ τοῦ
ἐργάζεσθαι εἰσερχόμεθα, ὥσπερ διά τινων κλειδῶν ἀνοιγου-
σῶν, εἰς ἑκάστην τῶν ἀρετῶν. Ἐὰν δὲ οὐκ ἐργάζομαι, ἀλλὰ
μόνον οἶδα τὸ ἀγαθὸν, ἔχω μὲν τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως
μόνον, ἔξω δὲ μένω. Δέδεται δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τουτέστιν,
ἐν ταῖς ἀρεταῖς, ὁ μὴ βαδίζων ἐν αὐταῖς· ὁ γὰρ σπουδαῖος
ἐν ταύταις λέλυται. Μὴ ἔχωμεν οὖν ἁμαρτίας, ἵνα μὴ σει-
ραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν δεσμώμεθα.

V. 20 Τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ
ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός.]
Ἐβούλετο ὁ Χριστὸς πρὸ τοῦ σταυροῦ συσκιάζεσθαι τὴν
περὶ αὐτοῦ δόξαν. Εἰ γὰρ ἤκουσαν οἱ ἄνθρωποι πρὸ τοῦ
πάθους ὅτι Θεός ἐστιν, εἶτα ἔβλεπον αὐτὸν πάσχοντα, πῶς
οὐκ ἂν ἐσκανδαλίσθησαν; διὰ τοῦτο οὖν κρύπτει ἑαυτὸν τοῖς 86
πολλοῖς, ἵνα μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀσκανδαλίστως γνωσθῇ,
τοῦ Πνεύματος πάντα ἐξομαλίζοντος διὰ τῶν θαυματουρ-
γιῶν.

V. 21 Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν
τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς
Ἱεροσόλυμα, καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυ-

exaltat me de portis mortis. Quales portæ, o David? Duæ: cædis scilicet, et adulterii.

Et dabo tibi claves regni cœlorum, et quicquid alligaveris super terram, erit alligatum in cœlis: et quicquid solveris super terram, erit solutum in cœlis.] Tanquam Deus magna potestate dicit, Dabo tibi. Sicut enim pater dedit tibi revelationem, sic ego claves. Claves autem intelligas quæ ligant et solvunt, hoc est, delictorum vel indulgentias vel pœnas. Habent enim potestatem remittendi et ligandi, qui sicut Petrus episcopatus gratiam assecuti sunt. Quamvis autem Petro soli dictum sit, Dabo tibi: omnibus tamen apostolis concessæ sunt. Quando? cum dixit, Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur. Etenim cum dixit, Dabo, futurum tempus signat, hoc est, post resurrectionem. Cœli autem dicuntur et virtutes, quarum claves sunt bonæ operationes. Nam operando ingredimur, quasi per claves quasdam aperientes, in unamquamque virtutum. Si autem non operor, sed solum scio bonum, habeo quidem clavem scientiæ solum, extra autem maneo. Ligatur autem in cœlis, hoc est, in virtutibus, qui non ambulat in illis: nam sedulus in illis solutus est. Ne habeamus igitur peccata, ut non catenis nostrorum peccatorum ligati simus.

Tunc edixit discipulis suis ne cui dicerent quod ipse esset Christus.] Volebat Christus ante crucem obscurari suam gloriam. Nam si audivissent homines ante passionem quod Deus esset, et deinde vidissent eum pati, quomodo non fuissent offensi? Propterea igitur occultat se multis, ut post resurrectionem absque offendiculo a multis sciatur, Spiritu sancto omnia miraculorum operationibus adæquante.

Ex eo tempore cœpit Jesus indicare discipulis suis quod oportet ipsum abire Hierosolymam, et multa pati a seniori-

τέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.] Προλέγει αὐτοῖς τὸ πάθος, ἵνα μὴ ἐλθόντος ἀπροσδοκήτως σκανδαλισθῶσιν, οἰηθέντες ὡς ἄκων καὶ ἀγνοῶν πέπονθεν· ἐπεὶ γὰρ ἤκουσαν διὰ τῆς τοῦ Πέτρου ὁμολογίας ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστι, τότε ἀποκαλύπτει αὐτοῖς καὶ τὰ τοῦ πάθους. Μετὰ δὲ τὰ λυπηρὰ ἐπάγει καὶ τὸ χαρμόσυνον, τὸ ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.

V. 22 *Καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ λέγων· ἵλεώς σοι Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.*] Ὁ μὲν ἀπεκαλύφθη, ὁ Πέτρος ὀρθῶς ὡμολόγησεν· ὃ δὲ οὐκ ἀπεκαλύφθη, ἐσφάλη· ἵνα μάθωμεν ὅτι χωρὶς Θεοῦ οὐδὲ ἐκεῖνο ἐφθέγξατο τὸ μέγα. Μὴ θέλων οὖν παθεῖν τὸν Χριστὸν ὁ Πέτρος, καὶ ἀγνοῶν τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, ἵλεώς σοι Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, φησίν.

V. 23 *Ὁ δὲ στραφεὶς εἶπε τῷ Πέτρῳ· ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. Σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.*] Ὅτε μὲν ὀρθὰ ἐλάλει ὁ Πέτρος, μακαρίζει αὐτὸν ὁ Χριστὸς, ὅτε δὲ ἀλόγως ἐδειλίασε, καὶ οὐκ ἤθελε παθεῖν αὐτὸν, ἐπέπληξεν εἰπὼν, ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. Σατανᾶς δὲ ὁ ἀντικείμενος λέγεται. Ὕπαγε οὖν ὀπίσω μου, τουτέστι, μὴ ἀνθίστασο, ἀλλ' ἀκολούθει τῷ θελήματί μου. Καλεῖ δὲ οὕτως τὸν Πέτρον, ἐπεὶ καὶ τῷ Σατανᾷ ἀθέλητον ἦν τὸ παθεῖν τὸν Χριστόν· φησὶν οὖν ὅτι, σὺ μὲν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δοκεῖς τὸ πάθος ἀπρεπές μοι εἶναι· οὐ νοεῖς δὲ ὅτι ὁ Θεὸς διὰ τούτου σωτηρίαν ἐργάζεται, καὶ ὅτι τοῦτο ἐμοὶ πρέπει μάλιστα.

V. 24 *Τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· εἴτις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.*] Τότε· πότε; ὅτε τῷ Πέτρῳ ἐπετίμησε· θέλων γὰρ δεῖξαι ὅτι ἐσφάλη ὁ Πέτρος κωλύων αὐτὸν τοῦ παθεῖν, φησὶν ὅτι, σὺ ἐμὲ κωλύεις· ἐγὼ δὲ λέγω σοι ὅτι οὐ μόνον τὸ ἐμὲ μὴ παθεῖν ἐπιβλαβές σοι, ἀλλ' οὐδὲ σὺ σωθῆναι δυνήσῃ,

bus et principibus sacerdotum et scribis, et occidi, et tertio die resuscitari.] Prædicit illis passionem, ne inexpectata illa veniente offendantur, putantes quod invitus et non præsciens passus esset. Postquam enim audiverunt per confessionem Petri quod filius sit Dei, tunc revelavit illis et passionem. Post tristia autem subdit et lætitiam, nempe quod die tertio resurgeret.

Et cum abduxisset illum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Propitius esto tibi, Domine, nequaquam erit tibi hoc.] Id quod revelatum erat, Petrus recte confessus est: in eo autem quod non revelatum, lapsus: ut sciamus quod absque Deo neque locutus est magnum quiddam. Nolens igitur Petrus Christum pati, et ignorans resurrectionis mysterium, dixit, Propitius esto tibi, Domine, nequaquam erit tibi hoc.

Conversus autem ille dixit Petro: Abi post me Satana, scandalo es mihi: quia non sapis ea quæ sunt Dei, sed ea quæ sunt hominum.] Petrum recte quidem loquentem beatum prædicat Christus: irrationabiliter autem formidantem, et nolentem se pati, perstringit dicens, Vade post me Satana. Satanas autem adversarius dicitur. Vade igitur post me, hoc est, ne obsistas, sed sequere voluntatem meam. Vocat autem sic Petrum, quia etiam Satanæ displicebat pati Christum. Dicit igitur, Tibi quidem juxta humanam rationem videtur mihi indecens passio: non intelligis autem quod Deus per hanc salutem operetur, et quod hoc me maxime deceat.

Tunc Jesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.] Tunc, quando? cum Petrum increpuisset. Volens enim ostendere errare Petrum prohibentem se pati, dicit, Tu quidem me prohibes, ego autem dico tibi, non solum si non patiar tibi damnosum esse: sed

ἐὰν μὴ καὶ αὐτὸς ἀποθάνῃς, ἀλλὰ καὶ εἴτις ἄλλος, κἂν ἀνὴρ, κἂν γυνὴ, κἂν πένης, κἂν πλούσιος. Θέλει δὲ εἶπεν, ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτεξούσιον καὶ οὐκ ἀναγκαστὸν ἡ ἀρετή. Ὀπίσω δὲ ἀκολουθεῖ τοῦ Ἰησοῦ οὐχ ὁ ὁμολογῶν αὐτὸν μόνον υἱὸν Θεοῦ, ἀλλ' ὁ καὶ διὰ πάντων τῶν δεινῶν ἐρχόμενος, καὶ τὰ αὐτὰ ὑφιστάμενος. Ἀπαρνησάσθω δὲ ἑαυτὸν εἶπε, τὴν τελείαν ἄρνησιν διὰ τῆς, ἀπὸ, προθέσεως σημαίνων. Οἷον, μὴ ἐχέτω τι κοινὸν πρὸς τὸ σῶμα, ἀλλὰ καταφρονείτω ἑαυτοῦ. Ὥσπερ εἰώθαμεν λέγειν, ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα ἠρνήσατο, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔχει φίλον, οὐδὲ γνωστόν. Οὕτως οὖν καὶ πᾶς ὀφείλει μηδεμίαν φιλίαν ἔχειν πρὸς τὸ σῶμα, ὥστε καὶ τὸν σταυρὸν αἴρειν, τουτέστι, θάνατον αἱρεῖσθαι, καὶ μετὰ
σπουδῆς ἐπιζητεῖν καὶ θάνατον τὸν ἐπονείδιστον· τοιοῦτος 87
γὰρ ὁ σταυρὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Ἀλλὰ καὶ ἀκολουθείτω μοι, φησί· πολλοὶ γὰρ σταυροῦνται λῃσταὶ καὶ κλέπται, ἀλλ' οὐκ εἰσὶν ἐκεῖνοι μαθηταί μου· ἀκολουθείτω οὖν, τουτέστι, καὶ πᾶσαν τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐπιδεικνύσθω. Ἀπαρνεῖται δὲ ἑαυτὸν καὶ ὁ χθὲς μὲν ἀσελγαίνων, σήμερον δὲ σωφρονῶν· Τοιοῦτος ἦν ὁ Παῦλος, ἀπαρνησάμενος ἑαυτὸν ἐν
Gal. ii. 20. τῷ λέγειν, ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Αἴρει δὲ τὸν σταυρὸν ὁ νεκρώσας καὶ σταυρώσας ἑαυτὸν τῷ κόσμῳ.

V. 25 Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.] Ἐπὶ μαρτύριον προτρέπεται ἡμᾶς. Εὑρίσκει μὲν οὖν τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ παρὸν, τουτέστι σώζει, ὁ ἀρνούμενος, ὃς καὶ ἀπόλλυσιν ὕστερον· ἀπόλλυσι δὲ τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ Χριστοῦ, ὃς μαρτυρήσει ὑπὲρ αὐτοῦ, ὃς καὶ εὑρήσει αὐτὴν ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ ζωῇ αἰωνίᾳ.

V. 26, 27 Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Μέλλει γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεσθαι ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν

neque salvari poteris, nisi et ipse moriaris et quisquis alius, sive vir, sive mulier, sive pauper, sive dives. Dicit autem Vult, ut ostendat liberum arbitrium, et non coactam virtutem. Post Christum autem sequitur non is qui illum confitetur filium Dei, sed et qui per omnia gravia transit, et illa sustinet. Abneget autem semetipsum dixit, perfectam abnegationem per præpositionem, ab, significans: exempli gratia, ne habeat communionem quandam cum corpore, sed contemnat seipsum: sicut consuevimus dicere quod quis quempiam negarit, hoc est, non habeat eum pro amico vel noto. Sic igitur omnes docet nullam cum corpore habere communionem, id est, amicitiam, ita ut et crucem tollant, hoc est, mortem eligant, et cum studio inquirant etiam mortem ignominiosam, talis enim crux apud veteres fuit. Sed et sequatur me, inquit. Multi enim crucifiguntur latrones et fures, at illi non sunt discipuli mei. Sequatur igitur, hoc est, omnem aliam virtutem præ se ferat. Abnegat autem se ipsum et qui heri quidem intemperatus erat, hodie autem castus et sobrius. Talis erat Paulus, qui abnegavit semetipsum cum diceret, Vivo autem non jam ego, vivit autem in me Christus. Tollit autem crucem, qui mortificavit et crucifixit seipsum mundo.

Qui enim voluerit animam suam servare, perdet eam: quisquis autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.] Ad martyrium adhortatur nos: invenit enim animam ad præsens, hoc est, servat, qui negat, et postea perdit. Perdit autem animam, sed propter Christum, qui de eo testificatur: qui et inveniet eam in incorruptione, et vita æterna.

Quid enim prodest homini, si totum mundum lucratus fuerit, animæ vero suæ jacturam fecerit? Aut quid dabit homo, cujus permutatione redimat animam suam? Venturus est enim filius hominis in gloria patris sui cum angelis suis, et tunc reddet unicuique juxta facta ipsius.] Sic, inquit, et

αὐτοῦ.] Ἔστω, φησὶ, καθ' ὑπόθεσιν, ὅτι τὸν κόσμον ὅλον ἐκέρδανας· ἀλλὰ τί τὸ ὄφελος, τῆς ψυχῆς κακῶς διακειμένης, τὸ σῶμα εὐπαθεῖν; ὥσπερ ἂν εἰ τῆς οἰκοδεσποίνης ῥάκια διεῤῥηγμένα φορούσης, αἱ θεραπαινίδες λαμπροφοροῖεν. Οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι δύναταί τις δοῦναι ἀντάλλαγμα ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· ἐνταῦθα μὲν γὰρ δύναται δοῦναι δάκρυα, στεναγμοὺς, ἐλεημοσύνην, ἐκεῖ δὲ οὔ. Ἀδωροδόκητος γὰρ κριτὴς διαδέξεται· κατὰ γὰρ τὰ ἔργα δικάζει ἑκάστῳ· ἀλλὰ καὶ φοβερὸς, ἐν τῇ δόξῃ γὰρ αὐτοῦ ἔρχεται καὶ μετὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ οὐχὶ καταπεφρονημένος.

V. 28 *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.*] Εἶπεν ὅτι μέλλει ἔρχεσθαι ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ· ἵνα οὖν μὴ ἀπιστῶσιν ἐκεῖνοι, φησὶν ὅτι εἰσί τινες ἐνταῦθα, οἳ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ὄψονται ἐν τῇ μεταμορφώσει τὴν δόξαν τῆς δευτέρας παρουσίας. Ἅμα δὲ καὶ δείκνυσιν ἐν ποίᾳ δόξῃ ἔσονται οἱ δι' αὐτὸν παθόντες· ὡς γὰρ ἐξήστραψεν ἡ σὰρξ αὐτοῦ τηνικαῦτα, οὕτω κατὰ ἀναλογίαν οἱ ἅγιοι τότε ἐκλάμψουσιν. Αἰνίττεται δὲ ἐνταῦθα τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, οὓς παρέλαβεν εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἔδειξεν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, τουτέστι, τὴν κατάστασιν τὴν μέλλουσαν, ἐν ᾗ ἐλεύσεται καὶ αὐτὸς καὶ οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσι. Λέγει τοίνυν ὅτι τινὲς τῶν ἐνθάδε οὐ μὴ ἀποθάνωσιν, ἕως οὗ [1]ἴδωσί με μεταμορφούμενον. Ὅρα δὲ ὅτι οἱ ἑστῶτες ἐν τῷ καλῷ καὶ βέβαιοι, ἐκεῖνοι βλέπουσι τὸν Ἰησοῦν ἐπὶ τὸ λαμπρότερον μεταμορφούμενον, καὶ προκόπτουσιν ἀεὶ ἐν τῇ πίστει καὶ ταῖς ἐντολαῖς.

ΚΕΦ. ιζ'.

ΚΑΙ μεθ' ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν 88
Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελ-
Luc. ix. 28. *φὸν αὐτοῦ.*] Οὐκ ἔστιν ἐναντίον τοῦτο τῷ παρὰ

1 ἴδωσί με] Restitui με ex codice Patav.

fingamus quod totum mundum lucreris, sed quæ utilitas si corpus bene habeat, et anima male afficiatur? quemadmodum si materfamilias lacera veste, et ancillæ fulgido ornatu incedant. Neque in futuro seculo poterit quis dare commutationem pro anima sua: hic quidem potest dare lacrymas et eleemosynam, et jejunare, illic autem non. Judex enim tunc nos excipiet, dona respuens: nam juxta opera sua judicabit unumquemque. Est autem et metuendus, veniet enim in gloria sua, et cum angelis, et non contemptibilis.

Amen dico vobis, sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec viderint filium hominis venientem in regno suo.] Dixerat venturum filium hominis in gloria sua: ne igitur increduli sint, dicit quia sunt hic quidam qui juxta quod capere possunt, videbunt in transfiguratione gloriam secundi adventus. Interim autem ostendit in qua gloria erunt qui propter ipsum passi fuerint. Sicut enim tunc caro ejus fulguravit, ita pro sua portione tunc fulgebunt sancti: significat autem hoc loco Petrum et Jacobum, et Joannem, quos in montem assumpsit, et ostendit illis regnum suum, hoc est, futurum statum in quo venturus esset ipse, et justi fulgebunt. Dicit igitur quod quidam qui hic sunt non morientur, donec viderint me transfigurari. Vide autem quod stantes in bono et firmi sunt illi, qui vident Jesum clarius transformari, et proficiunt semper in fide et mandatis.

CAPUT XVII.

ET post dies sex assumit Jesum Petrum et Jacobum, et Joannem fratrem ejus.] Non est hoc diversum ab eo quod Lucas dixit, quod post sermones illos facti sunt

τῷ Λουκᾷ ῥηθέντι, ὅτι· μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους ἐγένοντο ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ, καὶ τὰ ἑξῆς· ὁ γὰρ Λουκᾶς καὶ τὴν πρώτην ἀριθμεῖ καὶ τὴν ὑστέραν, καθ' ἣν ἀνέβησαν εἰς τὸ ὄρος· ὁ δὲ Ματθαῖος τὰς μέσας μόνας. Ἔλαβε δὲ τὸν μὲν Πέτρον, ὡς σφόδρα ἀγαπῶντα αὐτὸν, τὸν δὲ Ἰωάννην, ὡς ἀγαπώμενον, τὸν δὲ Ἰάκωβον, ὡς καὶ αὐτὸν ζηλωτὴν ὄντα· καὶ δῆλον ὅτι ζῆλον εἶχεν, ἀπὸ τοῦ καὶ ὑποσχέσθαι τὸ ποτήριον πιεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ τὸν Ἡρώδη μαχαίρᾳ ἀνελεῖν αὐτὸν πρὸς ἀρέσκειαν τῶν Ἰουδαίων.

V. 1, 2 Καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. Καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς.] Εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀναφέρει αὐτοὺς, δεικνύων, ὅτι ἐὰν μή τις ὑψωθῇ, οὐκ ἄξιος γίνεται τοιούτων θεωριῶν. Κατ' ἰδίαν δὲ, διότι εἴωθεν ὁ Χριστὸς τὰς παραδοξοτέρας θαυματουργίας ἐν ἀποκρύφῳ ποιεῖν, ἵνα μὴ ὁρώμενος τοῖς πολλοῖς ὡς Θεὸς, κατὰ φαντασίαν ἄνθρωπος νομισθῇ. Μεταμόρφωσιν δὲ ἀκούων, μὴ νόμιζε ὅτι τὸ σῶμα ἀπέβαλε τότε, ἀλλὰ μένοντος τοῦ σώματος ἐπὶ τοῦ σχήματος· πρόσωπον γὰρ αὐτοῦ ἀκούεις καὶ ἱμάτια· λαμπρότερος ἐφαίνετο, τῆς θεότητος παραδειξάσης μικρόν τι τὰς ἀκτῖνας αὐτῆς, καὶ τοῦτο ὡς ἠδύναντο ἰδεῖν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἀνωτέρω εἴρηκε τὴν μεταμόρφωσιν, ὡς ἐκφήνασαν τῆς ἐξουσίας τὸ ἄφατον, καὶ ὅτι γνήσιός ἐστιν υἱὸς τοῦ πατρὸς δείξασαν, καὶ ὡς τῆς δευτέρας παρουσίας τὸ ἀξίωμα φέρουσαν, διὰ τὴν ἄῤῥητον λαμπρότητα τοῦ προσώπου τοῦ Ἰησοῦ.

V. 3 Καὶ ἰδοὺ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἡλίας, μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες.] Τί συνελάλουν; τὴν ἔξοδον, φησὶν ὁ Λουκᾶς, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι τὸν σταυρόν. Διατί δὲ Μωσῆς καὶ
4 Reg. ii. 11. Ἡλίας ὤφθησαν; ἵνα δειχθῇ ὅτι καὶ νόμου καὶ προφητῶν αὐτός ἐστι Κύριος, καὶ ὅτι ζώντων καὶ νεκρῶν· Ἡλίας μὲν γὰρ προφήτης, καὶ ζῇ ἔτι, Μωσῆς δὲ νομοθέτης, καὶ τέθνηκεν. Ἀλλὰ καὶ ἵνα φανῇ ὅτι οὐκ ἐναντίος ἐστὶ τῷ

quasi dies octo, &c. Lucas enim et primum et ultimum commemorat quo ascenderunt in montem, Matthæus autem tantum intermedios dies ponit. Assumpsit autem Petrum, ut eum a quo diligebatur: Joannem, ut eum quem diligebat: Jacobum vero, quod et ipse æmulator fuerit. Et manifestum est illum ingentis zeli fuisse, tum ex eo quod poculum se bibiturum promisit, tum ex eo quod Herodes ut placeret Judæis gladio illum occidit.

Et subducit illos in montem excelsum seorsum, transformatusque est coram illis: et splenduit facies ejus sicut sol: vestimenta autem illius facta sunt alba sicut lumen.] In montem excelsum subducit illos, ostendens quod nisi quis exaltetur, non dignus sit divinis contemplationibus. Seorsum autem, solitus enim est Christus clariora, miracula in occulto facere: ne si apud multitudinem ut Deus conspiceretur, homo secundum apparentiam existimaretur. Transformationem autem audiens, ne putes quod tunc corpus abjecerit, sed mansit corpus in suo habitu. Faciem enim ipsius audis et vestem. Fulgidior apparebat divinitate parvos quosdam radios suos declarante, et hoc ut videre poterant: propterea et regnum Dei superius dixit transfigurationem, eo quod ineffabilis ejus potestas ibi refulserit, et quod germanus filius patris ostensus sit, et quod dignitas secundi adventus in splendore faciei Christi ineffabili claruerit.

Et ecce apparuerunt illis Moses et Elias cum illo loquentes.] De quo colloquebantur? De excessu, inquit Lucas, quem impleturus erat in Hierusalem, hoc est, de cruce. Quare autem Moses et Elias visi sunt? Ut ostendatur quod et legis et prophetarum ipse sit Dominus, viventiumque ac mortuorum. Elias quidem est propheta, et vivit adhuc: Moses autem legislator, et

*νόμῳ οὐδ' ἀντίθεος. Οὐκ ἂν γὰρ ὁ Μωσῆς συνελάλει τῷ
ἐναντιουμένῳ τοῖς αὐτοῦ· οὐδ' ἂν Ἡλίας ὁ ζηλωτὴς ἠνείχετο
αὐτοῦ, ἀντιθέου ὄντος. Ἔτι δὲ ἵνα λύσῃ τὴν ὑπόνοιαν τῶν
λεγόντων αὐτὸν Ἡλίαν ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. Πόθεν δὲ
ἔγνων οἱ μαθηταὶ ὅτι Μωσῆς καὶ Ἡλίας ἦσαν; οὐ γὰρ [1]δὴ
ἀπὸ εἰκόνων, ἐπεὶ εἰκόνας ἀνθρώπων ποιεῖν τότε ἀσεβὲς
ἐδόκει· ἔοικεν οὖν ὅτι ἀπὸ τῶν λόγων ὧν ἔλεγον ἐπέγνων
αὐτούς· τυχὸν γὰρ ὁ μὲν Μωσῆς ἔλεγεν· σὺ εἶ οὗ προετύ-* 89
*πωσα ἐγὼ τὸ πάθος, σφάξας τὸν ἀμνὸν καὶ τὸ πάσχα
τελέσας· Ἡλίας δέ· σὺ εἶ οὗ τὴν ἀνάστασιν προετύπωσα ἐν
τῷ τῆς χήρας υἱῷ, καὶ τοιαῦτά τινα. Δεικνύων οὖν τούτους
τοῖς μαθηταῖς διδάσκει αὐτοὺς τούτους μιμεῖσθαι, καὶ κατὰ
Μωσῆν μὲν πρᾴους εἶναι καὶ δημαγωγικοὺς, κατὰ δὲ Ἡλίαν
ζηλωτὰς καὶ ἀκαμπεῖς ὅτε καιρὸς, καὶ κινδυνευτικοὺς ὥσπερ
οὗτοι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας.*

V. 4 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησοῦ· Κύριε, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι. Εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἡλίᾳ.] *Ὁ Πέτρος βουλόμενος μὴ παθεῖν τὸν Χριστὸν διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην, φησὶν ὅτι καλόν ἐστιν ἐνταῦθα μένειν, καὶ μὴ κατελθεῖν καὶ φονευθῆναι. Εἰ γὰρ καὶ ἔλθοι τις ἐνταῦθα, ἔχομεν καὶ Μωσῆν καὶ Ἡλίαν συνεργήσοντας ἡμῖν. Μωσῆς μὲν γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους κατηγωνίσατο, Ἡλίας δὲ πῦρ κατήγαγεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ὥστε καὶ κατὰ τῶν ἐλευσομένων ἐνταῦθα ἐχθρῶν τοιοῦτοι ἔσονται.*

Luc. ix. 33. *Ταῦτα δὲ ἐκ πολλῆς δειλίας ἐλάλει, ὡς ὁ Λουκᾶς φησι, μὴ εἰδὼς ὃ λέγει. Τὸ γὰρ ἄηθες ἐξέπληξεν αὐτὸν, ἢ οὐκ ᾔδει τῷ ὄντι τί ἐλάλει, θέλων τὸν Ἰησοῦν μένειν ἐν τῷ ὄρει, καὶ μὴ κατελθεῖν καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. Φοβούμενος δὲ μὴ αὐθάδης δόξῃ, φησὶ τὸ, εἰ θέλεις.*

V. 5 Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτοὺς, καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε.] *Σὺ μὲν, ὦ Πέτρε, σκηνὰς ζητεῖς χειροποιήτους γενέσθαι· ὁ δὲ πατὴρ*

[1] *οὐ γὰρ δή*] Ita codex Patav. *δὲ* pro *δὴ* Ed. Venet.

mortuus est. Quin et ut appareat quod non sit legi adversarius neque Deo. Non enim Moses astitisset suo adversario, neque Elias tantus zelotes ipsum tulisset, si Deo fuisset contrarius. Præterea ut suspicionem tollat eorum qui ipsum Eliam vel unum ex prophetis dicebant. Unde autem cognoverunt discipuli quod Moses et Elias fuerint? non enim a lineamentis facierum, quia imagines hominum facere tunc impium videbatur. Videtur igitur quod ex sermonibus quos tunc inter se conferebant, agnoverint eos. Fortassis enim alter quidem dicebat, nempe Moses, Tu es cujus ego passionem præfiguravi occiso agno, et perfecto Pascha. Alter autem Elias, Tu es cujus resurrectionem ego præfiguravi in viduæ filio: Et talia quædam. Ostendens igitur illos discipulis, docet eos tales imitari, et mansuetos quidem esse et populares, sicut Moses: zelotas autem et constantes, sicut Elias, si quando tempus vocet, et periclitantes pro veritate, sicut illi.

Respondens autem Petrus dixit Jesu: Domine bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, et Eliæ unum.] Petrus ob multam dilectionem Christum pati nolens, dicit, Bonum est hoc loco manere, et non descendere, et occidi. Nam si quis huc venerit, habemus et Mosen et Eliam nos adjuvantes. Moses quidem Ægyptios devicit, Elias autem ignem e cœlo deduxit, et tales erunt in inimicos si qui hoc contra nos venturi sunt. Hæc autem præ nimio timore loquebatur, sicut Lucas inquit, nesciens quid diceret. Insolita enim visio obstupescere eum fecerat, aut nesciebat revera quid loqueretur, volens Jesum manere in monte, et non descendere, et pati pro nobis. Veritus tamen ne pertinax videretur, dixit, Si vis.

Adhuc illo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos, et ecce vox e nube dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacitum est: ipsum audite.] Tu quidem, o Petre, tabernacula quæris manufacta ut fiant: Pater

ἄλλην σκηνὴν ἀχειροποίητον τὴν νεφέλην περιστήσας, δεικνύει ὅτι ὥσπερ αὐτὸς ἐν νεφέλῃ ἐφαίνετο τοῖς παλαιοῖς Θεὸς ὤν, οὕτω καὶ ὁ αὐτοῦ υἱός. Φωτεινὴ δὲ ἡ νεφέλη ἐνταῦθα, οὐ γνοφώδης ὡς ἐν τῇ παλαιᾷ, διότι οὐκ ἐκφοβῆσαι ἠβούλετο, ἀλλὰ διδάξαι. Ἐκ τῆς νεφέλης δὲ ἡ φωνή, ἵνα δείξῃ ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἦν. Τὸ δὲ ἐν ᾧ εὐδόκησα, ἀντὶ τοῦ ᾧ ἐπαναπαύομαι καὶ ἀρέσκομαι. Διδάσκει δὲ ὅτι, αὐτοῦ ἀκούετε· κἂν σταυρωθῆναι θέλῃ, μὴ ἐναντιοῦσθε αὐτῷ.

V. 6—8 **Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἥψατο αὐτῶν, καὶ εἶπεν· ἐγέρθητε καὶ μὴ φοβεῖσθε. Ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν οὐδένα εἶδον, εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον.]** *Μὴ ἐνεγκόντες τὴν λαμπηδόνα τοῦ νέφους οἱ μαθηταί, μηδὲ τὴν φωνήν, ἔπεσον χαμαί· ἦσαν δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ὕπνῳ βεβαρημένοι· ὕπνον δὲ λέγει τὴν πολλὴν κάρωσιν τὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως. Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πολὺ ὁ φόβος παραμένων ἐκβάλῃ τὴν μνήμην τῶν ὁραθέντων, ἐγείρει αὐτούς, καὶ θαῤῥύνει, καὶ μόνος αὐτὸς εὑρίσκεται, ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι περὶ Μωσέως ἢ Ἡλιοῦ ἦν ἡ φωνή, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ υἱός.*

V. 9 **Καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγων· μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ.]** *Διὰ ταπεινοφροσύνην παραγγέλλει μηδενὶ εἰπεῖν. Καὶ ἅμα ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσιν οἱ ἀκούοντες τοιαῦτα, ὕστερον σταυρούμενον βλέποντες αὐτόν. Ἐνόμισαν γὰρ ἂν αὐτὸν πλάνον εἶναι, κατὰ φαντασίαν ποιήσαντα τὰ θεοπρέπη. Σὺ δὲ μάθε ὅτι μετὰ ἓξ ἡμέρας, τουτέστι, μετὰ τὸν κόσμον τὸν ἐν ἓξ ἡμέραις δημιουργηθέντα, ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία. Ἐὰν γὰρ οὐχ ὑπερβῇς τὸν κόσμον, καὶ ὑψωθῇς ἐν τῷ ὄρει, οὐ μὴ ἴδῃς λαμπρά, οὔτε τὸ πρόσωπον τοῦ Ἰησοῦ, τὴν θεότητα λέγω, οὔτε τὰ ἱμάτια, τὴν σάρκα· ἴδοις δὲ τότε καὶ Μωσῆν καὶ Ἡλίαν συλλαλοῦντας τῷ Ἰησοῦ· ὁ γὰρ νόμος καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Ἰησοῦς ἓν λαλοῦσι καὶ συμφωνοῦσιν. Ἀλλὰ καὶ ὅταν εὕρῃς τινὰ ἑρμηνεύοντα τὸ τῆς γραφῆς νόημα λαμ-*

autem aliud tabernaculum non manufactum nubem constituit, et ostendit quod sicut ipse in nube apparuit antiquis Deus existens, sic et filius suus. Lucida vero nebula hoc loco, non caliginosa sicut in veteri, eo quod non exterrere voluit, sed docere. Ex nube autem vox, ut ostendat quod ex Deo sit. In quo bene complacitum mihi, hoc est, super quem requiesco, et qui mihi placet. Docet quoque illum audiendum : etiam si crucifigi voluerit, ne obluctemini.

Et cum hæc audissent discipuli, prociderunt in faciem suam, et territi sunt vehementer. Et accedens Jesus tetigit eos, et dixit: Surgite, et ne timeatis. Sublevatis igitur oculis suis neminem viderunt, nisi Jesum solum.] Discipuli non ferentes fulgorem nubis, neque vocem, ceciderunt in terram, et oculi eorum quasi somno gravati erant. Somnum dicit multam gravationem a visu. Ne autem timor diutius insidens ejiciat memoriam eorum quæ viderant, suscitat eos, et animat, solusque ipse comparet, ne putes quod de Mose vel Elia vox dicta sit, sed de ipso. Ipse enim est filius.

Et cum descenderent de monte, præcepit illis Jesus, dicens : Ne cui dixeritis visionem hanc, donec filius hominis e mortuis resurgat.] Propter humilitatem denunciat nulli dicendum, atque etiam ne offendantur qui audiunt talia, postea ipsum crucifigi videntes. Putassent enim impostorem fuisse, hæcque solum apparenter fecisse. Tu autem disce, post sex dies, id est, post mundum, qui sex diebus conditus est, Dei contemplationem futuram. Nisi enim transiveris mundum, et exaltatus fueris in monte, nequaquam videbis clara, neque faciem Jesu, deitatem dico: neque vestem, hoc est, carnem. Videre autem tunc poteris et Mosen et Eliam colloquentes Jesu: lex enim et prophetæ et Jesus unum loquuntur et consonant. Quinetiam si quem inveneris sensum scripturæ

πρῶς, γίνωσκε τοῦτον τὸ πρόσωπον τοῦ Ἰησοῦ λαμπρῶς βλέπειν· εἰ δὲ καὶ τὰς λέξεις διασαφεῖ καὶ λαμπρύνει, οὗτος καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ Ἰησοῦ λευκὰ βλέπει· ἱμάτια γὰρ τῶν νοημάτων αἱ λέξεις. Ἀλλὰ μὴ εἴπῃς κατὰ Πέτρον, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· ἀεὶ γὰρ προκόπτειν δεῖ, καὶ οὐ καταμένειν ἐν ἑνὶ βαθμῷ ἀρετῆς καὶ θεωρίας, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ μεταβαίνειν.

V. 10 **Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες· τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν ὅτι Ἡλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;]** Ἀπατῶντες τὸν λαὸν οἱ γραμματεῖς ἔλεγον ὅτι οὐκ ἦν αὐτὸς ὁ Χριστός· εἰ γὰρ ἦν, Ἡλίας ἂν ἤρχετο πρῶτον· ἀγνοοῦντες ὅτι δύο τοῦ Χριστοῦ παρουσίαι, ὧν τῆς μὲν πρώτης πρόδρομος ὁ Ἰωάννης, τῆς δὲ δευτέρας ὁ Ἡλίας. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς ἑρμηνεύει τοῖς μαθηταῖς· ἄκουε γάρ·

V. 11—13 **Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ἡλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἡλίας ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν. Οὕτω καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν. Τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ, ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.]** Ἐν τῷ εἰπεῖν ὅτι Ἡλίας μὲν ἔρχεται, δεικνύει ὅτι οὔπω ἦλθεν· ἐλεύσεται δὲ πρόδρομος τῆς δευτέρας ἐλεύσεως, καὶ ἀποκαταστήσει πρὸς τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ πάντας τοὺς εὑρεθησομένους πειθηνίους Ἑβραίους, ὥσπερ εἰς πατρῷον κλῆρον ἀποκαθιστῶν αὐτοὺς ἐκπεσόντας· ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν ὅτι Ἡλίας ἤδη ἦλθε, τὸν πρόδρομον Ἰωάννην φησίν. Ἐποίησαν δὲ ἐν αὐτῷ ὅσα καὶ ἠθέλησαν φονεύσαντες αὐτόν· δι' ὧν γὰρ συνεχώρησαν τῷ Ἡρώδῃ φονεῦσαι, δυνάμενοι κωλύειν, ἐκεῖνοι ἐφόνευσαν. Τότε τοίνυν ὀξύτεροι γενόμενοι οἱ μαθηταὶ συνῆκαν, ὅτι τὸν Ἰωάννην Ἡλίαν ἐκάλεσε, διὰ τὸ πρόδρομον γενέσθαι τοῦτον τῆς πρώτης, ὡς ἐκεῖνος ἔσται τῆς δευτέρας ἐλεύσεως.

V. 14, 15 **Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς τὸν ὄχλον, προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ**

clare interpretantem, cognosce quod ille faciem Jesu clare videat: quod si et verba declaret, et conspicua faciat, hic et vestes Jesu candidas videt. Vestes enim, sensuum dictiones. Sed ne dixeris cum Petro, Bonum est nos hic esse: nam oportet semper proficere, et non permanere in uno gradu virtutis et contemplationis, sed ad alia transire.

Et interrogaverunt illum discipuli sui, dicentes: Quare igitur Scribæ dicunt quod Eliam oportet venire primum?] Decipientes populum Scribæ dicebant quod ipse non esset Christus: nam si esset, Elias primum venisset: ignorantes quod duo adventus Christi, quorum primi præcursor Joannes, secundi autem Elias. Sic enim et Christus interpretatur discipulis. Audi enim:

Jesus autem respondens dixit illis: Elias quidem veniet prius, et restituet omnia. Dico autem vobis quod Elias jam venit, et non agnoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quod de Joanne Baptista dixisset illis.] Dicendo quod Elias quidem veniet, ostendit quod nondum venit: in secundo autem adventu veniens præcursor, restituet ad fidem Christi omnes Hebræos, quos persuasibiles inveniet, quasi ad hæreditatem paternam reducens eos qui exciderant. Cum autem dicit, Elias jam venit, præcursorem illum Joannem dicit, in quo fecerunt quæcunque voluere occidentes eum. Nam permittentes Herodi ut occideret Joannem, cum possent prohibere, ipsi occiderunt. Tunc igitur discipuli facti perspicaciores intellexerunt quod Joannem Eliam vocarit, quod ipse primi adventus præcursor fuerit, sicut ille secundi futurus est præcursor.

Et cum venissent ad turbam, accessit ad eum homo quidam flectens illi genua, dicensque: Domine miserere filii mei,

λέγων· Κύριε ἐλέησόν μου τὸν υἱὸν, ὅτι σεληνιάζεται καὶ κακῶς πάσχει· πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ, καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.] Σφόδρα ἄπιστος οὗτος ὁ ἄνθρωπος φαίνεται εἶναι, ἐξ ὧν τε εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστὸς, ὦ γενεὰ ἄπιστος, καὶ ὅτι κατηγορεῖ αὐτὸς τῶν μαθητῶν· οὐχ ἡ σελήνη δὲ αἰτία, ἀλλ' ὁ δαίμων ἐπετήρει τὴν σελήνην πλήρη οὖσαν, καὶ τότε ἐπετίθετο, ἵνα βλασφη- 91
μηθῶσι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ὡς κακοποιά. Σὺ δὲ νόει καὶ ὅτι
Ecclus. xxvii. 11. πᾶς ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ποτὲ μὲν μέγας φαινόμενος κατ' ἀρετὴν, ποτὲ δὲ ἐλαττούμενος καὶ ἀφανιζόμενος. Οὗτος οὖν σεληνιάζεται καὶ καταπίπτει καὶ εἰς πῦρ, τὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ εἰς ὕδωρ, τὰ κύματα τοῦ πολυφρόντιδος βίου, ἐν ᾧ ὁ λευιαθὰν διάβολος, τουτέστιν, ὁ βασιλεύων ἐν τοῖς ὕδασιν. Ἢ οὐχὶ κύματα ἀλλεπάλληλα αἱ τῶν πλουσίων φροντίδες;

V. 16—18 Καὶ προσήνεγκα αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸν θεραπεῦσαι. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης.] Ὁρᾷς τὸν ἄνθρωπον τὸ ἑαυτοῦ πταῖσμα τῆς ἀπιστίας τοῖς μαθηταῖς ἀνατιθέντα, ὡς ἀσθενήσασι περὶ τὴν ἴασιν· ὁ τοίνυν Κύριος καταισχύνων αὐτὸν, ἐπεὶ κατηγόρει τῶν μαθητῶν, φησὶν, ὦ γενεὰ ἄπιστος, τουτέστιν, οὐ τῆς ἐκείνων ἀσθενείας τοσοῦτον τὸ πταῖσμα, ὅσον τῆς σῆς ἀπιστίας· πολλὴ γὰρ οὖσα ἐνίκησε τὴν ἐκείνων σύμμετρον δύναμιν. Τῷ δὲ ἀνθρώπῳ ὀνειδίζων πᾶσι κοινῶς ὀνειδίζει ὡς ἀπιστοῦσι, καὶ τοῖς περιεστῶσιν. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν, δείκνυσιν ἐπιποθεῖν τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ἀναχώρησιν· ἕως πότε γὰρ συνδιαιτῶμαι τοῖς ὑβρισταῖς καὶ ἀπίστοις; Ἐπετίμησε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, τίνι; τῷ σεληνιαζομένῳ. Ἐκ τούτου γοῦν φαίνεται ὅτι ἄπιστος ὢν

quoniam lunaticus est, et misere affligitur: nam sæpe cadit in ignem, et sæpe in aquam.] Valde incredulus apparet esse hic homo, eo quod dixit ad ipsum Christus, O generatio incredula, et quod arguit ipse discipulos. Non autem luna causa erat morbi, sed diabolus observabat plenilunium, et tunc insidiabatur ut arguerentur opera Dei tanquam nobis malum inferentia. Tu autem intelligas obsecro quod omnis insipiens sicut luna immutatur, secundum scripturam, et interdum apparet virtute magnus, interdum imminuitur sensu et desipit. Hic igitur cum lunaticus fuerit, cadet in ignem iræ et concupiscentiæ, et in aquam plenam fluctibus hujus vitæ sollicitudinis, in qua et Leviathan diabolus, hoc est, imperans ille in aquis. An non fluctus fluctibus illidentes sunt divitum curæ?

Et obtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare. Respondens autem Jesus dixit: O generatio incredula et distorta, quousque tandem ero vobiscum? usquequo patiar vos? adducite illum huc. Et increpavit illum Jesus, et exiit ab eo dæmonium, et sanatus est puer ex illa hora.] Vides hominem delictum suæ incredulitatis discipulis impingentem, quod infirmiores sint quam ut sanent. Igitur Dominus confundit eum quod accusarit discipulos, ac dicit, O generatio incredula, hoc est, Non est tantum infirmitatis illorum, quantum tuæ incredulitatis delictum: magna enim est, et illorum mediocrem vincit virtutem. Hominem autem illum opprobrando, omnes simul circumstantes opprobravit ut incredulos. Porro cum dicit, Usquequo ero vobiscum, ostendit quod desideret in cruce pati, et ab ipsis secedere. Usquequo versabor cum irrisoribus et incredulis? Increpavit autem illum Jesus, Quem? Lunaticum. Ex illo igitur

καὶ αὐτὸς, τοῦ δαίμονος ἑαυτῷ πρόξενος ἐγένετο διὰ τὴν ἀπιστίαν.

V. 19—21 Τότε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ κατ' ἰδίαν εἶπον· διατί ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται· καὶ οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν. Τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.] *Ἐφοβήθησαν οἱ ἀπόστολοι μήποτε ἀπώλεσαν τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς κατὰ τῶν δαιμόνων χάριν· διὰ τοῦτο κατ' ἰδίαν ἐρωτῶσιν ἀγωνιῶντες. Ὁ δὲ Κύριος ὡς ἀτελεστέροις ὀνειδίζων αὐτοῖς φησιν ὅτι, διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν· ἐὰν γὰρ θερμὴν καὶ ζέουσαν εἴχετε πίστιν, κἂν μικρὰ ἐδόκει, κατωρθώσατε ἂν τὰ μεγάλα. Ποῦ δὲ ὄρη μετέστησαν οἱ ἀπόστολοι, οὐδαμοῦ μὲν γέγραπται· πλὴν εἰκὸς ἦν μεταστῆσαι, καὶ μὴ γραφῆναι· οὐ γὰρ πάντα ἐγράφησαν.* Joan. xxi. 25. *Ἄλλως τε, οὐκ ἀπήτησε καιρὸς, καὶ διὰ τοῦτο οὐ μετέστησαν, ἄλλα δὲ μείζονα ἐποίησαν. Ὅρα γοῦν καὶ τὸν Κύριον τί ἔφη· ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, μετάβηθι, τουτέστιν, ὅταν εἴπητε, τότε μεταβήσεται· οὐκ εἶπον οὖν οἱ ἀπόστολοι, ὡς μὴ καιροῦ καλοῦντος μηδὲ ἀνάγκης, καὶ διὰ τοῦτο οὐ μετέβησαν ὄρη· ὡς εἴγε εἶπον, μετέβησαν ἄν. Τοῦτο δὲ τὸ γένος, τὸ τῶν δαιμόνων, διὰ προσευχῆς καὶ νηστείας ἐκβάλλεται. Δεῖ γὰρ καὶ αὐτοὺς ἐκείνους μάλιστα* 92 *τοὺς δαιμονῶντας νηστεύειν, καὶ τοὺς μέλλοντας αὐτοὺς θεραπεύειν· τότε δὲ ἡ προσευχὴ, ὅταν οὐ μετὰ μέθης, ἀλλὰ μετὰ νηστείας γίνηται. Νόει δὲ καὶ ὅτι πᾶσα ἡ πίστις κόκκος σινάπεως, εὐτελὴς μὲν νομιζομένη διὰ τὴν μωρίαν τοῦ κηρύγματος, πλὴν ἐὰν τύχῃ γῆς ἀγαθῆς, εἰς δένδρον αὐξανομένη, ἐν ᾧ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, οἱ ἀνωτάτω πετόμενοι λογισμοὶ, κατασκηνοῦσιν. Ὅστις οὖν ἔχει πᾶσαν τὴν πίστιν, ἐκεῖνος δύναται εἰπεῖν τῷ ὄρει τούτῳ, μετάβηθι, τουτέστι, τῷ δαίμονι· ἐδείκνυε γὰρ τὸ ἐξελθὸν δαιμόνιον.*

V. 22, 23 Ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γα-

manifestum, quod cum et ipse incredulus fuerit, per incredulitatem dæmoni se invadendi locum dederit.

Tunc accedentes discipuli ad Jesum seorsum dixerunt: Quare nos non potuimus ejicere illud? Jesus autem dixit illis: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Demigra hinc illuc, et demigrabit, neque quicquam impossibile erit vobis. Sed hoc genus non egreditur nisi per deprecationem et jejunium.] Timuerunt apostoli, ne perdidissent datam sibi contra dæmones gratiam: propterea perplexi animo seorsum interrogant. Dominus autem arguit eos ut imperfectiores, dicens, Propter incredulitatem vestram. Nam si ferventem et ardentem haberetis fidem, etiam si parva videretur, perficeretis utique magna. Ubi autem montes transtulerunt apostoli, nusquam quidem scriptum est: veruntamen verisimile est quod transtulerint, etiamsi non sit scriptum: non enim omnia scripta sunt. Vel aliter, Non exigebat tempus, et ideo non transtulerunt: sed alia majora fecerunt. Vide autem et Dominum quid dicat, Dicetis monti huic, demigra, hoc est, quando dicetis, tunc transibit. Non dixerunt igitur apostoli, quoniam tempus non postulabat, neque necessitas: et propterea non transtulerunt montes. Nam si dixissent, transtulissent utique. Hoc autem genus dæmoniorum per deprecationem et jejunium expellitur. Oportet enim et illos ipsos dæmoniacos maxime jejunare, et eos qui illos sanare volunt. Tunc autem est deprecatio, quando non cum ebrietate, sed cum jejunio fit. Observa quod omnis fides granum est sinapis. Contempta enim putatur propter stultitiam prædicationis, attamen si ceciderit in terram bonam, crescit in arborem, in qua volatilia cœli, hoc est, cogitationes summa petentes, nidulantur. Igitur quisquis habet omnem fidem, ille potest dicere monti huic, Demigra, hoc est, dæmoni: ostendebat enim quod exibat dæmonium.

Cum autem versarentur in Galilæa, dixit illis Jesus:

λιλαίᾳ, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται· καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα.] Συνεχῶς προλέγει περὶ τοῦ πάθους, ἵνα μὴ ἀκουσίως παθεῖν νομισθῇ· καὶ ἅμα ἵνα γυμνάσῃ αὐτοὺς, καὶ μὴ τῷ ἀπροσδοκήτῳ ταραχθῶσιν ὅταν γένηται. Ἐπισυνάπτει δὲ τοῖς λυπηροῖς καὶ τὸ εὐφροσύνον, τὸ ἀναστήσεται.

V. 24, 25 Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν εἰς Καπερναοὺμ, προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες τῷ Πέτρῳ, καὶ εἶπον· ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; λέγει, ναί.] Ὁ Θεὸς ἀντὶ τῶν πρωτοτόκων τῶν Ἑβραίων ἠθέλησεν ἀφιερωθῆναι αὐτῷ τὴν τοῦ Λευὶ φυλήν. Εὑρέθη δὲ ἀριθμηθεῖσα ἡ τοῦ Λευὶ φυλὴ δύο καὶ εἴκοσι χιλιάδες· τὰ δὲ πρωτότοκα χιλιάδες εἰκοσιδύο καὶ διακόσια ἑβδομήκοντα καὶ τρία. Ἀντὶ τούτων οὖν τῶν ἐπέκεινα τῆς τοῦ Λευὶ φυλῆς ὄντων πρωτοτόκων, ὥρισεν ὁ Θεὸς δοθῆναι δίδραχμον τοῖς ἱερεῦσιν. Ἔκτοτε οὖν γέγονεν ἔθος, ἁπλῶς πάντας τοὺς πρωτοτόκους τελεῖν τὸ δίδραχμον, ὅ ἐστι πέντε σίκλοι, ἤγουν διακόσιοι ὀβολοί. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Κύριος πρωτότοκος ἦν, ἐτέλει καὶ αὐτός· αἰδούμενοι δὲ ἴσως τὸν Χριστὸν διὰ τὰς θαυματουργίας, οὐκ ἐκεῖνον ἐρωτῶσιν, ἀλλὰ τὸν Πέτρον. Ἢ μᾶλλον πανούργως, ὡσανεὶ λέγοντες τοιαῦτα· ὁ ἀντίθετος τῷ νόμῳ διδάσκαλος ὑμῶν ἆρα κατεδέξατο τελεῖν τὰ δίδραχμα;

V. 25, 26 Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς λέγων· τί σοι δοκεῖ Σίμων; οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος· ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἄραγε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί.] Ὡς Θεὸς καίτοι μὴ ἀκούσας ᾔδει τί διελέχθησαν ἐκεῖνοι πρὸς τὸν Πέτρον. Διὸ καὶ προφθάνει αὐτὸν λέγων· εἰ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς οὐ λαμβάνουσι φόρον ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀλλο-

Futurum est ut filius hominis tradatur in manus hominum, atque occident eum, et tertio die resurget. Et mœrore affecti sunt vehementer.] Subinde memoriam facit passionis, ne existiment quod invitus patiatur: et interim hoc agit, ut exerceat eos, et ne terreantur si hoc inexpectatum eveniat. Conjunxit autem tristibus læta, scilicet quod resurget.

Quum autem venissent in oppidum Capernaum, accesserunt qui didrachma solent accipere ad Petrum, dixeruntque: Præceptor vester num solvit didrachma? Dicit, Etiam.] Deus pro primogenitis Hebræorum voluit consecrari sibi tribum Levi. Inventus est autem numerus tribus Levi viginti duo millia. Primogeniti autem, millia viginti duo et ducenti et septuaginta tres. Pro his igitur qui erant ultra tribum Levi, et primogeniti erant, decrevit Deus dari didrachmum sacerdotibus. Hinc igitur facta est consuetudo ut simpliciter omnes primogeniti penderent didrachmum, quod est quinque sicli, sive ducenti oboli. Unde quia Dominus primogenitus erat, pendebat et ipse. Reveriti autem fortassis Christum propter miracula quæ faciebat, non illum interrogant, sed Petrum. Vel potius deceptores erant: quasi ita dicerent, Præceptor vester legi contrarius num id admittit ut persolvat didrachma?

Et cum ingressus fuisset domum, prævenit illum Jesus dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributa aut censum? a filiis suis, an ab alienis? Dicit illi Petrus: Ab alienis. Ait illi Jesus; Ergo liberi sunt filii.] Tanquam Deus sciebat, quamvis non audierat, quid illi locuti fuissent ad Petrum: idcirco et prævenit eum dicens: Si reges terræ non accipiunt tributum a filiis suis, sed ab alienis, quomodo cœlorum rex

τρίων, πῶς ὁ ἐπουράνιος βασιλεὺς ἀπ' ἐμοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ λήψεται τὸ δίδραχμον; τοῦτο γὰρ, ὡς ἔφην ἄνω, τοῖς ἱερεῦσι καὶ τῷ ναῷ προσήγετο· εἰ οὖν ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῶν κάτω βασιλέων, τουτέστι, μηδὲν τελοῦντες, πόσῳ μᾶλλον ἐγώ.

V. 27 Ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εὑρήσεις στατῆρα· ἐκεῖνον λαβὼν 93
δὸς αὐτοῖς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ.] Ἵνα, φησὶ, μὴ λογισθῶμεν ὑπερόπται καὶ καταφρονηταὶ τοῦ νόμου, καὶ σκανδαλίσωμεν, δὸς τὸ τέλος· οὐ γὰρ ὡς ὀφείλων δίδωμι, ἀλλ' ὡς τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν διορθούμενος. Μανθάνομεν γὰρ ἐντεῦθεν ὅτι οὐ δεῖ σκανδαλίζειν, ἔνθα μὴ βλαπτόμεθα· ἔνθα γὰρ βλαπτόμεθα ἀπὸ ἔργου τινὸς, οὐ δεῖ φροντίζειν τῶν ἀλόγως σκανδαλιζομένων. Ἵνα τοίνυν δείξῃ ὅτι Θεός ἐστι, καὶ τῆς θαλάσσης κρατῶν, ἀπέστειλε τὸν Πέτρον ἄξοντα τὸν στατῆρα ἐκ τοῦ ἰχθύος. Ἅμα δὲ καὶ μυστήριόν τι μανθάνομεν· ἡ ἡμετέρα γὰρ φύσις ἐστὶν ὁ ἰχθὺς, ἐν βυθῷ ἀπιστίας βαπτισθεῖσα· ἀλλ' ὁ ἀποστολικὸς λόγος ἀνείλκυσεν ἡμᾶς, καὶ ἐν τῷ στόματι ἡμῶν εὗρε τὸν στατῆρα, τὰ λόγια τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν ὁμολογίαν τοῦ Χριστοῦ. Ὁ γὰρ ὁμολογῶν τὸν Χριστὸν, ἐκεῖνος ἔχει τὸν στατῆρα ἐν τῷ στόματι, στατῆρα δύο δίδραχμα ἕλκοντα· ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς δύο φύσεις ἔχει, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὤν. Οὗτος οὖν ὁ στατὴρ ὁ Χριστὸς ἐδόθη ὑπὲρ δύο, ὑπὲρ Ἰουδαίων καὶ ἐθνικῶν, καὶ ὑπὲρ δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν. Ὅταν δὲ καί τινα ἴδῃς φιλάργυρον, οὐδὲν ἄλλο ἔχοντα διὰ στόματος εἰ μὴ χρυσίον καὶ ἀργύριον, τοῦτον γίνωσκε εἶναι ἰχθὺν, ἐν τῇ θαλάσσῃ τοῦ βίου νηχόμενον· ἐὰν δὲ εὑρεθῇ τις διδάσκαλος κατὰ Πέτρον, ἀγκιστρεύει τοῦτον, καὶ ἐκβάλλει ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον. Στατῆρα δέ τινες νομίζουσι λίθον πολύτιμον εὑρισκόμενον κατὰ Συρίαν, οἱ δὲ, [1] ἑξάγιον, τέταρτον νομίσματος.

[1] ἑξάγιον] Pondus ita dictum, quia sex scrupula, sive quartam partem unciæ pendebat.

a me filio suo accipiet didrachmum? Hoc enim (sicut supra dixi) sacerdotibus et templo tribuebatur. Si autem liberi sunt filii terrestrium regum, scilicet nihil persolventes, multo magis ego.

Verum ne simus illis offendiculo, vade ad mare, et mitte hamum, et eum piscem qui prodierit primus, tolle, et aperto ore illius invenies staterem: illum accipe, et da illis pro me et te.] Ne reputemur, inquit, contemptores et despectores legis, et offendamus, da illis tributum. Non enim ut debitum do, sed ut illorum infirmitatem corrigam. Discimus enim hoc loco, quod non oportet offendere, ubi nullum est damnum. Ubi autem damnum patimur in opere aliquo, non est ratio habenda eorum qui imprudenter offenduntur. Ut igitur ostendat quod Deus sit et maris Dominus, misit Petrum qui tollat staterem ex ore piscis. Discimus hic et mysterium quoddam. Nostra enim natura est piscis in profundo incredulitatis mersa: sed apostolicus sermo extrahit nos, et in ore nostro invenit staterem, eloquia Domini, et confessionem Christi. Nam qui Christum confitetur, is staterem habet in ore, staterem duo didrachma valentem: quia et Christus duas naturas habet, homo existens, ac Deus. Hic igitur stater datus est Christus pro duobus, pro Judæis et Gentibus, pro justis et peccatoribus. Quod si et avarum quempiam videris nihil aliud habentem in ore, nisi aurum et argentum, hunc habe pro pisce, in mari hujus vitæ natantem: at ubi inventus fuerit præceptor, qualis Petrus, qui mittat hamum in mare, is eripiet ex ore illius aurum et argentum. Staterem quidam putant lapidem pretiosum in Syria, alii vero exagium, quartam partem numismatis.

ΚΕΦ. ιη'.

ΕΝ ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ λέγοντες· τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν;] Ἐπειδὴ εἶδον τὸν Πέτρον τιμηθέντα ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, ἐτιμήθη γὰρ οὗτος προσταχθεὶς τὸν στατῆρα δοῦναι ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, διὰ τοῦτο ἔπαθόν τι ἀνθρώπινον, καὶ φθόνῳ δακνόμενοι προσέρχονται πλαγίως ἐρωτῶντες τὸν Κύριον, τίς μείζων ἐστίν;

V. 2—4 Καὶ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς παιδίον ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ εἶπεν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὅστις οὖν ταπεινώσει ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.] Ἰδὼν τοὺς μαθητὰς ὁ Κύριος φιλοδοξίας πάθει κρατηθέντας, καταστέλλει αὐτούς, δεικνύων αὐτοῖς διὰ τοῦ ἀτύφου παιδίου ταπεινοφροσύνης ὁδόν. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς κατὰ τὸ ταπεινὸν τοῦ φρονήματος εἶναι παιδία, οὐχὶ κατὰ τὸ νηπιῶδες τοῦ λογισμοῦ· καὶ κατὰ τὸ
ἄκακον, οὐχὶ κατὰ τὸ ἀνόητον. Τὸ δὲ ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε 94
εἰπὼν ἔδειξεν, ὅτι ἀπὸ ταπεινοφροσύνης ἦλθον εἰς φιλοδοξίαν· δεῖ οὖν στραφῆναι πάλιν ἐκεῖσε, τουτέστιν, εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην, ἀφ' ἧς ἐξήλθετε.

V. 5, 6 Καὶ ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἓν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται. Ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.] Οὐ μόνον, φησὶ, δεῖ ὑμᾶς ταπεινοφρονεῖν, ἀλλὰ κἂν ἑτέρους ταπεινοφρονοῦντας τιμήσετε δι' ἐμὲ, μισθὸν λήψεσθε· ἐμὲ γὰρ δέχεσθε, ὅταν τὰ παιδία, τουτέστι, τοὺς ταπεινόφρονας δέχησθε. Εἶτα καὶ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου φησὶν ὅτι, ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ, τουτέστιν, ὑβρίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, τουτέστι, τῶν ἑαυ-

CAPUT XVIII.

IN illa hora accesserunt discipuli Jesu, dicentes: Quisnam major est in regno cœlorum?] Quia viderant a Christo Petrum honoratum (honoratus enim erat hic dando staterem pro Christo et pro se) propterea humanum quiddam passi, invidiaque affecti, oblique accedunt interrogantes Dominum, quis major est?

Et accersitum ad se parvulum statuit in medio illorum, et dixit: Amen dico vobis, Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non ingrediemini in regnum cœlorum. Quisquis igitur humiliaverit seipsum sicut est parvulus iste, hic est ille major in regno cœlorum.] Quum vidisset Jesus discipulos inanis gloriæ vitio teneri, compressit eos, ostendens illis per puerum fastus expertem humilitatis viam. Oportet enim nos humilitate mentis pueros esse, non sensu pueriles: et innocentia, non insipientia. Dicens autem, Nisi conversi fueritis, indicat quod ab humilitate in superbiam venerint; opus est igitur iterum illuc converti, hoc est, in humilitatem, a qua egressi estis.

Et qui recipiat unum parvulum talem in nomine meo, me recepit. Qui autem offenderit unum ex pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collum ejus, ac demergatur in profundum maris.] Non solum, inquit, oportet vos humiles esse, sed et si alios humiles propter me in honore habueritis, mercedem accipietis. Me enim accipitis, quando pueros, hoc est, humiles suscipitis. Deinde et a contrario, inquit, Qui offenderit, hoc est, injuria affecerit, unum ex his pu-

τοὺς σμικρυνόντων καὶ ταπεινούντων, καίτοιγε μεγάλων ὄντων, συμφέρει αὐτῷ ἵνα μύλος ὀνικὸς κρεμασθῇ εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ. Αἰσθητὴν γὰρ κόλασιν εἰς τὸ μέσον παράγει, βουλόμενος δεῖξαι ὅτι πολλὴν ὑποστήσονται τιμωρίαν οἱ τοὺς ἐν Χριστῷ ταπεινοὺς ὑβρίζοντες καὶ σκανδαλίζοντες. Σὺ δὲ νόει ὅτι κἂν τὸν κατὰ ἀλήθειαν μικρὸν, τουτέστι, τὸν ἀσθενῆ σκανδαλίσῃ τις, καὶ μὴ πάντα τρόπον ἀναβαστάσῃ, τιμωρηθήσεται. Ὁ μὲν γὰρ μέγας οὐκ εὐσκανδάλιστος, ὁ δὲ μικρός.

V. 7 Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων· ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.] *Θρηνεῖ ὡς φιλάνθρωπος τὸν κόσμον, ὡς μέλλοντα βλαβῆναι ἀπὸ τῶν σκανδάλων. Ἀλλ' εἴποι τις ἂν, καὶ τί δεῖ θρηνεῖν, δέον βοηθῆσαι καὶ χεῖρα ὀρέξαι; ἐροῦμεν οὖν ὅτι καὶ τοῦτο αὐτὸ βοηθείας ἐστὶ, τὸ θρηνεῖν τινα. Πολλάκις γὰρ οὓς παραίνεσις ἡμετέρα οὐκ ὠφέλησε, τούτους ὠφελοῦμεν, ὅταν ἐπ' αὐτοὺς θρηνήσωμεν, εἰς αἴσθησιν ἐρχομένους. Καὶ εἰ ἀνάγκη, φησὶν, ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, πῶς φευξόμεθα ταῦτα; ἀνάγκη μὲν ἐλθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη ἀπολέσθαι· ἔστι γὰρ ἀντιτάξασθαι τοῖς σκανδάλοις. Σκάνδαλα δὲ νόει τοὺς ἐμποδίζοντας πρὸς τὰ καλά· κόσμον δὲ τοὺς κάτω ἀνθρώπους καὶ χαμερπεῖς, οἳ καὶ εὐκόλως ἐμποδίζονται.*

V. 8, 9 Εἰ δὲ ἡ χείρ σου ἢ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοί ἐστιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καλόν σοί ἐστι μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός.] *Χεῖρα καὶ πόδα καὶ ὀφθαλμὸν τοὺς φίλους νόει, οὓς ἐν τάξει μελῶν ἔχομεν· κἂν οὖν τοιοῦτοί τινες ὦσιν οἱ βλάπτοντες ἡμᾶς, τουτέστιν οἰκιακοὶ φίλοι, δεῖ καταφρονεῖν αὐτῶν ὡς σεσηπότων μελῶν καὶ ἐκ-*

sillis, hoc est, ex his qui se humiliant et parvos putant, tametsi magni sint: expedit ei ut mola asinaria suspendatur in collum ejus. Sensibilem enim pœnam in medium affert, volens ostendere multis suppliciis obnoxios qui in Christo humiles injuria afficiunt et offendunt. Tu autem intellige quod etsi quis reipsa parvum, hoc est, infirmum offenderit, et non omnibus modis patienter eum sustinuerit, punietur. Nam qui magnus est, haud facile scandalizatur, sed parvus.

Væ mundo ab offendiculis. Necesse enim est ut veniant offendicula, verumtamen væ homini illi per quem offendiculum venit.] Luget ut misericors mundum præ offendiculis damna accepturum. At dixerit quis, Quid oportet lacrymari ubi opus succurrere, et manum porrigere? Dicimus igitur quod et ipsum lugere quædam juvandi species est. Sæpe enim quibus admonitio nostra non profuit, illis prosumus dum eos lugemus, quo sensum mali sui accipiant. Et si necesse, inquit, ut eveniant scandala, quomodo effugiemus ea? Necesse quidem est ut eveniant: sed non necesse ut nos perdant. Possumus enim et offendiculis obluctari. Per offendicula intellige eos qui bono obstant: per mundum autem, mundanos homines, et humi repentes, qui facile impediuntur.

Quod si manus tua vel pes tuus tibi obstaculo fuerit, abscinde eum, et projice a te. Bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut mutilum, potius quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus te offendit, erue eum, et projice abs te. Bonum est tibi ut luscus intres in vitam, potius quam ut duos oculos habens mittaris in gehennam ignis.] Per manum, pedem, et oculos, intellige amicos, quos membrorum loco habemus. Etenim si hi tales fuerint, qui nobis noceant, hoc est, si familiares amici fuerint, oportet

κόπτειν, ἵνα μὴ καὶ ἄλλους βλάψωσιν. Ὥστε ἐκ τούτων δῆλον, ὅτι εἰ καὶ ἀνάγκη ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, τουτέστι τοὺς βλάπτοντας, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη ἡμᾶς βλαβῆναι. Ἐὰν γὰρ ποιήσωμεν ὡς εἶπεν ὁ Κύριος, καὶ ἐκκόψωμεν ἀφ' ἡμῶν τοὺς βλάπτοντας ἡμᾶς, κἂν φίλοι ὦσιν, οὐ βλαβησόμεθα.

V. 10, 11 Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλός.] Παραγγέλλει μὴ ἐξουδενεῖν τοὺς νομιζομένους μικροὺς, τουτέστι, τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, τοὺς μεγάλους παρὰ τῷ Θεῷ. Τοσοῦτον γὰρ, φησὶν, ἀγαπῶνται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀγγέλους ἔχειν ἐπιστάτας πρὸς τὸ μὴ βλαβῆναι ὑπὸ δαιμόνων. Ἕκαστος γὰρ τῶν πιστῶν, μᾶλλον δὲ καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀγγέλους ἔχομεν. Τῶν δὲ μικρῶν καὶ ταπεινῶν ἐν Χριστῷ οἱ ἄγγελοι τοσοῦτόν εἰσιν οἰκεῖοι τῷ Θεῷ, ὥστε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ παντὸς ὁρῶσιν, ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἱστάμενοι. Φαίνεται δὲ ἐκ τούτου, ὅτι εἰ καὶ πάντες ἀγγέλους ἔχομεν, ἀλλ' οἱ τῶν ἁμαρτωλῶν ἄγγελοι ὥσπερ αἰσχυνόμενοι διὰ τὸ ἡμῶν ἀπαῤῥησίαστον, οὐδὲ αὐτοὶ ἔχουσι παῤῥησίαν ὁρᾷν τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ, καὶ δέεσθαι τάχα ὑπὲρ ἡμῶν· οἱ δὲ τῶν ταπεινοφρονούντων, οὗτοι ὁρῶσι τὸ θεῖον πρόσωπον, διὰ τὸ ἔχειν παῤῥησίαν. Καὶ τί λέγω, φησὶν, ὅτι ἀγγέλους ἔχουσιν οἱ τοιοῦτοι; ἐγὼ διὰ τοῦτο ἦλθον ἵνα σώσω τὸ ἀπολωλὸς, καὶ τοὺς παρὰ τοῖς πολλοῖς νομιζομένους οὐδαμινοὺς οἰκειώσωμαι.

V. 12—14 Τί ὑμῖν δοκεῖ; ἐὰν γένηταί τινι ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐχὶ ἀφεὶς τὰ ἐννενηκονταεννέα ἐπὶ τὰ ὄρη, πορευθεὶς ζητεῖ τὸ πλανώμενον; καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἐννενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις· οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων.] Τίνι ἀνθρώπῳ ἐγένοντο ἑκατὸν πρό-

contemnere eos ut membra putrida, et exsecare, ne et aliis noceant. Atque ita ex his manifestum est, licet necesse sit evenire scandala, hoc est, qui noceant, non esse tamen necesse ut nocumentum accipiamus. Si enim fecerimus quemadmodum ait Dominus, et absciderimus a nobis eos qui nocent, etiamsi amici fuerint, nihil inde damni accipiemus.

Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis quod angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius hominis salvum facere quod perierat.] Præcipit ne contemnantur hi qui parvi putantur, hoc est, pauperes spiritu, magni autem apud Deum. Adeo enim, inquit, diliguntur a Deo, ut et angelos habeant præsides, ne damnum illis fiat a dæmonibus. Omnes enim homines, et maxime fideles, suos angelos habent. Pusillorum autem et humilium in Christo angeli, usque adeo familiares sunt Deo, ut faciem ejus semper videant coram ipso stantes. Apparet autem ex hoc, quod licet omnes angelos habeamus, peccatorum tamen angeli quasi confusi quia nos fiducia caremus, ipsi quoque minus fidentes sunt, neque possunt tam libere videre faciem Dei, et precari forsitan pro nobis. Humilium autem angeli, hi semper vident Dei faciem, propterea quod fiduciam habeant. Et quid dico quod hi angelos habeant? ego propterea veni, ut servem quod perierat, et mihi vindicem eos qui a plerisque plane nihil putantur.

Quid vobis videtur? Si fuerint alicui homini centum oves, et erraverit una ex eis: nonne relictis nonagintanovem in montibus, vadit et quærit eam quæ erraverat? Et si contigerit ut inveniat eam, amen dico vobis, gaudet super ea magis, quam super nonagintanovem quæ non erraverant. Sic non est voluntas coram patre vestro qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis.] Cui homini fuerunt centum oves? Christo. Omnis enim rationalis creatura, tam

βατα; τῷ Χριστῷ. Πᾶσα γὰρ ἡ λογικὴ κτίσις, ἄγγελοί τε καὶ ἄνθρωποι, τὰ ἑκατόν εἰσι πρόβατα· ὧν ποιμὴν ὁ Χριστὸς οὐ πρόβατον. Οὐ γάρ ἐστι κτίσμα, ἀλλ υἱὸς Θεοῦ. Οὗτος οὖν ἀφῆκε τὰ ἐννενηκονταεννέα ἐν τῷ οὐρανῷ· μορφὴν δὲ δούλου λαβὼν ἦλθε ζητῆσαι τὸ ἓν πρόβατον, ὅ ἐστιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις. Καὶ χαίρει ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἐπὶ τῇ τῶν ἀγγέλων στεῤῥότητι. Τοῦτο συλληπτικῶς αἰνίττεται, ὅτι ὁ Θεὸς ἐπιμελεῖται τῆς ἐπιστροφῆς τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ χαίρει ἐπὶ τούτοις μᾶλλον ἢ τοῖς μόνιμον ἔχουσι τὴν ἀρετήν.

V. 15—17 **Ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε καὶ ἔλεγξον αὐτὸν μεταξύ σου καὶ αὐτοῦ μόνου· ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου· ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο, ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα· ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης.]** Σφοδρὸν
κατατείνας κατὰ τῶν σκανδαλιζόντων λόγον, νῦν καὶ τοὺς
σκανδαλιζομένους διορθοῦται. Ἵνα γὰρ σὺ ὁ σκανδαλιζό-
μενος μὴ παντελῶς ἀναπέσῃς, ὡς τοῦ σκανδαλίζοντος τὸ
οὐαὶ ἔχοντος, φησὶν ὅτι σὲ τὸν σκανδαλιζόμενον, τουτέστι
βλαπτόμενον, βούλομαι ἐλέγχειν τοὺς ἀδικοῦντάς σε καὶ 96
βλάπτοντας, ἐὰν ὦσι Χριστιανοί. Ὅρα γὰρ τί λέγει· ἐὰν
ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, τουτέστιν, ὁ Χριστιανός. Εἰ
μὲν γὰρ ἄπιστος ἀδικεῖ, τότε ὑπεξίστασο καὶ τῶν προσόν-
των σοι· εἰ δὲ ἀδελφὸς, ἔλεγχε τοῦτον· οὐ γὰρ εἶπεν, ὕβρι-
σον, ἀλλ' ἔλεγξον. Ἐάν σου ἀκούσῃ, τουτέστι, καταγνῷ
ἑαυτοῦ· ἰδίᾳ γὰρ θέλει πρῶτον τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐλεγχ-
θῆναι, ἵνα μὴ ἐνώπιον πολλῶν ἐλεγχθέντες ἀναιδέστεροι
γένωνται. Ἐὰν δὲ καὶ ἐπὶ δύο μαρτύρων ἢ τριῶν ἐλεγχθεὶς
μὴ δυσσωπηθῇ, τότε ἐπὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας προέδρων δημο-
σίευσον τὸ πταῖσμα. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἤκουσε τῶν δύο ἢ
τριῶν, καίτοιγε ὁ νόμος λέγει, ἵνα ἐπὶ δύο μαρτύρων ἢ τριῶν
ἵσταται, τουτέστι, βεβαιοῦται πᾶν ῥῆμα, ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας
λοιπὸν σωφρονισθήτω· ἐὰν δὲ οὐδὲ ταύτης ἀκούσῃ, τότε
ἔστω ἀπόβλητος, ἵνα μὴ τῆς ἰδίας κακίας μεταδῷ καὶ τοῖς

angeli, quam homines, centum oves sunt, quorum pastor est Christus, non ovis. Non enim est creatura, sed filius Dei. Hic igitur reliquit nonagintanovem in cœlo, forma autem servi assumpta, venit quærere ovem illam unicam, quæ est humana natura, et gaudet super illa magis quam in angelorum firmitate. In summa autem hoc insinuat, quod Deus curam agit conversionis peccatorum, et gaudet super illis magis quam his qui stabili virtute præditi sunt.

Si autem peccaverit in te frater tuus, vade et argue illum inter te et illum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem non audierit, assume tecum adhuc unum vel duos: ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit illos, dic ecclesiæ. Sin ecclesiam quoque non audierit, sit tibi velut ethnicus et publicanus.] Sermonem contra offendiculum dantes valde extenderat: nunc et eos qui offenduntur corrigit. Ut enim tu qui offenderis non omnino requiescas, quia offendenti (non tibi) male futurum est: volo et te qui offenderis, hoc est, læderis, arguere eos qui te injuria afficiunt et nocent, si fuerint Christiani. Vide enim quid dicat, Si peccaverit in te frater tuus, hoc est, Christianus. Etenim si te quidam non baptizatus injuria afficiat, tunc ab eo te subducas: Si autem frater, argue illum. Non enim dixit, conviciare, sed argue. Si te audierit, hoc est, condemnarit seipsum: privatim enim vult primum peccantes argui, ut ne coram multis redarguti impudentiores fiant. Quod si duobus vel tribus testibus redargutus non confundatur, tunc ecclesiæ præsidibus invulgare peccatum. Quia enim non audit duos vel tres, quamvis lex dicat ut in ore duorum vel trium testium subsistat, id est, firmetur omne verbum, ab ecclesia postea castigetur. Illam autem si non audierit, tunc abjiciatur, ne suæ malitiæ participes faciat alios. Assi-

ἄλλοις. Παρεικάζει δὲ τοῖς τελώναις τοὺς τοιούτους ἀδελφοὺς, διαβεβλημένον γάρ τι χρῆμα ὁ τελώνης· παραμυθία δὲ τῷ ἠδικημένῳ τὸ τὸν ἀδικοῦντα τελώνην νομίζεσθαι καὶ ἐθνικὸν, τουτέστιν, ἁμαρτωλὸν καὶ ἄπιστον. Τοῦτο οὖν μόνον κόλασις τοῦ ἀδικοῦντος; οὐχί. Ἀλλ' ἄκουε καὶ τῶν ἑξῆς.

V. 18 **Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ.]** Ἐὰν σὺ, φησὶν, ὁ ἀδικηθεὶς ἔχῃς ὡς τελώνην καὶ ἐθνικὸν τὸν ἀδικοῦντα, ἔσται καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ τοιοῦτος. Ἐὰν δὲ λύσῃς αὐτὸν, τουτέστι συγχωρήσῃς, ἔσται καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ συγκεχωρημένος· οὐ γὰρ μόνον ὅσα λύουσιν οἱ ἱερεῖς εἰσι λελυμένα, ἀλλ' ὅσα καὶ ἡμεῖς οἱ ἀδικηθέντες ἢ δεσμοῦμεν ἢ λύομεν, κἀκεῖνα ἔσται δεδεμένα ἢ λελυμένα.

V. 19, 20 **Πάλιν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς περὶ παντὸς πράγματος οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.]** Συνάγει ἡμᾶς διὰ τῶν τοιούτων ῥημάτων εἰς τὴν ἀγάπην· ἐπεὶ γὰρ ἐκώλυσεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ σκανδαλίζειν ἀλλήλους, καὶ βλάπτειν καὶ βλάπτεσθαι, νῦν λέγει καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους συμφωνίας. Συμφωνοῦντες δὲ νοοῦνται οὐχ οἱ ἐπὶ κακῷ συνερχόμενοι, ἀλλ' οἱ ἐπ' ἀγαθῷ. Ὅρα γὰρ τί εἶπεν· ἐὰν δύο ὑμῶν, τουτέστι, τῶν πιστευόντων, τῶν ἐναρέτων. Συνεφώνησαν γὰρ καὶ Ἄννας καὶ Καϊάφας, ἀλλὰ ψεκτῶς· ὥστε διὰ τοῦτο πολλάκις εὐχόμενοι οὐ λαμβάνομεν, διότι οὐδὲ συμφωνίαν πρὸς ἀλλήλους ἔχομεν. Οὐκ εἶπε δὲ ὅτι ἔσομαι· οὐ γὰρ μέλλει οὐδὲ βραδύνει, ἀλλ' εἰμὶ, τουτέστιν, αὐτίκα ἐκεῖ εὑρίσκομαι· νοήσεις δὲ ὅτι καὶ ὅταν συμφωνήσῃ ἡ σὰρξ καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ μὴ ἐπιθυμῇ κατὰ τοῦ πνεύματος ἡ σὰρξ, τότε ἐστὶν ἐν μέσῳ ὁ Κύριος. Συμφωνοῦσι δὲ καὶ αἱ τρεῖς δυνάμεις τῆς ψυχῆς, τὸ λογικὸν, τὸ θυμικὸν, καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν. Ἀλλὰ καὶ ἡ παλαιὰ καὶ ἡ νέα συμφωνοῦσιν αἱ δύο, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν εὑρίσκεται ὁ Χριστὸς, ὑπ' ἀμφοῖν κηρυττόμενος.

milat autem publicanis tales fratres: infamis enim res est publicanus. Consolatio autem fit offenso, auctorem injuriæ publicanum existimari et gentilem, hoc est, peccatorem et incredulum. Nunquid autem hæc sola injuriam facientis pœna? minime. Sed audi et quæ sequuntur.

Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram, erunt ligata in cœlo: et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta in cœlo.] Si tu, inquit, offensus habes eum qui te injuria affecit sicut Publicanum et Gentilem, erit ille et in cœlo talis. Si autem solveris eum, hoc est, ignoveris, erit ei et in cœlo condonatum. Non enim solum quæ solvunt sacerdotes, sunt soluta: sed quæcunque et nos injuria affecti vel ligamus vel solvimus, et ipsa erunt ligata vel soluta.

Rursus, Amen dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis a patre meo qui est in cœlis. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio illorum.] Conducit nos hisce verbis ad charitatem. Quia enim prohibuit ne mutuum offenderemus, nunc et de mutua concordia dicit. Concordes autem dicuntur non qui in malum conveniunt, sed qui in bonum. Vide enim quid dicat: Si duo ex vobis, hoc est, credentibus et virtute præditis. Conspiraverunt enim et Annas ac Caiphas, sed male. Et propterea sæpe precantes non accipimus, eo quod mutua concordia caremus. Non dixit autem, ero (non enim tardat, vel cunctatur) sed sum, hoc est, jam illic invenior. Intelligas item quod quando conspiraverint spiritus et caro, et non concupiverit contra spiritum caro, tunc erit in medio Dominus. Conspirant autem et tres virtutes animæ, rationalis, irascitiva, et desiderativa. Sed et vetus ac nova leges conspirant, atque invenitur in medio ipsarum Christus ab utraque prædicatus.

V. 21, 22 Τότε προσελθὼν αὐτῷ ὁ Πέτρος εἶπε· 97
Κύριε, ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις; λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.] Τοῦτό ἐστιν ὃ ἐρωτᾷ ὁ Πέτρος, ποσάκις ἐὰν ἁμάρτῃ, εἶτα προσέρχηται καὶ αἰτῇ συγγνώμην μεταμελόμενος, συγχωρήσω αὐτῷ; προσέθηκε δὲ τὸ, εἰς ἐμὲ ἐὰν ἁμάρτῃ, εἰς γὰρ Θεὸν ἐὰν ἁμάρτῃ, οὐκ ἐγὼ ὁ ἰδιώτης δύναμαι αὐτῷ συγχωρεῖν, εἰ μήπου γε ὁ Θεοῦ τάξιν ἔχων ὁ ἱερεύς. Ἐὰν δὲ εἰς ἐμὲ ἁμάρτῃ, εἶτα ἀφήσω αὐτῷ, ἔσται ἀφειμένος, κἂν ἰδιώτης εἰμὶ ἐγὼ, καὶ οὐχὶ ἱερεύς. Τὸ δὲ ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ εἶπεν, οὐχ ἵνα ἀριθμῷ περικλείσῃ τὴν συγχώρησιν, ἄλογον γάρ ἐστι καθῆσθαί τινα ἀριθμοῦντα ἕως οὗ ποσωθῶσι τετρακόσια ἐννενήκοντα, τοσαῦτα γὰρ τὰ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ, ἀλλὰ τὸ ἄπειρον ἐνταῦθα σημαίνει· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὁσάκις ἂν πταίσας μετανοῇ, συγχώρει αὐτῷ. Τοῦτο γὰρ καὶ διὰ τῆς ἑξῆς παραβολῆς λέγει, ὅτι δεῖ ἡμᾶς συμπαθεῖς εἶναι.

V. 23 Διὰ τοῦτο ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὃς ἠθέλησε συνάραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ.] Ἡ μὲν ἔννοια τῆς παραβολῆς διδάσκει συγχωρεῖν τὰ εἰς ἡμᾶς παρὰ τῶν ὁμοδούλων ἁμαρτανόμενα, καὶ μάλιστα ἐὰν καὶ συγχωρήσεως ἐκεῖνοι χρήζοντες προσπίπτωσι. Τὸ δὲ κατὰ μέρος ἐξηγεῖσθαι τὴν παραβολὴν μόνου ἂν εἴη τοῦ νοῦν Χριστοῦ ἔχοντος· πλὴν ἐπιβαλοῦμεν καὶ αὐτοί. Βασιλεία ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλ' οὐ μικρῶν τινων βασιλεία, ἀλλ' οὐρανῶν. Ὡμοιώθη οὖν οὗτος ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, σαρκωθεὶς δι' ἡμᾶς καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος· συναίρει δὲ λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ, ὡς ἀγαθὸς κρίνων αὐτοῖς. Οὐ γὰρ ἀκρίτως κολάζει, ὠμότητος γὰρ τοῦτο.

V. 24, 25 Ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων· μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ πραθῆναι, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὰ τέκνα καὶ πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἀποδοθῆναι.]

Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, et remittam ei? Num usque septies? Dicit illi Jesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.] Hoc est quod interrogat Petrus, quoties, si peccet, et deinde accedat et petat veniam pœnitentia ductus, concedam ei? Addidit, in me si peccaverit: In Deum enim si peccaverit, non ego, qui idiotes ac privatus sum, possum ei remittere, nisi forte Dei ordinem habeat sacerdos. Si autem in me peccet, ac deinde remisero ei, erit solutus, etiam si privatus ego sim, et non sacerdos. Quod autem septuagies septies dixit, non concludit veniam numero. Absurdum enim sedere et numerare usque dum quadringenta nonaginta habeas (tot enim faciunt septuagies septies) sed immensum numerum signat: quasi dicat, Quoties quis lapsus fuerit, et pœnitentiam aget, concede ei veniam, et id (quod et per sequentem parabolam dicit) quia oportet nos compatientes esse.

Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit conferre rationem cum servis suis.] Mens parabolæ est, ut veniam demus conservis in nos delinquentibus: præsertim si illi veniam ante nos procidentes petant. Particulatim singula examinare, ejus fuerit tantum qui mentem Christi habeat: sed aggrediamur et nos. Regnum est Dei sermo: et non parvum quoddam regnum, sed cœlorum. Assimilatus est igitur iste homini regi: incarnatus est enim propter nos, et in similitudinem hominum factus. Confert autem rationem cum servis suis, uti bonus judicans. Non enim absque judicio punit: hoc enim crudelitatis foret.

Et quum cœpisset conferre, oblatus est ei unus qui debebat decem millia talentorum. Cæterum quum is non valeret solvere, jussit eum Dominus venundari, et uxorem ejus, et liberos, et omnia quæ habebat, et fieri solutionem.] Decem

Μυρίων ταλάντων χρεωφειλέται ἡμεῖς, ὡς εὐεργετούμενοι μὲν καθ' ἑκάστην, μηδὲν καὶ ἀγαθὸν ἀντιδιδόντες τῷ Θεῷ. Μυρίων ταλάντων χρεωφειλέται καὶ οἱ προστασίαν λαοῦ δεξάμενοι καὶ ἀνθρώπων πολλῶν· ἕκαστος γὰρ ἄνθρωπος τάλαντον, κατὰ τὸν λέγοντα, μέγα ἄνθρωπος· εἶτα μὴ καλῶς κεχρημένοι τῇ ἀρχῇ. Τὸ δὲ πιπράσκεσθαι τὸν χρεώστην σὺν γυναικὶ καὶ τοῖς αὐτοῦ τέκνοις, δηλοῖ τὴν ἀλλοτρίωσιν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ὁ γὰρ πιπρασκόμενος ἑτέρου δεσπότου γίνεται. Μήποτε δὲ γυνὴ μὲν ἡ σὰρξ, ὡς σύζυγος οὖσα τῆς ψυχῆς· τέκνα δὲ αἱ πράξεις αἱ ἐνεργούμεναι κακῶς ὑπὸ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος; κελεύει οὖν τὴν σάρκα δοθῆναι τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον, τουτέστι, νόσοις ἢ πάθει δαίμονος παραδοθῆναι· ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα, λέγω δὴ τὰς ἐνεργείας τῶν κακῶν, στρεβλωθῆναι. Οἷον, ἔστι τινὸς χεὶρ κλέπτουσα; ταύτην ὁ Θεὸς ξηραίνει, ἢ στραγγαλίζει διά τινος δαίμονος. Ἰδοὺ οὖν ἡ γυνὴ ἡ σὰρξ, καὶ τὰ τέκνα, ἤτοι ἡ ἐνεργεία τοῦ
κακοῦ, παρεδόθησαν τῇ κακώσει, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ· οὐκέτι 98
γὰρ ἐνεργήσει κλεπτικῶς ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος.

V. 26, 27 Πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος προσεκύνει αὐτῷ λέγων· κύριε μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ.] Ἴδε τὴν τῆς μετανοίας ἰσχὺν, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Κυρίου. Ἡ μὲν γὰρ μετάνοια ἐποίησε τὸν δοῦλον πεσεῖν ἀπὸ τῆς κακίας, ὁ γὰρ ἱστάμενος βεβαίως ἐν τῇ κακίᾳ οὐ συγχωρητέος. Ἡ δὲ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ συνεχώρησε παντελῶς καὶ δάνειον, καίτοιγε ὁ δοῦλος οὐ συγχώρησιν παντελῆ ἐζήτει, ἀλλὰ προθεσμίαν. Μάνθανε τοίνυν ὅτι ὁ Θεὸς καὶ πλείονα δίδωσιν ὧν αἰτούμεθα· ἐπεὶ τοσαύτη ἐστὶν ἡ φιλανθρωπία αὐτοῦ, ὥστε καὶ ἐκεῖνο τὸ δοκοῦν σκληρὸν, τὸ προστάξαι πωληθῆναι αὐτὸν, οὐκ ἀπὸ σκληρότητος εἶπεν, ἀλλ' ἵνα καταπτοήσῃ τὸν δοῦλον, καὶ πείσῃ αὐτὸν πρὸς ἱκετείαν καὶ παράκλησιν ἀποβλέψαι.

V. 28—30 Ἐξελθὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια. Καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε λέγων· ἀπό-

millium talentorum debitores nos sumus, qui quotidie multis beneficiis afficimur, et nihil boni rependimus Deo. Decem mille talentorum debitores sunt et qui populi præfecturam susceperunt (unusquisque enim homo talentum est, secundum illum qui dicit, Magna res est homo) et deinde non bene funguntur principatu. Vendi autem cum uxore et familia, signat alienationem a Deo. Qui enim venditur, alterius domini fit. An non autem uxor, caro, quæ scilicet est conjux animæ: et pueri, opera quæ male fiunt a corpore et anima? Jubet igitur carnem dari Satanæ in interitum, hoc est, morbis vel passioni dæmonis: similiter et filios, operativas dico virtutes malorum, ligari: ut si est manus alicujus furto dedita, eam Deus aridam facit, vel constringit per dæmonem aliquem. Ecce mulier caro est, et filii, sive operationes malæ, traduntur afflictioni, ut spiritus salvetur. Non potest enim tunc ad furtum cooperari homo ille.

Procidens autem servus ille adorabat illum, dicens: Domine, esto patiens erga me, et omnia tibi reddam. Misertus autem dominus servi illius absolvit eum, et æs alienum remisit ei.] Vide pœnitentiæ robur, et misericordiam domini. Pœnitentia enim fecit servum cadere a malitia, qui enim persistit in malitia, venia dignus non est. Misericordia autem Dei dimisit omnino debitum, tametsi servus non omnia remitti, sed prorogari tempus peteret. Disce igitur quod Deus plura dat quam petimus: quia tanta est misericordia Domini, ut et id quod admodum durum videbatur, nempe quod jussit illum vendi, non ex duritia dixerit, sed ut perterrefaceret servum, et persuaderet illi ut ad preces se et obsecrationem converteret.

Egressus vero servus ille invenit unum de conservis, qui debebat sibi centum denarios: et injecta in eum manu, obtorto collo trahebat dicens: Solve quod debes. Et proci-

δος μοι εἴτι ὀφείλεις. Πεσὼν οὖν ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ παρεκάλει αὐτὸν λέγων· μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. Ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν, ἀλλ' ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν, ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον.] Ἐξελθὼν ὁ συγχωρηθεὶς οὕτω πνίγει τὸν σύνδουλον· οὐδεὶς γὰρ ἐν τῷ Θεῷ μένων ἀσυμπαθὴς, ἀλλ' ὁ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀλλότριος ἐκείνου ὤν. Τοσαύτη δὲ ἡ ἀπανθρωπία, ὥστε τὰ μείζω συγχωρηθέντα, τάλαντα γὰρ μύρια, ἐπὶ τοῖς ἐλάττοσιν, ἑκατὸν γὰρ δηνάρια, μὴ συγγνωμονῆσαι ὅλως, μηδὲ ἀναβολὴν δοῦναι, καίτοιγε ὁ σύνδουλος τὰ αὐτὰ ῥήματα λέγει, ἀναμιμνήσκων αὐτὸν δι' ὧν αὐτὸς ἐσώθη· μακροθύμησον γὰρ, φησὶν, ἐπ' ἐμοὶ, καὶ ἀποδώσω σοι.

V. 31 Ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ τὰ γενόμενα ἐλυπήθησαν σφόδρα, καὶ ἐλθόντες διεσάφησαν τῷ κυρίῳ ἑαυτῶν πάντα τὰ γενόμενα.] Οἱ ἄγγελοι μισοπόνηροι ἐντεῦθεν καὶ φιλάγαθοι φαίνονται· οὗτοι γὰρ οἱ σύνδουλοι. Οὐχ ὡς ἀγνοοῦντι δὲ τῷ Κυρίῳ ταῦτα λέγουσιν, ἀλλ' ἵνα σὺ μάθῃς ὅτι ἄγγελοί εἰσιν ἔφοροι ἡμῶν, καὶ ὅτι ἀγανακτοῦσι κατὰ τῶν ἀπανθρώπων.

V. 32—34 Τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ λέγει αὐτῷ· δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με· οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα; καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ.] Κρίνεται διὰ φιλανθρωπίαν ὁ δεσπότης πρὸς τὸν δοῦλον, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ἡ ὠμότης τοῦ δούλου ἀνατρέπει τὴν δωρεὰν καὶ ἡ ἀγνωμοσύνη. Τίσι δὲ βασανισταῖς παραδίδωσι; τιμωρητικαῖς τάχα δυνάμεσιν, ὥστε αἰωνίως κολάζεσθαι· τὸ γὰρ ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον, τοῦτο σημαίνει, ὅτι, ἕως τότε κολαζέσθω, ἕως οὗ ἀποδῷ· ἀλλὰ μὴν οὐδέποτε ἀποδώσει τὸ 99
ὀφειλόμενον, ἤτοι τὴν ὀφειλομένην καὶ ἀξίαν τιμωρίαν· ἀεὶ ἄρα κολασθήσεται.

V. 35 Οὕτω καὶ ὁ πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος

dens conservus ejus ad pedes ejus rogabat eum dicens: Esto patiens erga me, et omnia reddam tibi. At ille nolebat, sed abiit, et conjecit eum in carcerem, donec redderet debitum.] Egressus ille qui veniam obtinuerat, strangulat ac premit conservum. Nullus enim qui in Deo manet, compassionis expers est: sed ille egressus erat, et a Deo nunc alienus erat. Tantæ autem erat crudelitatis, ut cum essent ei decem millia talentorum remissa, longe pauciora, centum scilicet denarios, omnino nec remittere, nec prorogare tempus dinumerandi vellet, tametsi conservus eadem verba diceret, quæ et ille ad dominum, misericordiam domini in memoriam illi reducens: dixit enim, Esto patiens erga me, et omnia tibi reddam.

Porro quum vidissent conservi ejus quæ fiebant, indoluerunt valde: et venerunt, aperueruntque domino suo omnia quæ facta fuerant.] Videntur hi conservi esse angeli, osores mali, et amantes boni, non quod ignoranti domino hæc dicant, sed ut tu discas quod angeli nobis ad tutelam dati sint, et quod inhumanis et immisericordibus indignentur.

Tunc accersivit illum dominus suus, et ait illi: Serve sceleste, totum debitum illud remisi tibi, quum obsecrasses me: Nonne oportuit et te misereri conservi tui, sicut et ego tui misertus eram? Et iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet totum quod debebatur sibi.] In judicium intrat cum servo dominus propter misericordiam: ut ostendat quod non ipse, sed servi crudelitas et ingratitudo donationem suam irritam faciat. Quibus autem tortoribus tradidit? Forte potestatibus punitricibus, ita ut perpetuo puniretur: nam illud Quousque reddat quod debebatur, hoc significat, quod tamdiu puniatur, donec reddat: nunquam autem reddet quod debebat, videlicet pœnam quam meruerat: semper ergo punietur.

Sic et pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis

ποιήσει ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν.] Οὐκ εἶπεν ὁ πατὴρ ὑμῶν, ἀλλ' ὁ πατήρ μου. Ἀνάξιοι γάρ εἰσιν οἱ τοιοῦτοι πατέρα ἔχειν τὸν Θεόν. Ἀπὸ δὲ τῆς καρδίας βούλεται ἀφιέναι, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ χειλέων μόνον. Νόησον δὲ καὶ πόσον κακὸν ἡ μνησικακία, ὅταν τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἀνέτρεψε· καίτοιγε ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὅμως ἀνετράπησαν. Rom. xi. 29.

ΚΕΦ. ιθ'.

ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους, μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς ἐκεῖ.] Πάλιν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐπιδημεῖ, ἵνα μὴ ἔχωσι προφασίζεσθαι οἱ ἀπιστοῦντες τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὅτι οὐ συνεχέστερον ἡμῖν ἐπεχωρίαζεν, ἀλλὰ τοῖς Γαλιλαίοις. Πάλιν οὖν μετὰ τὴν διδασκαλίαν καὶ τὸ συντελεσθῆναι τοὺς λόγους, ἀκολουθοῦσι τὰ θαύματα. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς καὶ διδάσκειν, ἀλλὰ καὶ πράττειν· ἀλλ' οἱ ἀνόητοι Φαρισαῖοι τὰ θαύματα ἰδόντες, δέον πιστεῦσαι, οἱ δὲ πειράζουσιν· ἄκουε γάρ.

V. 3—6 Καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι πειράζοντες αὐτὸν, καὶ λέγοντες· εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· οὐκ ἀνέγνωτε ὅτι ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς; Καὶ εἶπεν· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία. Ὃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω.] Ὢ τῆς ἀνοίας· ᾤοντο ἐπιστομίσειν διὰ τῶν ἐρωτημάτων τὸν Χριστόν· ἐὰν γὰρ εἴπῃ ὅτι

quisque fratri suo de cordibus vestris delicta illorum.] Non dixit, pater vester, sed pater meus: indigni enim sunt tales qui Deum habeant patrem. De cordibus autem vult remitti, non de ore duntaxat. Cogita igitur quantum malum sit vindictæ cupiditas, quandoquidem etiam donationem Dei revocat et irritat: tametsi enim dona Dei ea sint, quorum non pœniteat illum, revocantur tamen hac ratione et fiunt irrata.

CAPUT XIX.

ET factum est quum consummasset Jesus sermones hos, demigravit a Galilæa, et venit in fines Judææ trans Jordanem: et secutæ sunt eum turbæ multæ, et curavit eos ibi.] Iterum versatur in Judæa, ut nihil prætexere possint qui non credebant in Judæa, quod non frequentius apud ipsos versaretur, sed apud Galilæos. Iterum igitur post doctrinam et consummatis sermonibus sequuntur miracula. Oportet enim nos et docere, et operari: at insipientes illi Pharisæi quum visis miraculis oportebat credere, tentant. Audi enim.

Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes illum, et dicentes: Licetne homini divortium facere cum uxore sua qualibet ex causa? Qui respondens ait eis: An non legistis quod is qui fecit ab initio, masculum et fœminam fecit eos? Et dixit: Propterea deseret homo patrem suum et matrem, et adglutinabitur uxori suæ, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus copulavit, homo non separet.] O insipientiam! opinabantur quæstionibus suis Christum se confutaturos: nam si

ἔξεστι κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ἀπολύειν τὴν γυναῖκα, ἔξουσι λέγειν αὐτῷ· πῶς οὖν εἶπας ὅτι, μὴ ἀπολυέτω τις εἰ μὴ τὴν μοιχαλίδα μόνον· εἰ δὲ εἴπῃ ὅτι οὐκ ἔξεστιν
Deut. xxiv. 1. ἀπολύειν τὴν γυναῖκα, διαβαλοῦσιν αὐτὸν ὡς ἀντινομοθετοῦντα τῷ Μωσεῖ. Ἐκεῖνος γὰρ ἐκέλευσεν ἐκβάλλειν τὴν μισηθεῖσαν, καὶ χωρὶς εὐλόγου αἰτίας. Τί οὖν ὁ Χριστός; δείκνυσιν ὅτι τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς ἐξ ἀρχῆς ἔργον ἐστὶ καὶ νομοθεσία ἡ μονογαμία. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ, φησὶν, ἕνα συνέζευξεν ὁ Θεὸς μιᾷ· ὥστε οὐ δεῖ ἕνα ἄνδρα πολλαῖς συνάπτεσθαι, οὐδὲ μίαν πολλοῖς, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀρχῆς συνεζύγησαν μένειν, μὴ διασπῶντας τὴν συνοίκησιν ἀλόγως. Οὐκ εἶπε δὲ ὅτι, ἐγὼ ἐποίησα ἄρσεν καὶ θῆλυ, ἵνα μὴ πλήξῃ 100
αὐτοὺς, ἀλλ' ἀορίστως, ὁ ποιήσας. Οὕτως οὖν, φησὶ, περισπούδαστόν ἐστι τῷ Θεῷ τὸ τῆς συζυγίας ἀγαθὸν, ὥστε καὶ τοὺς γονεῖς συνεχώρησεν ἀφιέναι, καὶ κολλᾶσθαι τοῖς
Gen. ii. 24. ἀνδράσιν. Πῶς δὲ ἐν μὲν τῇ Γενέσει γέγραπται ὅτι ὁ Ἀδὰμ εἶπε τὸ, ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, ἐνταῦθα δέ φησιν ὁ Χριστὸς ὅτι ὁ Θεὸς εἶπεν, ἕνεκεν τούτου καταλείψει, καὶ τὰ ἑξῆς; λέγομεν οὖν ὅτι καὶ ὃ εἶπεν ὁ Ἀδὰμ, ἐκ Θεοῦ εἶπεν· ὥστε ὁ τοῦ Ἀδὰμ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐστιν. Ἐπεὶ τοίνυν μία σὰρξ ἐγένοντο, καὶ διὰ τὴν μίξιν καὶ τὴν φυσικὴν στοργὴν κολλώμενοι, ὥσπερ ἐναγές ἐστι τὸ τὴν οἰκείαν σάρκα τέμνειν, οὕτω καὶ τὸ διασπᾶν τοὺς συζύγους. Οὐκ εἶπε δὲ, μὴ χωριζέτω Μωσῆς, ἵνα μὴ ταράξῃ αὐτοὺς, ἀλλ' ἄνθρωπος ἁπλῶς, δεικνύων τὸ μέσον τοῦ συζεύξαντος Θεοῦ καὶ τοῦ διαλύοντος ἀνθρώπου.

V. 7—9 Λέγουσιν αὐτῷ· τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου, καὶ ἀπολῦσαι αὐτήν; Λέγει αὐτοῖς ὅτι· Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν ἀπολῦσαι τὰς γυναῖκας ὑμῶν· ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτως. Λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται.] Οἱ Φαρισαῖοι ἰδόντες ὅτι ὁ Κύριος ἐπεστόμισεν αὐτοὺς, ἠναγκά-

dixisset licere quacunque de causa dimittere uxorem, potuissent illi dicere: quomodo igitur dixisti, ne quis dimittat, nisi adulteram solam? Si autem dixisset non licere dimittere uxorem, arguissent eum ut adversarium Mosi: ille enim jussit ut dimitteretur odio habita, et absque rationabili causa. Quid igitur Christus? ostendit opus et legislationem ejus qui nos a principio formavit, esse monogamiam. Ab initio enim unum conjunxit Deus uni: atque ita non oportet unum virum conjungi multis mulieribus, neque mulierem unam viris multis: sed eos sicut ab initio conjuncti fuerunt, manere, neque absque causa cohabitationem divellere. Non dicit autem, Ego feci masculum et fœminam, ne plus eos exasperet, sed, Is qui fecit, indefinite. Atque ita dicit maxime curæ fuisse Deo conjugii bonum: unde permisit etiam parentes dimitti, et viris adhærere. Quomodo autem in Genesi scriptum est, Adam dixit, Propterea deseret homo patrem suum, et matrem: hic autem dicit Christus, Deus dixit, propterea deseret, ac cætera? Dicimus igitur quod et id quod Adam dixit, ex Deo dixit: atque ita sermo Adæ Dei est. Igitur quia una caro facti sunt, et propter coitum et naturalem amorem cohærentes: sicut impium est suam carnem dividere, ita et conjuges divellere. Non dixit autem, Ne separet Moses, ne turbaret illos, sed homo simpliciter: ostendens quantum intersit inter Deum conjungentem, et hominem solventem.

Dicunt illi: Cur igitur Moses jussit dare libellum repudii, et dimittere eam? Ait illis: Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis repudiare uxores vestras, cæterum ab initio non fuit sic. Dico autem vobis, quod quicunque repudiaverit uxorem suam, nisi ob stuprum, et aliam duxerit, is committit adulterium. Et qui repudiatam duxerit, is adulterium committit.] Quum vidissent Pharisæi quod Dominus ipsos confutasset, coacti fuerunt postea

σθησαν λοιπὸν, καὶ εἰς μέσον ἄγουσι τὸν Μωϋσῆν ἀντινομοθετοῦντα τῷ Χριστῷ· καί φασι, πῶς οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο βιβλίον ἀποστασίου δοῦναι, καὶ ἀπολύειν; Ὁ οὖν Κύριος περιτρέπων τὸ πᾶν τῆς κατηγορίας εἰς τὴν ἐκείνων κεφαλὴν, ὑπὲρ Μωσέως ἀπολογεῖται, καί φησιν, οὐκ ἐναντία τῷ Θεῷ ὁ Μωσῆς νομοθετῶν τοῦτό φησιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑμετέραν μοχθηρίαν τοῦτο ἐνομοθέτησεν· ἵνα μὴ δι' ἀκολασίαν θέλοντες ἑτέραις συνεῖναι, ἀνέλητε τὰς προτέρας γυναῖκας. Ἀπηνεῖς γὰρ ὄντες ἐφόνευον ἂν τὰς γυναῖκας, εἰ ἠναγκάζοντο κατέχειν αὐτάς· νῦν δὲ βιβλίον ἀποστασίου προσέταξε διδόναι ταῖς μισουμέναις παρὰ τῶν ἀνδρῶν. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, φησὶν, ὅτι τὴν πορνευθεῖσαν γυναῖκα καλὸν ἐκβάλλειν ὡς μοιχαλίδα· ἐὰν δὲ τὴν μὴ πορνευθεῖσαν ἐκβάλῃ τις, παραίτιος αὐτῇ γίνεται μοιχείας. (1 Cor. xii. 27.) Νόει δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, καὶ συζυγία γίνεται τῷ πιστῷ πρὸς Χριστόν. Πάντες γὰρ σύσσωμοι γεγόναμεν αὐτῷ, καὶ μέλη ἐκ μέρους Χριστοῦ ἐσμεν. Καλῶς οὖν οὐ δύναταί τις (Rom. viii. 35.) χωρίσαι τὴν τοιαύτην συζυγίαν, κατὰ τὸν τοῦ Παύλου λόγον λέγοντος· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; Ἃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, οὔτε ἄνθρωπος, οὔτε τις ἑτέρα κτίσις, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε ἐξουσίαι, ὡς ὁ Παῦλός φησι, χωρίσαι δύνανται.

V. 10 **Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· εἰ οὕτως ἐστιν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.]** Θορυβοῦνται οἱ μαθηταὶ, καί φασιν ὅτι, εἰ διὰ τοῦτο συνήφθησαν ἵνα ἐν ὦσι καὶ ἀδιάσπαστοι μένωσι παρ' ὅλον τὸν βίον, ὥστε κἂν μοχθηρὰ ἄλλως ᾖ ἡ γυνὴ, μὴ τολμᾷν ἐκβάλλειν αὐτὴν, οὐ 101
συμφέρει γαμῆσαι· κουφότερον γὰρ μὴ γαμεῖν, ἀλλὰ μάχεσθαι καὶ παλαίειν φυσικαῖς ἐπιθυμίαις, ἢ πονηρᾶς γυναικὸς ἀνέχεσθαι. Αἰτίαν γὰρ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς τὴν ἀδιάσπαστον ἕνωσιν λέγει· τινὲς δὲ καὶ οὕτω νοοῦσιν, ὅτι εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου, τουτέστιν, εἰ αἰτίαν, ἤγουν μομφὴν καὶ καταιτίασιν μέλλει ἕξειν ὁ ἀνὴρ

in medium afferre Mosen contradicentem Christo: et dicunt, Quomodo igitur Moses mandavit dare librum repudii, et dimittere? Igitur Dominus vertens omnem accusationem in illorum caput, pro Mose respondet ac dicit, Non contraria Deo Moses constituit, sed ad vestram duritiam hoc pronunciavit: ne propter intemperantiam volentes aliis conjungi, occideretis primas uxores. Nam quum essent inhumani, occidissent uxores, si coacti fuissent servare illas: nunc autem libellum divortii jussit dari his quæ a viris odio habebantur. Ego autem dico vobis, inquit, quod bonum est uxorem quæ fornicata est ejicere, tanquam adulteram. Si quis autem ejecerit aliquam quæ non est fornicata, auctor fit illi adulterii. Intellige autem quod qui adhæret Domino, unus spiritus est, et conjugium est fidelis cum Christo. Omnes enim idem corpus facti sumus cum eo, et ex parte membra Christi sumus. Non igitur recte quis potest separari a conjugio tali, juxta sermonem Pauli dicentis, Quis nos separabit a dilectione Christi? Quæ igitur Deus conjunxit, neque homo, neque alia creatura, neque angeli, neque principatus, neque potestates (ut Paulus dicit) separare poterunt.

Dicunt ei discipuli ejus: Si ad istum modum habet causa hominis cum uxore, non expedit contrahere matrimonium.] Turbantur discipuli, et dicunt, Si propterea conjuncti sunt, ut unum sint, et indivulsi maneant per omnem vitam, ut etiamsi improba alioqui sit mulier, eam ejicere non liceat: non expedit matrimonium contrahere. Levius fuerit matrimonium non contrahere, sed pugnare et certare cum naturalibus concupiscentiis, quam sustinere malam mulierem. Causam enim hominis cum muliere dicit perpetuam et inseparabilem unionem. Nonnulli autem et sic intelligunt, Si sic est causa hominis, hoc est, si reprehensionem et culpam habitu-

ὡς ἐκβάλλων τὴν γυναῖκα παρανόμως, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.

V. 11 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται.] Ἐπειδὴ εἶπον οἱ μαθηταὶ, ὅτι κρεῖττόν ἐστι τὸ μὴ εἰς γάμον ἐλθεῖν, φησὶν ὁ Κύριος ὅτι μέγα μὲν τὸ τῆς παρθενίας χρῆμα, ἀλλ' οὐ πᾶσι κατορθωτὸν, ἀλλ' ἐκείνοις μόνοις οἷς συνεργεῖ ὁ Θεός. Τὸ γὰρ, δέδοται, ἐνταῦθα κεῖται, ἀντὶ τοῦ, οἷς συνεργεῖ ὁ Θεός. Ἐκείνοις δὲ δίδοται, τοῖς αἰτοῦσιν·
Luc. xi. 9. αἰτεῖτε γὰρ, φησὶ, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει.

V. 12 Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτω, καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω.] Ὀλίγων, φησὶν, ἐστὶ τὸ κατόρθωμα τοῦτο τῆς παρθενίας. Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοί τινες ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτῶν, τουτέστιν, εἰσί τινες ἐκ φυσικῆς κράσεως ἀκίνητοι μένοντες πρὸς τὰς μίξεις, οἳ καὶ ἀκερδῶς σωφρονοῦσιν. Εἰσὶ καὶ οἱ εὐνουχιζόμενοι ὑπὸ ἀνθρώπων· ἑαυτοὺς δὲ εὐνουχίζουσι διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν οὐχ οἱ ἐκτέμνοντες ἑαυτοὺς, ἐπικατάρατον γὰρ τοῦτο, ἀλλ' οἱ ἐγκρατευόμενοι. Νόει δὲ καὶ οὕτως· ἔστιν εὐνοῦχος ἀπὸ φύσεως ὁ διὰ τὴν φυσικὴν κράσιν μὴ εὐκίνητος εἰς ἀφροδίσια· ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων εὐνουχίζεται ὁ ἐκ διδασκαλίας ἀνθρωπίνης ἐκτεμὼν τὴν τῆς σαρκικῆς ἐπιθυμίας πύρωσιν· ἑαυτὸν δὲ εὐνουχίζει ὁ μὴ ὑπ' ἄλλου, ἀλλ' ὑφ' ἑαυτοῦ διδαχθεὶς, καὶ αὐτομαθῶς πρὸς σωφροσύνην ἀποκλίνας. Οὗτος οὖν καὶ ἄριστός ἐστιν, ὁ μὴ ἄλλῳ ἀλλ' ἑαυτῷ ὁδηγηθεὶς πρὸς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Προαιρετικῶς δὲ θέλων ἡμῖν ἐνεργεῖσθαι τὴν ἀρετὴν, φησὶν, ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω· οὐ γὰρ ἀναγκάζει παρθενεύειν οὐδὲ τὸν γάμον καταλύει, ἀλλὰ τὴν παρθενίαν προτίθησιν.

V. 13, 14 Τότε προσηνέχθη αὐτῷ παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς, καὶ προσεύξηται· οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν·

rus est vir, quod illegitime ejiciat uxorem, non expedit matrimonium contrahere.

At ille dixit illis: Non omnes capaces sunt hujus dicti, sed quibus datum est.] Postquam dixerunt apostoli, melius esse non venire ad nuptias, dicit Dominus magnam esse virginitatis possessionem, at eam non ab omnibus recte servari, sed ab his duntaxat, quorum cooperator est Deus. Nam hoc loco, Datum est, valet, quibus cooperatur Deus. Illis autem datur, qui petunt: Petite enim, inquit, et dabitur vobis. Omnis enim, inquit, qui petit, accipit.

Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: et sunt eunuchi qui facti sunt eunuchi ab hominibus: et sunt eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.] Paucorum est, inquit, virginitatis virtus. Sunt enim eunuchi ex utero matris, hoc est, sunt quidam qui propter naturæ constitutionem ad coitum non sunt idonei, qui et sine utilitate casti sunt. Sunt qui et eunuchi fiunt ab hominibus. Qui autem seipsos eunuchos faciunt propter regnum cœlorum, non sunt ii qui verenda sibi ipsis amputant (maledictum enim hoc) sed qui continentes sunt. Intellige autem et sic, Est eunuchus a natura qui propter naturalem complexionem non movetur ad venerea. Ab hominibus autem eunuchus fit, qui ex humano præcepto carnalis concupiscentiæ incendium exscindit. Seipsum autem castrat, qui non ab alio, sed a seipso doctus est, et sua sponte ad continentiam inclinatur. Hic igitur et optimus est, qui non ab alio sed a seipso deductus est ad regnum cœlorum. Volens autem sponte nos operari virtutem, inquit, Qui potest capere, capiat. Non enim cogit virginem esse, neque nuptias destruit, sed virginitatem præfert.

Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus illis imponeret, et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Jesus vero

ἄφετε τὰ παιδία, καὶ μὴ κωλύετε αὐτὰ ἐλθεῖν πρός με· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.] Προσέφερον μητέρες τὰ τέκνα, ἵνα εὐλογηθῶσι διὰ τῆς ἐπαφῆς τῶν χειρῶν. Ἀκόσμως δὲ καὶ τεθορυβημένως προσήρχοντο, καὶ διὰ τοῦτο κωλύουσιν οἱ μαθηταὶ, ἅμα καὶ οἰόμενοι, ὅτι ἐλαττοῦται τὸ ἀξίωμα τοῦ διδασκάλου ἐκ τοῦ τὰ παιδία προσφέρεσθαι. Ὁ γοῦν Χριστὸς δεικνύων ὅτι τὸ ἄτυφον μᾶλλον ἀποδέχεται, φησὶν, ἄφετε τὰ παιδία,
τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Οὐκ εἶπε 102
τούτων, ἀλλὰ τῶν τοιούτων, τουτέστι, τῶν τὴν ἁπλότητα ἐχόντων, τῶν ἀκάκων, τῶν ἀπονήρων. Κἂν διδάσκῃ δέ τις, καὶ προσέρχωνταί τινες αὐτῷ παιδικὰ ἐρωτήματα ἐρωτῶντες, προσδεχέσθω τούτους, καὶ μὴ κωλυέτω.

V. 15—17 Καὶ ἐπιθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἐπορεύθη ἐκεῖθεν. Καὶ ἰδοὺ εἷς προσελθὼν εἶπεν αὐτῷ· διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιήσω ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον; ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός.] Οὐχ ὡς πειράζων προσῆλθεν οὗτος, ἀλλ' ὡς θέλων μαθεῖν, καὶ διψῶν τῆς αἰωνίου ζωῆς. Προσῆλθε δὲ τῷ Χριστῷ ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ· καὶ διὰ τοῦτό φησιν ὁ Κύριος· τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός· τουτέστιν, ἐὰν ὡς ἕνα τῶν διδασκάλων με λέγεις εἶναι ἀγαθὸν, κακῶς λέγεις. Οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων κυρίως ἀγαθὸς, ἅμα μὲν ὅτι καὶ εὐμετάβολοί ἐσμεν ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ τρεπόμενοι, ἅμα δὲ ὅτι καὶ συγκρινομένη πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα ἡ ἀνθρωπίνη, πονηρία νομίζεται.

V. 17—19 Εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν, τήρησον τὰς ἐντολάς. Λέγει αὐτῷ· ποίας; ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε· τὸ, οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα, καὶ ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.] Ὁ Κύριος ἐπὶ τὰς νομικὰς ἐντολὰς παραπέμπει τὸν ἐρωτήσαντα, ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι τοῦ νόμου καταφρονεῖ. Τί οὖν;

V. 20 Λέγει αὐτῷ ὁ νεανίσκος· πάντα ταῦτα

inquit eis: Sinite parvulos, et ne prohibeatis eos venire ad me: talium est enim regnum cœlorum.] Afferebant matres pueros, ut benedicerentur manuum impositione. Incomposite autem et trepide accedebant ad eum, et propterea prohibent discipuli, simul etiam quod existimarent hoc derogare doctrinæ ejus auctoritati, si offerentur ei parvuli. Christus autem ostendens quod a fastu alienos magis amet, dicit, Sinite parvulos: talium est enim regnum cœlorum. Non dixit, horum: sed talium, hoc est, simplicitate præditorum, innocentium malitiæ expertium. Etiam hodie si accedant ad doctorem nonnulli pueriles quæstiones interrogantes, non prohibeat, sed suscipiat.

Et quum imposuisset illis manus, abiit illinc. Et ecce unus accedens ait illi: Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Cur me vocas bonum? Nullus est bonus, nisi unus, nempe Deus.] Non ut tentans venit ille, sed ut discere cupiens, et sitiens vitam æternam. Accessit autem ad Christum quasi ad purum hominem: et idcirco dicit Dominus: Quid me vocas bonum? Nullus bonus, nisi unus Deus: hoc est, si quasi unum ex præceptoribus bonum me dicis, male dicis. Nullus enim hominum proprie bonus: partim quod mutabiles sumus a bono in malum: partim quod nostra bonitas ad divinam bonitatem collata, malitia est.

Quod si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non facies homicidium, non committes adulterium, non facies furtum, non falsum dices testimonium, honora patrem tuum et matrem, et diliges proximum tuum ut teipsum.] Dominus ad legis mandata mittit rogantem, ne Judæi dicant quod legem contemnat. Quid igitur?

Dicit illi adolescens: Omnia hæc servavi a juventute

ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. Τί ἔτι ὑστερῶ;] Τινὲς ὡς κομπαστὴν καὶ ἀλαζόνα διαβάλλουσι τοῦτον. Πῶς γὰρ κατώρθωσε τὸ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον, εἴγε πλούσιος ἦν; οὐδεὶς γὰρ ἀγαπῶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν πλουσιώτερός ἐστι τοῦ πλησίον· πᾶς δὲ ἄνθρωπος πλησίον. Τινὲς δὲ οὕτω νοοῦσι τοῦτο· ὑπόθες, φησὶν, ὅτι ταῦτα πάντα φυλαξαίμην, τί μοι ἔτι λείπει;

V. 21, 22 Ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. Ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος τὸν λόγον ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά.] Ὅσα μὲν, φησὶν, εἶπες κατορθῶσαι, ταῦτα Ἰουδαϊκῶς κατώρθωσας· εἰ δὲ θέλεις τέλειος, τουτέστιν, ἐμὸς εἶναι μαθητὴς καὶ Χριστιανὸς, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς αὐτίκα ὁμοῦ πάντα, μὴ παρακρατῶν τινα ἵνα ἀδιάλειπτον ποιῇς τὴν ἐλεημοσύνην. Οὐ γὰρ εἶπε, δίδου πτωχοῖς, ἀλλὰ δὸς ἅπαξ καὶ γυμνώθητι. Εἶτα ἐπεὶ εἰσί τινες ἐλεοῦντες μὲν, πάσης δὲ ῥυπαρίας ἀνάμεστον βίον ἔχοντες, φησὶ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι, τουτέστι, καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν ἔχε. Ὁ μέντοι νεανίσκος ἐλυπήθη· ἐπεθύμει μὲν γάρ· καὶ βαθεῖα καὶ πίων ἦν ἡ γῆ τῆς καρδίας αὐτοῦ, ἀλλ' αἱ ἄκανθαι τοῦ πλούτου συνέπνιγον· ἦν γὰρ, φησὶν, ἔχων κτήματα πολλά. Ὁ μὲν γὰρ ὀλίγα ἔχων οὐχ ὁμοίως κατέχεται τούτοις. Ἐν γὰρ τοῖς πολλοῖς τυραννικώτερος ὁ δεσμός· ἐπεὶ δὲ πρὸς πλούσιον διελέγετο ὁ Κύριος, φησὶν
ὅτι ἕξεις ἐν οὐρανοῖς θησαυρὸν, ἐπεὶ φιλοχρήματος εἶ. 103

V. 23, 24 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πλούσιος δυσκόλως εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Πάλιν δὲ λέγω ὑμῖν, εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.] Ἕως ἂν ᾖ πλούσιος, καὶ αὐτὸς μὲν ἔχῃ περιττὰ, ἄλλοι δὲ οὐδὲ τὰ ἀναγκαῖα, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἐπειδὰν μέντοι ἀποτινάξηται πάντα, τότε οὐ πλούσιος, καὶ λοιπὸν εἰσελεύσεται.

mea. Quid adhuc mihi deest?] Adolescentem quidam ut superbum et arrogantem arguunt. Quomodo enim dilexisset rite proximum, qui dives erat? Nullus enim diligens proximum ut seipsum, ditior est proximo: omnis autem homo proximus. Quidam sic intelligunt, Da, quod hæc omnia servarim, quid adhuc mihi deest?

Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo: et veni, sequere me. Quum audisset autem adolescens eum sermonem, abiit tristis. Erat enim habens possessiones multas.] Quæcunque, inquit, fecisti opera bona, Judaico more fecisti: si autem vis perfectus, hoc est, meus discipulus esse et Christianus, vade, vende omnia quæ habes, et da statim simul omnia, nulla reservans ut continuam facias eleemosynam. Non enim dixit, paulatim da pauperibus, sed dixit, Da semel, et nudus esto. Dein quia sunt multi misericordes, vitam tamen omni malitia plenam habentes, dicit, Et veni sequere me, hoc est, omnem aliam quoque virtutem habe. Adolescens igitur indoluit: desiderabat etenim, et terra cordis ipsius profunda erat et pinguis, sed spinæ divitiarum suffocabant. Erat enim, inquit, habens possessiones multas. Nam qui paucas habet, non ita ab illis detinetur: in multis enim divitiis violentius est vinculum. Porro quia diviti loquebatur Christus, dicebat, Habiturus es thesaurum in cœlo, divitiarum enim amator erat.

Jesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, Dives difficile intrabit in regnum cœlorum. Iterum autem dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei ingredi.] Quamdiu dives est, et ipse quidem habet superflua, et alii non vel necessaria, non ingreditur in regnum cœlorum. Postquam autem excussa sunt omnia, tunc non est dives, et postea intra-

Ἀδύνατον γὰρ πολλὰ ἔχοντα εἰσελθεῖν, ὥσπερ καὶ τὴν κάμηλον ἀδύνατον διελθεῖν διὰ τρυπήματος βελόνης. Ἴδε οὖν πῶς ἀνωτέρω μὲν δύσκολον εἶπε τὸ εἰσελθεῖν, ἐνταῦθα δὲ ἀδύνατον παντελῶς. Τινὲς δὲ κάμηλον οὐ τὸ ζῶόν φασιν, ἀλλὰ τὸ παχὺ σχοινίον, ᾧ χρῶνται οἱ ναῦται πρὸς τὸ ῥίπτειν τὰς ἀγκύρας.

V. 25, 26 Ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐξεπλήσσοντο σφόδρα λέγοντες· τίς ἄρα δύναται σωθῆναι; Ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά.] *Οἱ μαθηταὶ φιλάνθρωποι ὄντες ἐρωτῶσιν οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν, πένητες γὰρ ἦσαν, ἀλλ' ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων. Ὁ οὖν Κύριος διδάσκει μὴ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ συμμετρεῖν τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει. Ἐὰν γάρ τις ἄρξηται μὴ πλεονεκτεῖν, προκόψει καὶ εἰς τὸ τὰ περιττὰ ἀπαντλεῖν, ἀπὸ δὲ τούτου καὶ εἰς τὸ τὰ ἀναγκαῖα κενοῦν προβήσεται, καὶ οὕτως εὐοδοθήσεται συμμαχίᾳ Θεοῦ.*

V. 27 Τότε ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος εἶπεν αὐτῷ· ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν;] *Εἰ καὶ δοκεῖ ὁ Πέτρος μὴ ἀφεῖναί τινα μεγάλα ὡς ὢν πτωχὸς, ἀλλ' οὖν γίνωσκε ὅτι τῷ ὄντι πολλὰ ἀφῆκε καὶ αὐτός. Καὶ γὰρ σχέσιν πλείονα ἔχομεν οἱ ἄνθρωποι ἐν τοῖς ὀλίγοις· ἀλλὰ καὶ πᾶσαν κοσμικὴν ἡδυπάθειαν ὑπερεῖδεν ὁ Πέτρος, καὶ τὴν πρὸς τοὺς γονεῖς φιλοσαρκίαν. Ταῦτα γὰρ τὰ πάθη οὐ μόνον κατὰ πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κατὰ πενήτων ἐπιστρατεύει. Τί οὖν ὁ Κύριος;*

V. 28 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀκολουθήσαντές μοι, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθήσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.] *Ἆρα καθεσθήσονται; οὐχί· ἀλλὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τιμὴν διὰ τῆς καθέδρας ἐδήλωσε. Καὶ ὁ Ἰούδας οὖν καθεσθήσεται; οὐχί. Οἱ ἀκολουθήσαντες γὰρ εἶπε,*

bit. Impossibile est enim multa habentem intrare, sicut et camelum impossibile per foramen acus transire. Vide autem quomodo quod superius dixit difficile, hic dicit impossibile. Nonnulli autem dicunt camelum non animal significare, sed crassum quendam funem, quo nautæ utuntur ut projiciant anchoras.

Auditis autem his discipuli expaverunt valde, dicentes: Quis ergo potest salvus fieri? Intuitus autem illos Jesus dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.] Discipuli ut misericordes non interrogant pro seipsis (pauperes enim fuerant) sed pro omnibus hominibus. Dominus igitur docet non humana infirmitate metiendam salutem, sed divina virtute. Nam si quis cœperit non esse avarus, ita proficiet, ut et superflua exhauriat, et postea eo progredietur ut etiam necessaria evacuet, et sic bene prosperabitur adjuvante Deo.

Tunc respondens Petrus dixit illi: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid igitur erit nobis?] Tametsi videatur Petrus non dimisisse magna aliqua, utpote pauper, attamen disce quod reipsa multum etiam ipse reliquerit. Etenim et parvarum rerum magna tenemur affectione, sed et omnes voluptates Petrus reliquit, et carnalem affectum erga parentes. Illæ enim affectiones non solum contra divites, sed et contra pauperes militant. Quid igitur Dominus?

Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede gloriæ suæ, sedebitis et vos super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel.] Num sedebunt? Minime, sed excellentem honorem per sedem indicavit. Num et Judas sedebit? Non: dicit enim, Qui secuti

τουτέστιν, οἱ ἄχρι τέλους, ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἄχρι τέλους. Ἄλλως τε, πολλάκις ὁ Θεὸς ὑπισχνεῖται ἀγαθά τισιν ἀξίοις οὖσιν· ἐπὰν δὲ μεταβληθεῖεν καὶ ἀνάξιοι γένωνται, ἀφαιρεῖται αὐτά. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σκυθρωποτέρων, πολλάκις ἀπειλεῖ καὶ οὐκ ἐπάγει, μεταβληθέντων ἡμῶν. Παλιγγενεσίαν δὲ τὴν ἀνάστασιν νόει.

V. 29 Καὶ πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίας, ἢ ἀδελφοὺς ἢ
ἀδελφὰς, ἢ πατέρα ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα ἢ τέκνα,
ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλα- 104
σίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.]
Ἵνα μήτις ὑπολάβῃ ἐπὶ μόνων τῶν μαθητῶν ἁρμόζειν τὸ εἰρημένον, ἐπλάτυνε τὴν ὑπόσχεσιν ἐπὶ πάντας τοὺς ποιοῦντας τὰ ὅμοια. Ἕξουσι γὰρ ἀντὶ μὲν τῶν κατὰ σάρκα συγγενῶν τὴν πρὸς Θεὸν οἰκειότητα καὶ τὴν ἀδελφότητα, ἀντὶ δὲ τῶν ἀγρῶν τὸν παράδεισον, καὶ ἀντὶ τῶν ἐκ λίθων οἴκων τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ἀντὶ μητρὸς τὰς ἐν ἐκκλησίᾳ πρεσβύτιδας, ἀντὶ πατρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. Ἀντὶ γυναικὸς πάσας τὰς πιστὰς γυναῖκας, οὐ γάμῳ, ἄπαγε, ἀλλὰ διαθέσει καὶ σχέσει πνευματικῇ καὶ τῇ πρὸς αὐτὰς φιλανθρώπῳ κηδεμονίᾳ. Οὐ κελεύει δὲ ὁ Κύριος χωρίζεσθαι ἁπλῶς ἀπὸ τῶν οἰκείων, ἀλλ' ὅταν ἐμποδίζωσι πρὸς εὐσέβειαν· ὥσπερ
Luc. ix. 24. καὶ ψυχῆς καὶ σώματος κελεύει καταφρονεῖν, οὐχ ὥστε ἀποκτιννύειν ἑαυτούς. Ὅρα δὲ ὅτι ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς οὐ μόνα ταῦτα δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ ζωὴν προστίθησιν αἰώνιον· σπούδασον οὖν καὶ σὺ πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντά σοι, καὶ δοῦναι τοῖς πτωχοῖς. Ὑπάρχοντα δέ εἰσι, τῷ μὲν θυμώδει ὁ θυμὸς, τῷ δὲ μοιχῷ ἡ μοιχευτικὴ διάθεσις, τῷ δὲ μνησικάκῳ ἡ μνησικακία. Πώλησον οὖν ταῦτα, καὶ δὸς τοῖς πτωχοῖς δαίμοσι καὶ παντὸς ἀγαθοῦ ἐστερημένοις. Ἀντίστρεψον τὰ πάθη τοῖς τῶν παθῶν δημιουργοῖς, καὶ τότε ἕξεις τὸν θησαυρὸν, τουτέστι, τὸν Χριστὸν ἐν τῷ οὐρανῷ σου, τουτέστιν, ἐν τῷ ὑψηλῷ σου νοΐ. Οὐρανὸν γὰρ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ὁ γενόμενος οἷος ὁ ἐπουράνιος.

V. 30 Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ ἔσχατοι πρῶτοι.] Τοὺς Ἰουδαίους ἐνταῦθα αἰνίττεται καὶ τοὺς ἐθνικούς. Οἱ μὲν γὰρ πρῶτοι ὄντες, ἔσχατοι ἐγέ-

me fuerint, hoc est, qui usque ad finem; ille autem non usque ad finem. Vel aliter: Sæpe Deus pollicetur bona quibusdam dignis: quando autem exciderint, et indigni fuerint facti, aufert ea. Similiter facit in asperis, sæpe minatur et non inducit, conversis nobis. Per regenerationem autem, resurrectionem intellige.

Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centupla accipiet, et vitæ æternæ hæreditatem sortietur.] Ne quis suspicetur quod dictum est solis congruere discipulis, dilatat promissionem ad omnes qui similia faciunt. Habebunt enim pro carnalibus cognatis familiaritatem et fraternitatem cum Deo, pro agris paradisum, et pro lapideis ædibus supernam Hierusalem, pro matre anus quæ sunt in ecclesia, pro patre presbyteros: pro uxore omnes fideles mulieres: non nuptiis, absit, sed spirituali affectione, et misericorde erga se cura. Non jubet autem Christus separari simpliciter a familiaribus, sed quando ad pietatem obsistunt. Sic etiam corpus et animam jubet contemnere, non ut quis seipsum occidat. Vide autem quod bonus Deus non solum hæc dat, sed et vitam apponit æternam: cura igitur ut et tu vendas facultates tuas, et des pauperibus. Facultates autem sunt, iracundo furor, adultero adulterandi cupiditas, vindictæ avido vindicandi cupido. Vende igitur hæc, et da pauperibus dæmonibus et omni bono privatis: converte affectiones tuas in affectionum auctores: et tunc habebis thesaurum, hoc est, Christum in cœlo tuo, hoc est, in summa mente tua. Cœlum enim habet in seipso qui factus est cœlestis.

Multi autem erunt primi novissimi, et novissimi primi.] Judæos hic insinuat et Gentiles. Nam qui primi erant,

νοντο· οἱ δὲ ἐθνικοὶ ἔσχατοι ὄντες, πρῶτοι κατέστημεν· καὶ ἵνα σαφῶς μάθῃς τὸ λεγόμενον, ἐπισυνάπτει καὶ τὴν ἐπομένην παραβολήν.

ΚΕΦ. κʹ.

ΟΜΟΙΑ *γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Καὶ συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Καὶ ἐξελθὼν περὶ τρίτην ὥραν, εἶδεν ἄλλους ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ ἐκείνοις εἶπεν· ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν· οἱ δὲ ἀπῆλθον. Πάλιν δὲ ἐξελθὼν περὶ ἕκτην καὶ ἐννάτην ὥραν ἐποίησεν ὡσαύτως. Περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐξελθὼν εὗρεν ἄλλους ἑστῶτας ἀργούς. Καὶ λέγει αὐτοῖς· τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; λέγουσιν αὐτῷ· ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς[1] ἐμισθώσατο. Λέγει αὐτοῖς· ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεσθε.*] Ὁ Χριστός ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν
οὐρανῶν, ὃς ὁμοιοῦται ἀνθρώπῳ, καθ' ὃ μορφὴν ἡμετέραν 105
ἔλαβεν· οἰκοδεσπότης δὲ, ὡς δεσπόζων τοῦ οἴκου, τουτέστι τῆς ἐκκλησίας. Οὗτος οὖν ὁ Χριστὸς ἐξῆλθεν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ πατρὸς, καὶ μισθοῦται ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα, ἤτοι τὰς γραφὰς ἢ τὰς ἐντολάς. Ἢ ἕκαστον μισθοῦται εἰς τὸ ἐργάζεσθαι τὸν ἀμπελῶνα, ἤτοι τὴν οἰκείαν ψυχήν. Μισθοῦται δὲ τὸν μὲν τὸ πρωῒ, τουτέστι, κατὰ τὴν νεαρὰν ἡλικίαν· τὸν δὲ κατὰ τὴν τρίτην ὥραν, τὴν μειρακιώδη ἡλικίαν· τοὺς δὲ κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ἐννάτην, ὅτε εἰκοστουπέμπτου εἴη τις ἐνιαυτοῦ, ἢ τριακοστοῦ, καὶ ἁπλῶς ἀνδρικῆς ἡλικίας· περὶ δὲ τὴν ἑνδεκάτην τοὺς γέροντας· πολλοὶ γὰρ καὶ γέροντες ἐπίστευσαν. Ἢ καὶ ἄλλως, ἡμέρα λέγεται ὁ παρὼν αἰὼν, ἐν αὐτῷ γὰρ ἐργαζόμεθα ὡς ἐν ἡμέρᾳ. Ἐκάλεσεν οὖν ὁ Κύριος τῇ πρώτῃ ὥρᾳ τοὺς περὶ τὸν Ἐνὼχ καὶ

[1] ἡμᾶς ἐμισθώσατο.] Deest ἡμᾶς in ed. Venet.

facti sunt novissimi: Gentiles autem, qui eramus novissimi, primi constituti sumus: et ut manifeste discas quod dicitur, coaptat etiam sequentem parabolam.

CAPUT XX.

SIMILE enim est regnum cœlorum homini patrifamilias qui exiit primo statim diluculo ad conducendos operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis in singulos dies ex denario, misit eos in vineam suam. Et egressus circiter horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, et illis dixit: Ite et vos in vineam meam, et quodcunque justum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum quum exisset circa sextam et nonam horam, similiter fecit. Circa undecimam vero horam exiit, et invenit alios stantes otiosos, et dixit illis: Cur hic statis tota die otiosi? Dicunt illi: Quia nullus nos conduxit. Dixit illis: Abite et vos in vineam: et quicquid justum fuerit, accipietis.] Christus est regnum cœlorum, qui assimilatur homini, secundum quod humanam accepit formam: paterfamilias autem, quia Dominus est domus, hoc est, ecclesiæ. Hic igitur Christus exiit e finibus paternis, et conduxit operarios in vineam, hoc est, scripturas, vel mandata. Vel, unumquemque conduxit ut operetur vineam, hoc est, suam animam. Cunducit autem alium quidem primo diluculo, hoc est, in pueritia: alium autem hora tertia, hoc est, adolescentia: rursus alios sexta et nona, quando quis vigintiquinque fuerit annorum, vel triginta, et simpliciter in virili ætate: porro circa undecimam, senes. Multi enim et senes crediderunt. Vel aliter. Dies dicitur præsens sæculum, in illo enim operamur sicut in

τὸν Νῶε· τῇ τρίτῃ τοὺς περὶ τὸν Ἀβραάμ· τῇ ἕκτῃ τοὺς περὶ τὸν Μωσέα· τῇ ἐννάτῃ τοὺς προφήτας· τῇ ἐνδεκάτῃ, ἤτοι τῷ τέλει τῶν αἰώνων, τοὺς Ἐθνικοὺς, οἳ ἀργοὶ ἦσαν πάσης ἀγαθοεργίας· οὐδεὶς γὰρ αὐτοὺς ἐμισθώσατο, ὅτι μηδὲ ἀπεστάλη προφήτης τις εἰς τὰ ἔθνη.

V. 8—16 Ὀψίας δὲ γενομένης λέγει ὁ Κύριος τοῦ ἀμπελῶνος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτοῦ· κάλεσον τοὺς ἐργάτας, καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἕως τῶν πρώτων. Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἐνδεκάτην ὥραν ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον. Ἐλθόντες δὲ οἱ πρῶτοι ἐνόμισαν ὅτι πλείονα λήψονται. Καὶ ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον· λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου λέγοντες ὅτι, οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν, καὶ ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν ἑνὶ αὐτῶν· ἑταῖρε οὐκ ἀδικῶ σε. Οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι; ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε. Θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί· ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; Οὕτως ἔσονται οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι. Πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.] *Ὀψία, ἡ συντέλεια. Ἐν γοῦν τῇ συντελείᾳ λαμβάνουσι πάντες ἀνὰ δηνάριον, ὅ ἐστιν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις, ἀναμορφοῦσα τὸν ἄνθρωπον εἰς τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ ποιοῦσα θείας φύσεως κοινωνόν. Πλέον δὲ ἐκοπίασαν οἱ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίας, καθ' ὃ οὔπω ἦν τότε ὁ θάνατος λυθεὶς, οὐδὲ ὁ διάβολος συνετρίβη, ἀλλ' ἔτι ἔζη ἡ ἁμαρτία. Ἡμεῖς δὲ χάριτι Χριστοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος δικαιωθέντες, δύναμιν λαμβάνομεν εἰς τὸ νικῆσαι τὸν ἀντίπαλον ἡμῶν, ἤδη καταβληθέντα καὶ θανατωθέντα ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν προτέραν ἑρμηνείαν, οἱ νεώτεροι πιστεύσαντες πλείονα κάματον ἔχουσιν ὑπὲρ τοὺς ἐν γήρᾳ προσελθόντας· ὁ μὲν γὰρ νέος τὸ βάρος τοῦ θυμοῦ καὶ τὸν καύσωνα τῆς ἐπιθυμίας βαστάζει, πολεμῶν τοῖς πάθεσιν,*

die. Vocavit igitur Dominus prima hora Enoch et Noe, tertia Abraham, sexta Mosen, nona prophetas, undecima autem, hoc est, in consummatione sæculi, Gentiles, qui otiosi fuerunt ab omni bono: nullus enim eos conduxerat, neque missus est propheta quis ad Gentes.

Quum autem vespera facta esset, dixit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercedem, incipiens a postremis usque ad primos. Et quum venissent qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singuli denarium. Venientès autem et primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi, et acceperunt ipsi quoque singuli denarium. Et quum accepissent, murmurabant adversus patrem familias, dicentes: Hi novissimi unam horam fuerunt in opere, et illos pares nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et æstum? At ille respondens uni eorum, ait: Amice, non afficio te injuria. Nonne denario pactus es mecum? tolle quod tuum est, et abi. Volo autem huic novissimo dare sicut et tibi. An non licet mihi quod volo facere in rebus meis? an oculus tuus malus est, quod ego bonus sim? Sic novissimi erunt primi, et primi novissimi. Multi enim sunt vocati, pauci autem electi.] Vespera est consummatio: in fine autem diei et consummatione accipiunt omnes suum denarium, qui est Spiritus sancti gratia, transformans hominem ad suum exemplar, et faciens divinæ naturæ participem. Plus autem laboraverunt qui ante Christi adventum fuerunt, eo quod tunc nondum erat mors soluta, neque diabolus contritus, sed adhuc vivebat peccatum. Nos autem gratia Christi per baptismum justificati, virtutem accipimus ad vincendum adversarium nostrum, jam dejectum et occisum a Christo. Et juxta priorem interpretationem qui juvenes credidere, majorem laborem habent, quam hi qui in senectute ad fidem accesserunt. Adolescens enim pondus iræ, et æstum concupiscentiæ gestat, certans cum affectionibus: se-

ὁ δὲ γέρων ἐν γαλήνῃ γίνεται· ἀλλ' ὅμως πάντες μιᾶς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀξιοῦνται. Διδάσκει οὖν ἡμᾶς ἡ 106
παραβολὴ, ὅτι κἂν τῷ γήρᾳ ἐστὶ μεταγῶναι καὶ τῆς βασιλείας τυχεῖν· τοῦτο γὰρ ἡ ἑνδεκάτη ὥρα. Οὐ φθονήσουσι δὲ οἱ ἅγιοι τοῖς τὰ ἴσα λαβοῦσιν, ἄπαγε, ἀλλὰ τοῦτο δείκνυται ἐντεῦθεν, ὅτι τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτά εἰσι τὰ διδόμενα τοῖς δικαίοις ἀγαθὰ, ὥστε καὶ φθόνον κινῆσαι δύνανται.

V. 17—21 Καὶ ἀναβαίνων ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα παρέλαβε τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ, καὶ παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι καὶ μαστιγῶσαι καὶ σταυρῶσαι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Τότε προσῆλθεν αὐτῷ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου μετὰ τῶν υἱῶν αὐτῆς, προσκυνοῦσα καὶ αἰτοῦσά τι παρ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· τί θέλεις; Λέγει αὐτῷ· εἰπὲ ἵνα καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.] *Ἐνόμιζον οἱ τοῦ Ζεβεδαίου, ὅτι ἐὰν ἀπέλθῃ εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Κύριος, βασιλεύσει αἰσθητὴν βασιλείαν. Ἤκουον γὰρ αὐτοῦ συνεχῶς λέγοντος ὅτι ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἔπαθον οὖν ἀνθρώπινόν τι, καὶ προσελθεῖν τὴν μητέρα πείθουσιν, αὐτοὶ εὐλαβούμενοι ἐν τῷ φανερῷ προσελθεῖν· κρύφα γὰρ προσῆλθον καὶ αὐτοὶ, ὡς ὁ Μάρκος λέγει· φησὶ γὰρ ὅτι προσπορεύονται αὐτῷ* Marc. x. 35. *Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, ἀντὶ τοῦ λάθρα καὶ ἰδίᾳ προσέρχονται.*

V. 22 Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν; ἢ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆναι; λέγουσιν αὐτῷ, δυνάμεθα.] *Τὴν μητέρα καταλείψας τοῖς υἱοῖς διαλέγεται, ἵνα δείξῃ ὡς οὐκ ἠγνόησεν ὅτι αὐτοὶ προεβάλοντο τὴν μητέρα, καὶ φησὶ πρὸς αὐτοὺς, οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε, πῶς ἐστι μέγα καὶ τὰς*

nex autem in tranquillo est: attamen omnes nos unum donum Spiritus sancti assequimur. Docet igitur nos parabola, quod in senectute etiam licet resipiscere, et regnum cœlorum assequi. Hæc enim undecima hora est. Non invidebunt sancti his qui paria accipiunt, absit, sed ostendit hic quod tanta et talia sunt bona quæ dantur justis, ut et invidiam excitari possint.

Et ascendens Jesus Hierosolyma, assumpsit duodecim discipulos suos solos in via, et ait illis: Ecce conscendimus Hierosolyma, et filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, et condemnabunt eum morte, et tradent eum gentibus ad illudendum, et flagellandum, et crucifigendum, et tertio die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo. At ille dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus a dextris tuis, et alter ad sinistram tuam in regno tuo.] Opinabantur filii Zebedæi quod vadens Hierosolyma Dominus regnaturus esset regno quodam temporali. Audierant enim eum sæpe dicentem, Conscendimus Hierosolyma. Passi autem sunt humanum quid, et ut mater accedat persuadent, ipsi reveriti in manifesto accedere: clanculo enim accesserunt et ipsi, ut Marcus dicit. Accedunt enim, inquit, ad eum Jacobus et Joannes, hoc est, privatim et seorsum accedunt ad eum.

Respondens autem Jesus dixit: Nescitis quid petitis. Potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum, aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei: Possumus.] Matre præterita filiis loquitur: ut ostendat quod non ignoraverit ab ipsis præmissam matrem, et dicit ad illos, Nescitis quid petitis, quod magnum est, et angelicas virtutes

τῶν ἀγγέλων δυνάμεις ἐκπλῆττον. Εἶτα ἀπάγων αὐτοὺς τῶν τοιούτων λογισμῶν ἐπὶ κινδύνους μᾶλλον προτρέπεται. Ἐρωτᾷ δὲ οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλ' ἵνα ἀναγκάσῃ φανερῶσαι τὸ ἕλκος διὰ τῆς ἀποκρίσεως, καὶ σπουδάσωσι πληρῶσαι τὴν ὑπόσχεσιν. Τοῦτο γὰρ λέγει, ὅτι ἐπεὶ οὐ δύναταί τις γενέσθαι κοινωνὸς τῆς βασιλείας μου, εἰ μὴ καὶ τῶν ἐμῶν παθημάτων γένηται κοινωνὸς, εἴπατέ μοι, εἰ δύνασθε τὰ ὅμοια παθεῖν; Ποτήριον γὰρ λέγει τὸ μαρτύριον καὶ τὸν οἰκεῖον θάνατον, ἅμα μὲν δεικνύων, ὅτι εὔκολόν ἐστιν, ὥσπερ τὸ πιεῖν ποτήριον, καὶ δεῖ λοιπὸν καὶ ἡμᾶς ὡς εὐκόλῳ τούτῳ προστρέχειν· ἅμα δὲ δηλῶν, ὅτι καὶ αὐτὸς ἡδέως προσίεται τὸν θάνατον. Ὥσπερ δὲ ὁ πίνων ποτήριον εὐθέως ὑπνώττει, καταβαρούμενος, οὕτω καὶ ὁ τὸ τοῦ μαρτυρίου ποτήριον πίνων εἰς τὸν τοῦ θανάτου καταφέρεται ὕπνον. Καὶ βάπτισμα δὲ ὀνομάζει τὸν θάνατον αὐτοῦ, ὡς καθαρτικὸν ὄντα πάντων ἡμῶν. Οἱ δὲ ὑπέσχοντο, οὐκ εἰδότες ὃ ἔλεγον, ἀλλὰ μόνον πρὸς τὸ τυχεῖν ὧν ἤθελον, πάντα εὐκόλως ὑπισχνούμενοι.

V. 23 **Καὶ λέγει αὐτοῖς· τὸ μὲν ποτήριόν μου πίεσθε, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ πατρός μου.]** Μαρτυρήσετε μὲν, οἶδα τοῦτο· καὶ ἐξέβη πάντως. Ἰάκωβον μὲν γὰρ 107
Ἡρώδης ἀπέκτεινεν, Ἰωάννην δὲ Τραϊανὸς κατεδίκασε μαρτυροῦντα τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας. Τὸ δὲ καθίσαι οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται, τουτέστιν, ἐὰν εὑρεθῇ τις μετὰ τοῦ μαρτυρῆσαι καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀρετὴν ἔχων, ἐκεῖνος λήψεται τὴν δωρεάν. Ἐκείνῳ γὰρ ἡτοίμασται τῷ κοπιάσαντι. Ὥσπερ καὶ τοῖς ἀθλοῦσιν οἱ στέφανοι ἑτοιμάζονται· ὥσπερ οὖν ἀγῶνος δρομικοῦ προκειμένου, καὶ ἀγωνοθετοῦντος τοῦ βασιλέως, ἐὰν προσέλθῃ τις μηδόλως ἀγωνισάμενος, καὶ εἴπῃ· δός ἐμοὶ τὸν στέφανον, ὦ ἀγωνοθέτα, τῷ μὴ ἀγωνισαμένῳ, εἴποι ἂν αὐτῷ ἐκεῖνος· οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι κατὰ χάριν τὸν στέφανον, ἀλλ' ᾧ ἡτοίμασται, τουτέστι, τῷ δραμόντι καὶ νικήσαντι· οὕτω δὴ κἀνταῦθά φησιν ὁ Χριστὸς, ὅτι οὐκ ἐγὼ κατὰ χάριν δύναμαι δοῦναι ὑμῖν τὴν

concutiens. Deinde abducens illos ab hujusmodi cogitationibus, ad pericula magis hortatur. Interrogat autem, non ignorans, sed ut cogat manifestare ulcus per responsum, et studeant implere promissionem. Hoc enim dicit, Quia non potest quis fieri particeps regni mei, nisi et mearum passionum particeps fiat, dicite mihi, num possitis similia pati? Poculum enim dicit martyrium, et suam mortem: simul ostendens quod leve sit, tanquam poculi potatio; et declarans quod ipse suaviter accedat ad mortem. Sicut enim bibens poculum statim dormit gravatus: sic et qui martyrii poculum bibit, in mortis somnum defertur. Baptisma quoque mortem suam nominat, quod nos omnes purificet. Hi vero nescientes quid promitterent, sed solum spectantes ad id quod cupiebant, omnia facile pollicebantur.

Ait illis: Poculum quidem meum bibetis, et baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dextram meam et sinistram, non est meum dare, sed quibus paratum est a patre meo.] Scio quidem vos testificaturos, dixit: atque ita omnino res evenit, et evenient hæc omnino. Jacobum enim Herodes occidit, Joannem autem Trajanus condemnavit prædicantem verbum veritatis. Porro sedere non est meum dare, sed quibus præparatum est: sic intellige, Si inventus fuerit quis cum veritatis testificatione, omni alia virtute præditus, ille accipiet donum. Illi enim præparatum est, qui laboraverit, sicut et certantibus coronæ sunt præparatæ. Quemadmodum cursus certamine proposito, ac rege certaminis præside, si quispiam qui non certasset prodeat, et dicat: Da mihi coronam non ingresso stadium, o certaminis præses, huic respondere utique ille poterit: Non est meum dare ad gratiam coronam, sed quibus præparatum est, hoc est, his qui cucurrerint et vicerint. Sic autem et hoc loco dicit Christus, Ego non possum ad gratiam dare vobis sedem a

ἐκ δεξιῶν μου καθέδραν· ἄλλων γὰρ, τῶν κοπιασάντων ἐστὶ, καὶ ἐκείνοις ἡτοίμασται. Ἐρωτήσεις οὖν, ἆρα λοιπόν τινες μέλλουσι καθεσθῆναι; μαθήσῃ δὲ ὅτι οὐδεὶς ἐκεῖ καθήσεται. Μόνης γὰρ τῆς θείας οὐσίας τοῦτό ἐστι. Πρὸς τίνα γὰρ τῶν ἀγγέλων εἶπε, κάθου ἐκ δεξιῶν μου; Ἀλλὰ τοῦτο εἶπεν ὁ Κύριος πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν· μὴ νοήσαντες γὰρ ὅτι τὸ καθεσθῆναι ἐπὶ δώδεκα θρόνους τὸ δοξασθῆναί ἐστι δι' ἀρετὴν, ἐζήτουν τοιαύτην καθέδραν.

Heb. i. 5.

V. 24—28 **Καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος αὐτοὺς εἶπεν· οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν. Οὐχ οὕτως ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔσται ὑμῶν διάκονος, καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔσται ὑμῶν δοῦλος· ὥσπερ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν.]** Ὅτε εἶδον οἱ δέκα τοὺς δύο ἐπιτιμηθέντας παρὰ τοῦ Χριστοῦ, τότε καὶ αὐτοὶ ἀγανακτοῦσι, καὶ ἔδειξαν ὅτι καὶ προήχθοντο ἐπὶ τῇ τούτων τιμῇ. Ἔτι γὰρ ἦσαν ἀτελεῖς· οἱ μὲν γὰρ κατεξανίσταντο τῶν δέκα· οἱ δὲ ἐφθόνουν τοῖς δύο. Ἐπεὶ οὖν οἱ δέκα ἀκούσαντες ἐθορυβήθησαν, προσκαλεῖται αὐτοὺς, τῇ κλήσει πρὸ τῶν λόγων αὐτοὺς καταπραΰνων. Καὶ γὰρ οἱ τοῦ Ζεβεδαίου ἀποῤῥαγέντες τῶν ἄλλων ὁμίλουν αὐτῷ· πᾶσιν οὖν κοινῶς ὁμιλεῖ· εἰδὼς γὰρ τυραννικὸν τὸ φιλόπρωτον, καὶ σφοδροτέρας δεόμενον πληγῆς, βαθύτερον αὐτῶν καθικνεῖται εἰς τὴν τῶν ἐθνικῶν καὶ ἀπίστων μοῖραν αὐτοὺς ἀποῤῥίπτων, εἰ φιλοδοξεῖν θέλοιεν. Καὶ οὕτως αὐτοὺς ἐντρέπει φάσκων, οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι, διότι ἄρχουσι, λαμπρύνονται· καὶ τὸ ἐρᾷν τῶν πρωτείων, τῶν ἐθνικῶν ἐστι πάθος· οἱ δὲ ἐμοὶ μαθηταὶ ἀπὸ ταπεινώσεως τιμῶνται· ὥστε καὶ ὁ μείζων θέλων εἶναι ὀφείλει διακονεῖν τοῖς ὑποδεεστέροις· ὅπερ τῆς ἄκρας ἐστὶ ταπεινώσεως. Ἐν ἐμαυτῷ δὲ τοῦτο δείκνυμι, ὃς ἄρχων ὢν καὶ βασιλεὺς τῶν ἐν οὐρανοῖς ἐταπείνωσα ἐμαυτὸν, διακονήσων ὑμῖν

dextris meis: aliorum enim est qui laboraverint, et illis præparata est. Rogabis igitur consequenter, an aliqui sessuri sint? Discas autem quod nullus ibi sessurus est: hoc enim solius divinæ naturæ est. Ad quem enim angelorum dixit, Sede a dextris meis? Verum hoc Dominus dixit juxta illorum opinionem: quærebant enim hanc sedem, non intelligentes quod sedere super duodecim sedes sit glorificari propter virtutem.

Et quum audissent decem, indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocavit eos ad se, et ait: Scitis quod principes gentium dominentur illis: et qui magni sunt, potestatem exerceant in eos. Non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, erit vester minister: et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus: sicut filius hominis non venit ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, atque daret animam suam redemptionem pro multis.] Ubi viderunt decem duos illos a Christo honoratos, tunc et ipsi indignati sunt, et ostenderunt se commotos ob istorum honorem. Adhuc enim erant imperfecti: nam illi adversus decem insurgebant, hi vero duobus invidebant. Postquam igitur decem his auditis turbati fuerunt, arcessit illos, vocatione ante sermonem eos demulcens. Etenim filii Zebedæi avulsi ab aliis conversabantur cum ipso. Omnibus itaque simul loquitur. Sciens enim quam sit tyrannica, et gravi indigeat reprehensionis plaga ambitio, acrius eos perstringit, et abjicit eos in infidelium et Gentilium portionem, si inani gloriæ studere voluerint: et sic eos adhortatur, dicens: Alii quidem homines, quia regunt, clari sunt; et amare primatum Gentilium est affectio: meos autem discipulos humilitas commendat, et honorabiles facit: atque adeo qui major esse voluerit, debet his qui opus habent ministrare; id quod præcipuæ humilitatis est. Et hoc in meipso ostendo, cum enim sim princeps et rex cœlestium, humiliavi memetipsum, ita ut vobis minis-

εἰς τὴν σωτηρίαν· καὶ τοσοῦτον δουλεύσων ὑμῖν, ὥστε καὶ 108
τὴν ψυχὴν δοῦναι λύτρον ἀντὶ πολλῶν, τουτέστι πάντων. Οἱ γὰρ πάντες, πολλοί.

V. 29—34 Καὶ ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Ἱεριχὼ, ἠκολούθησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς. Καὶ ἰδοὺ δύο τυφλοὶ καθήμενοι παρὰ τὴν ὁδὸν, ἀκούσαντες ὅτι Ἰησοῦς παράγει, ἔκραξαν λέγοντες· ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε υἱὸς Δαυίδ. Ὁ δὲ ὄχλος ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα σιωπήσωσιν. Οἱ δὲ μεῖζον ἔκραζον, λέγοντες· ἐλέησον ἡμᾶς, Κύριε υἱὸς Δαυίδ. Καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς ἐφώνησεν αὐτοὺς, καὶ εἶπε· τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; Λέγουσιν αὐτῷ· Κύριε, ἵνα ἀνοιχθῶσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί. Σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.] Ἀπὸ τῆς φήμης οἱ τυφλοὶ γνόντες τὸν Κύριον, ἐδράξαντο τοῦ καιροῦ, ἀκούσαντες μὲν ὅτι παρέρχεται τὴν ὁδὸν, πιστεύσαντες δὲ ὅτι Ἰησοῦς, ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τὸ κατὰ σάρκα, δυνατὸς ἦν θεραπεῦσαι αὐτούς. Ὡς δὲ ἄγαν θερμοὶ περὶ τὴν πίστιν, οὐδὲ ἐπιστομιζόμενοι ἐσιώπων, ἀλλὰ καὶ πλείω ἔκραζον· ὅθεν οὐδὲ ἐρωτᾷ αὐτοὺς εἰ πίστιν ἔχουσιν, ἀλλὰ τί θέλουσιν, ἵνα μήτις νομίσῃ ὅτι ἄλλα βουλομένοις ἄλλα δίδωσι. Δείκνυσιν οὖν ὅτι οὐχ ἕνεκεν τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἐβόων, ἀλλὰ τοῦ ἰαθῆναι· ἁψάμενος δὲ θεραπεύει, ἵνα μάθωμεν, ὅτι πᾶν μέλος τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς ζωοποιὸν καὶ
Luc. xviii. 35. Marc. x. 46. Θεοῦ μέλος ἦν. Εἰ δὲ ὁ Λουκᾶς καὶ ὁ Μάρκος ἕνα λέγουσι τὸν τυφλὸν, οὐδὲν τοῦτο διαφωνεῖ· ἐκεῖνοι γὰρ τοῦ ἐπιφανεστέρου ἐμνήσθησαν. Ἄλλως τε, ὁ Λουκᾶς λέγει ὅτι πρὸ τοῦ ἀπελθεῖν εἰς Ἱεριχὼ ἐθεράπευσε τυφλόν· ὁ δὲ Μάρκος, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἀπὸ Ἱεριχώ. Ὁ οὖν Ματθαῖος φιλοσύντομος ὢν περιέλαβεν ἐν ταὐτῷ τοὺς δύο. Νόησον δὲ τυφλοὺς, τοὺς ἐξ ἐθνῶν, οἳ ἐκ παρόδου ἰάθησαν· οὐ γὰρ προηγουμένως ἦλθεν ὁ Χριστὸς διὰ τοὺς ἐθνικοὺς, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐξ Ἰσραήλ· ὥσπερ δὲ οἱ τυφλοὶ ἐξ ἀκοῆς ἔμαθον περὶ τοῦ Ἰησοῦ, οὕτω καὶ οἱ ἐθνικοὶ ἐξ ἀκοῆς πίστεως· οἱ δὲ ἐπιστομίζοντες τοὺς τυφλοὺς μὴ κράζειν τὸ

trem ad salutem: et in tantum ministrem vobis, ut et animam meam ponam redemptionem pro multis, hoc est, omnibus: omnes enim multi.

Et egredientibus illis a Hiericho, secuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus viam quum audissent quod Jesus transiret, clamaverunt dicentes: Miserere nostri, Domine fili David. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Miserere nostri, Domine fili David. Et stetit Jesus, ac vocavit eos, et ait: Quid vultis ut faciam vobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Jesus tetigit oculos eorum, et confestim visum receperunt oculi illorum, et secuti sunt eum.] Fama agnoverant cæci Dominum, et observabant tempus quum audissent quod præteriret. Crediderunt autem quod Jesus (qui ex semine David secundum carnem) posset curare illos. Et plane multum fervebant fide, neque dum tacere juberentur, silebant, sed longe amplius clamabant. Unde non interrogavit illos an fidem habeant, sed quid vellent: ne quis existimet quod alia det alia volentibus. Monstrat igitur quod non pecuniæ gratia ad se clamarint, sed ut curentur. Tactos autem curat, ut discamus omnia sanctæ carnis Christi membra, vivifica et Dei membra esse. Quod autem Lucas et Marcus unum dicunt cæcum fuisse, non ab his dissonat. Illi enim insignioris mentionem fecerunt. Vel aliter, Lucas dicit quod antequam veniret in Hiericho, curarit cæcum; Marcus autem postquam exivit de Hiericho: Matthæus vero brevitatis amator simul utrumque complexus est. Intellige autem per cæcos, eos qui ex Gentibus, qui secus viam curati sunt. Non enim præcipue venit Christus propter gentes, sed propter Israelitas. Quemadmodum autem cæci audiendo didicerunt de Jesu, sic et gentes ex auditu fidei.

ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, εἰσὶν οἱ διῶκται τύραννοι, οἳ ἐπειρῶντο ἐπιστομίζειν τὴν ἐκκλησίαν, ἀλλ' ἐκείνη πλέον ὡμολόγει τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα· διὸ καὶ ἰάθη καὶ βλέπει τὸ τῆς ἀληθείας φῶς τρανώτερον, καὶ ἀκολουθεῖ τῷ Χριστῷ, κατὰ τὸν βίον μιμουμένη αὐτόν.

ΚΕΦ. κα'.

ΚΑΙ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγὴ πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, τότε ὁ Ἰησοῦς ἀπέστειλε δύο μαθητὰς, λέγων αὐτοῖς· πορεύθητε εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν, καὶ εὐθέως εὑρήσετε ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς. 109
Λύσαντες ἀγάγετέ μοι· καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε ὅτι ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει· εὐθέως δὲ ἀποστέλλει αὐτούς. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιὼν, ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραῢς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου.] Ἐκάθισεν ἐπὶ τῆς ὄνου, οὐδεμιᾶς ἄλλης οὔσης χρείας, εἰ μὴ τοῦ πληρῶσαι τὴν προφητείαν, καὶ ἵνα δείξῃ ὑμῖν ὅπως δεῖ εὐτελῶς ἐποχεῖσθαι· οὐ γὰρ ἐφ' ἵππου, ἀλλ' ἐπὶ ὀναρίου εὐτελοῦς ὠχήθη. Πληροῖ γοῦν τὴν προφητείαν καὶ καθ' ἱστορίαν καὶ κατὰ ἀναγωγήν· καθ' ἱστορίαν μὲν, ὡς ἐπὶ ὄνου καθίσας, τὸ ὁρώμενον· κατὰ ἀναγωγὴν δὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ πώλου ἐκάθισε, τοῦ νέου καὶ ἀδαμάστου λαοῦ, τοῦ ἀνυποτάκτου. Ἐδέδεντο δὲ καὶ ἡ ὄνος καὶ ὁ πῶλος ταῖς σειραῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν. Δύο δὲ ἀπεστάλησαν λύσοντες, ὁ μὲν Παῦλος εἰς τὰ ἔθνη, Πέτρος δὲ εἰς τὴν περιτομὴν, τουτέστι τοὺς Ἰουδαίους. Καὶ μέχρι δὲ τοῦ νῦν δύο λύουσιν ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, ὁ Ἀπόστολος καὶ τὸ Εὐαγγέλιον. Ἔρχεται δὲ ὁ Χριστὸς πραῢς, οὐ γὰρ ἦλθε κρῖναι τὸν κόσμον ἐν τῇ πρώτῃ παρουσίᾳ, (Joan. iii. 17.) ἀλλὰ σῶσαι. Ἀλλὰ καὶ οἱ μὲν ἄλλοι βασιλεῖς τῶν Ἑβραίων ἅρπαγες ἦσαν καὶ ἄδικοι, ὁ δὲ Χριστὸς βασιλεὺς πραΰς.

Hi autem qui silentium imperant cæcis, ne clamando invocent nomen Jesu, sunt persecutores tyranni, qui tentant ecclesiæ os obturare: sed illa multo magis confitetur nomen Christi: idcirco sanatur, et videt veritatis lumen clarius, et sequitur Christum, vitam ejus imitando.

CAPUT XXI.

ET cum appropinquassent Hierosolymis, et venissent Bethphage ad montem Olivarum, tunc Jesus misit duos discipulos, dicens illis: Ite in pagum quod contra vos est, et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum ea: solvite, et adducite mihi: et si quis vobis aliquid dixerit, dicite: Dominus his opus habet: et confestim emittit eos. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pullum filium subjugalis.] Sedit super asinam, non in ullum alium usum, quam ut impleretur prophetia, et ut ostenderet vobis quomodo oporteat viliter vehi: non enim equo, sed asello vili vectus est. Implet igitur prophetiam et juxta historiam, et juxta anagogen. Nam juxta historiam visibili asino insedit: et juxta anagogen quoque, quia etiam pullo insedit novo, indomito, et obedientiæ nescio populo. Ligati autem erant asina et pullus catenis suorum peccatorum. Duo missi sunt ad solvendum, Paulus quidem ad gentes, Petrus vero ad circumcisionem, hoc est, ad Judæos. Et usque in hodiernum diem duo nos solvunt a peccatis, Apostolus et Evangelium. Venit autem Christus mansuetus. Non enim venit ut judicet mundum in primo adventu, sed ut salvet. Et alii quidem reges Judæorum fuerunt rapaces et injusti, Christus autem rex mansuetus.

V. 6, 7 **Πορευθέντες δὲ οἱ μαθηταὶ, καὶ ποιήσαντες καθὼς προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ἤγαγον τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν.]** Ὁ μὲν Λουκᾶς καὶ ὁ Μάρκος ὑποζύγιον μόνον εἶπον, Ματθαῖος δὲ ὄνον καὶ πῶλον, οὐκ ἐναντία λέγοντες· ἀγομένῳ γὰρ τῷ πώλῳ συνηκολούθει καὶ ἡ μήτηρ. Ἐκάθισε δὲ ἐπάνω αὐτῶν, οὐχὶ τῶν δύο ὑποζυγίων, ἀλλὰ τῶν ἱματίων· ἢ πρῶτον μὲν ἐκάθισεν ἐπὶ τῆς ὄνου, εἶτα καὶ ἐπὶ τοῦ πώλου. Ἐπεὶ καὶ πρῶτον ἐπανεπαύσατο τῇ τῶν Ἰουδαίων συναγωγῇ, εἶτα τῷ ἐξ ἐθνῶν λαῷ.

V. 8, 9 **Ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν αὐτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ· ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ. Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον λέγοντες· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.]** Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν πολλὴν τιμὴν ἐμφαίνει ἡ τῶν ἱματίων ὑπόστρωσις, καὶ τῶν κλάδων ἡ τομὴ, πανηγύρεως ἔνδειξις· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν μάνθανε ὅτι μετὰ τὸ ἐπιθεῖναι τοὺς ἀποστόλους τὰ ἱμάτια αὐτῶν, ἤτοι τὰς ἀρετὰς αὐτῶν, τότε ἐπικάθηται ὁ Κύριος. Εἰ γὰρ μὴ καλλωπισθῇ ἡ ψυχὴ ταῖς ἀποστολικαῖς ἀρεταῖς, οὐκ ἐποχεῖται ἐπὶ ταύτης ὁ Θεός. Οἱ δὲ προάγοντές εἰσιν οἱ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ σαρκώσεως προφῆται· οἱ δὲ ἀκολουθοῦντες οἱ μετὰ ταῦτα μάρτυρες καὶ διδάσκαλοι, οἳ τὰ ἱμάτια αὐτῶν στρωννύουσι τῷ Χριστῷ, τουτέστι, τὴν σάρκα ὑποτάσσουσι τῷ πνεύματι· ἱμάτιον γὰρ καὶ κάλυμμα τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα. Ἔστρωσαν οὖν ἐν τῇ ὁδῷ, τουτέστι, ἐν τῷ Χριστῷ. Ἐγὼ γάρ εἰμι ἡ
Joan. xiv. 6. ὁδὸς, φησίν. Ἐὰν γὰρ μή τις τὴν σάρκα αὐτοῦ στρώσῃ, τουτέστι ταπεινώσῃ, ἐν τῇ ὁδῷ, τουτέστιν, ἐν τῷ 110
Χριστῷ μένων, καὶ μὴ αἱρετικὸς ὢν, οὐκ ἐποχεῖται ἐπὶ τούτου ὁ Κύριος. Τὸ δὲ ὡσαννὰ, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ὕμνον ἢ ψαλμὸν σημαίνει, οἱ δὲ, ὃ καὶ ἀκριβέστερον, σῶσον δή. Ἐρχόμενος δὲ λέγεται ὁ Κύριος, ὡς προσδοκώμενος παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ἐλθεῖν· οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἰωάννης λέγει·

Euntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat illis Jesus. Et adduxerunt asinam et pullum, et imposuerunt super eos vestimenta sua: et consedit super illa.] Lucas quidem et Marcus subjugalem solum dixerunt; Matthæus autem asinam et pullum. Non dixerunt contrarium, ducentes enim pullum secuta est mater. Consedit autem super illa: non super duo jumenta, sed super vestes. Aut primum quidem sedit super asinam, postea super pullum: quia et primum quievit in Judæorum synagoga, deinde in Gentili populo.

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii vero cædebant ramos de arboribus, et sternebant in via. Porro turbæ quæ præcedebant et quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimis.] Juxta historiam multum in se habet honoris vestes stravisse, et ramos objectasse, in quibus est festa demonstratio. At juxta anagogen disce quod postquam apostoli superposuerunt vestimenta sua, virtutes inquam suas, tunc super illas sedit Dominus. Nam nisi anima nostra ornata fuerit apostolicis virtutibus, non equitabit eam Dominus. Præcedentes, sunt prophetæ, qui ante incarnatum Christum fuere: sequentes autem, martyres et doctores, qui vestimenta sua sternunt Christo, hoc est, carnem subjiciunt spiritui. Vestimenta enim et tegumenta animæ, corpus. Straverunt igitur in via, hoc est, in Christo. Ego enim sum via, inquit. Si enim quis carnem suam non straverit, hoc est, humiliaverit, in via, hoc est, in Christo manens, et non hæreticus existens, non insidebit in eo Dominus. Hosanna autem quidam dicunt quod Hymnum vel Psalmum significet, alii autem, id quod accuratius, Salva obsecro. Venturus autem dicitur Dominus, quia expectabatur ab Hebræis venturus. Sic enim et Jo-

Matt. xi. 3. σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος; ἀντὶ τοῦ, ὁ προσδοκώμενος ἐλεύσεσθαι. Καὶ ἄλλως δὲ λέγεται ὁ ἐρχόμενος, ὡς καθ' ἡμέραν προσδοκωμένης τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας· δεῖ οὖν ἕκαστον ἀεὶ ἐλπίζειν τὴν συντέλειαν, καὶ ἀεὶ ἐρχόμενον τὸν Κύριον, καὶ ἑτοιμάζεσθαι.

V. 10, 11 *Καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις λέγουσα· τίς ἐστιν οὗτος; Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον· οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ προφήτης, ὁ ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας.]* Οἱ ὄχλοι ἄδολοι ὄντες καὶ ἄπλαστοι οὔτε ἐφθόνουν τῷ Χριστῷ, οὔτε πάλιν τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ ὑπόληψιν εἶχον. Διὸ καὶ νῦν προφήτην αὐτὸν λέγουσι. Μήποτε δὲ ἐπεὶ μετὰ τοῦ ἄρθρου φασὶν, ὁ προφήτης, δύναται νοηθῆναι ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ προσδοκώμενος προφήτης· ὃν εἶπε Μωσῆς ὅτι, προφήτην ὑμῖν ὁ Θεὸς ἀναστήσει· οὐ γὰρ εἶπον, Deut. xviii. 15. οὗτός ἐστι προφήτης, ἀλλ' ὁ προφήτης, τουτέστιν, ἐκεῖνος ὁ ἐλπιζόμενος.

V. 12, 13 *Καὶ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ· καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστεράς. Καὶ λέγει αὐτοῖς· γέγραπται, ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.]* Ὡς δεσπότης τοῦ οἴκου, ὅ ἐστι τοῦ ἱεροῦ, ἐξέβαλε τοὺς πωλοῦντας· δεικνὺς ὅτι τὰ τοῦ πατρὸς καὶ αὐτοῦ εἰσι. Τοῦτο δὲ ἐποίει, ἅμα μὲν καὶ τῆς εὐκοσμίας τοῦ ἱεροῦ φροντίζων, ἅμα δὲ καὶ τὴν μετάθεσιν τῶν θυσιῶν σημαίνων· δι' ὧν γὰρ ἐξέβαλλε τοὺς βόας καὶ τὰς περιστερὰς, προεμήνυεν ὅτι οὐκέτι χρεία ζωοθυσιῶν ἢ σφαγίων, ἀλλὰ προσευχῆς· ὁ γὰρ οἶκός μου, φησὶν, οἶκος προσευχῆς· ὑμεῖς δὲ ἐποιήσατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν. Ἐν γὰρ τοῖς σπηλαίοις τῶν λῃστῶν γίνονται σφαγαὶ καὶ αἱματεκχυσίαι. Ἢ καὶ διὰ τοὺς καπηλεύοντας καὶ ἀγοράζοντας καὶ πωλοῦντας, σπήλαιον λῃστῶν ἐκάλεσε τὸ ἱερόν· τὸ γὰρ φιλοκερδὲς λῃστρικὸν πάθος ἐστί. Κολλυβισταὶ δέ εἰσιν οἱ παρ' ἡμῖν λεγόμενοι τραπεζῖται· κόλ-

annes dicit, Tu es qui venturus es? hoc est, qui expectaris ut venias. Dicitur et aliter venturus, eo quod adventus ejus secundus quotidie expectetur. Debemus igitur et nos omnes consummationem mundi et adventum Christi expectare, ac præparari.

Et cum intrasset Hierosolyma, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dicebant: Hic est Jesus ille propheta a Nazareth Galilææ.] Turbæ simplices et candidæ neque invidebant Christo, neque rursus opinionem dignam de Christo habebant: ideo et nunc prophetam illum dicunt. Nisi forte (quandoquidem cum articulo dicunt, ὁ προφήτης, propheta ille) possit intelligi quod iste sit qui expectabatur propheta, de quo dixit Moses, Prophetam vobis Deus excitabit. Non enim dixerunt, Hic est propheta: sed, Propheta ille, hoc est, ille qui expectatur.

Et intravit Jesus in templum Dei, et ejiciebat omnes vendentes et ementes in templo, mensasque collybistarum et cathedras vendentium columbas evertit: et dixit illis: Scriptum est, Domus mea domus deprecationis vocabitur: at vos fecistis illam speluncam latronum.] Tanquam dominus domus, hoc est, templi, ejecit vendentes: ostendens ea quæ patris sunt, et sua esse, simul etiam honestatis templi curam habens, sed et mutationem sacrificiorum significans, eo quod ejiciendo boves et columbas præsignavit non ultra opus esse animalium sacrificio aut immolatione, sed oratione. Domus enim mea, inquit, domus deprecationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. In speluncis enim latronum fiunt mactationes, et sanguinis effusiones. Vel etiam propter negotiatores ementes et vendentes, speluncam latronum vocavit templum. Avaritia enim et lucri cupiditas latronum morbus est. Collybistæ autem sunt qui apud nos dicuntur men-

λυβος γὰρ εἶδός ἐστι νομίσματος εὐτελοῦς, ὥσπερ ἔχομεν τυχὸν ἡμεῖς τοὺς ὀβολοὺς ἢ τὰ ἀργύρια. Πωλοῦσι δὲ περιστερὰς καὶ οἱ τοὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις βαθμοὺς πωλοῦντες· τὴν γὰρ τοῦ πνεύματος χάριν, ὅ ἐστι περιστερὰ, πωλοῦσιν αὐτοί. Ὅθεν ἐκβάλλονται ἐκ τοῦ ἄνω ναοῦ, καὶ τοῦ κάτω· ἀνάξιοι γάρ εἰσιν ἱερατεύειν. Βλέπε δὲ καὶ σὺ μήποτε τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τὴν σὴν διάνοιαν, ποιήσῃς σπήλαιον λῃστῶν, τουτέστι τῶν δαιμόνων· γενήσεται δὲ σπήλαιον, ἐὰν ἔχωμεν λογισμοὺς φιλούλους, πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας καὶ φιλοχρημάτους, ἄχρι καὶ αὐτῶν τῶν κολλύβων ἤτοι τῶν εὐτελῶν νομισμάτων συνάγοντας· καὶ ἐὰν πωλῶμεν δὲ καὶ III
ἐκπριώμεθα τὰς περιστερὰς, τουτέστιν, εἴτι ἐν ἡμῖν εἴη πνευματικὸν δόγμα καὶ λογισμὸς τοιοῦτος, σπήλαιον λῃστῶν ἐποιήσαμεν ἑαυτούς.

V. 14 Καὶ προσῆλθον αὐτῷ χωλοὶ καὶ τυφλοὶ ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.] Ἐξ ὧν θεραπεύει τοὺς ἀσθενεῖς, δείκνυσιν ὅτι Θεός ἐστι καὶ καλῶς ποιεῖ, ἐκβάλλων μετ' ἐξουσίας ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ τοὺς ἀναξίους· δηλοῦται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι μεθ' ὃ ἐξεβλήθησαν οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ τῷ νόμῳ καὶ ταῖς ζωοσφαγίαις προσέχοντες, οἱ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν προσελήφθησαν, θεραπευθέντες ὑπ' αὐτοῦ.

V. 15, 16 Ἰδόντες δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίησε, καὶ τοὺς παῖδας κράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ λέγοντας, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαυὶδ, ἠγανάκτησαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσιν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς· ναί· οὐδέποτε ἀνέγνωτε, ὅτι ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον;] Οἱ Φαρισαῖοι ἰδόντες τοὺς παῖδας προσφέροντας τῷ Χριστῷ τὸν ὕμνον τοῦ Δαυὶδ, ὃν δοκεῖ ὁ προφήτης τῷ Θεῷ ἀναθεῖναι, διαπρίονται τῷ φθόνῳ, καὶ κακίζουσιν αὐτὸν ὡς ἀνεχόμενον τὰ τοῦ Θεοῦ ἐπ' αὐτῷ λέγεσθαι· ὁ δὲ, ἐπιβεβαιῶν μᾶλλον, φησὶ, ναί. Τοσοῦτον γὰρ, φησὶν, ἀπέχω τοῦ ἐπιστομίσαι τοὺς λέγοντάς μοι ταῦτα, ὥστε καὶ τὸν προφήτην παράγω μάρτυρα, καὶ ὑμᾶς ἀποδείκνυμι ἢ ἀμαθεῖς ἢ φθονερούς. Οὐκ ἀνέγνωτε γὰρ, ὅτι

sarii. Collybus enim species est vilis numismatis, sicut habemus et nos obolos aut nummos argenteos. Vendunt autem columbas et hi qui in ecclesiis gradus vendunt. Spiritus enim gratiam, qui est columba, vendunt ipsi: unde ejiciuntur ex superno et inferno templo: indigni enim sunt sacerdotio fungi. Vide autem et tu ne forte templum Dei, cogitationem tuam, facias speluncam latronum, id est dæmoniorum. Fiet autem spelunca, si habuerimus cogitationes carnalibus rebus amicas, vendentes et ementes, et ita lucri cupidas, ut et collybos et vilia numismata congregent. Et si vendiderimus et emerimus columbas, hoc est, si quod in nobis fuerit spirituale dogma, et hujusmodi cogitatio, speluncam latronum fecimus nos ipsos.

Et accesserunt ad eum cœci et claudi in templo: et sanavit eos.] Per infirmos quos curavit, ostendit se Deum esse, et bene facere, ejiciens cum auctoritate e domo sua indignos. Declaratur etiam hoc, quod ejectis Judæis, qui legi et animalium mactationi addicti erant, cæci et claudi ex gentibus assumpti fuerint, sanati ab eo.

Cum autem vidissent principes sacerdotum et Scribæ mirabilia quæ fecerat, et pueros clamantes in templo et dicentes, Hosanna filio David: indignati sunt, et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Jesus autem dicit illis: Utique nunquam legistis, Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem?] Pharisæi cum viderent pueros hymnum David offerentes Christo, quem videtur propheta Deo obtulisse, dissecantur invidia, et interpellant illum, quod permittat de se dici quæ soli Deo debentur. Ille autem magis approbans dicit, Etiam. Tantum abest ut obturem ora talia dicentium, ut et prophetæ testimonium adducam, et vos ostendam vel imperitos vel invidos. An non enim legistis quod ex ore infantium et

ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον; κατηρτίσω δὲ σημαίνει ἀντὶ τοῦ ἄρτιον καὶ τέλειον ἐδείξω ὕμνον, κἂν ἐκεῖνοι ἀτελεῖς δοκῶσι τὴν ἡλικίαν. Οὐ γὰρ ἐκεῖνοι ἔλεγον ἃ ἔλεγον, ἀλλὰ τὸ στόμα μόνον δεδωκότες τῷ Πνεύματι, ὄργανα ἦσαν ἐκείνου. Διὰ τοῦτο οὖν φησιν ἐκ στόματος νηπίων, αἰνιττόμενος ὡς οὐ τῆς αὐτῶν διανοίας ἦσαν τὰ ῥήματα, ἀλλὰ μόνου τοῦ στόματος θείᾳ χάριτι κινουμένου· ἐσήμαινε δὲ τοῦτο ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν νηπίων καὶ μωρῶν εὐλογηθήσεται. Καὶ τῶν ἀποστόλων δὲ παραμυθία ἦν τοῦτο, ὅτι δοθήσεται καὶ αὐτοῖς λόγος, κἂν ἀφελεῖς ὦσι. Καὶ σὺ δὲ ἐὰν νηπιάζῃς τῇ κακίᾳ ἄκακος ὤν, καὶ θηλάζῃς τὸ πνευματικὸν γάλα, τὰ θεῖα λόγια, τότε γενήσῃ ἄξιος τοῦ ὑμνεῖν τὸν Θεόν.

V. 17 Καὶ καταλιπὼν αὐτοὺς ἐξῆλθεν ἔξω τῆς πόλεως εἰς Βηθανίαν, καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ.] Ἀναχωρεῖ ἀπὸ τούτων ὡς ἀναξίων, καὶ ἔρχεται εἰς Βηθανίαν, ὃ ἑρμηνεύεται οἶκος ὑπακοῆς, ἀπὸ γὰρ τῶν ἀνυποτάκτων ἐπὶ τοὺς ὑπακούοντας αὐτῷ μεταβαίνει, καὶ αὐλίζεται ἐν αὐτοῖς. Φησὶ γάρ· ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω. Lev. xxvi. 12.

V. 18—20 Πρωΐας δὲ ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν ἐπείνασε. Καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ εἰ μὴ φύλλα μόνον· καὶ λέγει αὐτῇ· μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἐξηράνθη παραχρῆμα ἡ συκῆ. Καὶ ἰδόντες οἱ μαθηταὶ ἐθαύμασαν λέγοντες· πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ;] Ἐπειδὴ συχνὰς ἐποίει θαυματουργίας ὁ Κύριος πρὸς εὐεργεσίαν πάσας ὁρώσας, οὐδεμίαν δὲ κολαστικὴν θαυματουργίαν ἐνεδείξατο, ἵνα μὴ νομίσωσί τινες, ὅτι οὐ δύναται κολάζειν,
δείκνυσιν ἐνταῦθα καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν δύναμιν, οὐκ εἰς 112
ἀνθρώπους καταχρησάμεος ταύτῃ, ἀλλ' εἰς δένδρον ὡς φιλάνθρωπος, ὥσπερ καὶ πρὸ τούτου εἰς τοὺς χοίρους. Ξηραίνει οὖν τὸ δένδρον, ἵνα σωφρονίσῃ ἀνθρώπους. Θαυμάζουσι δὲ οἱ μαθηταὶ, εἰκότως· τοῦτο γὰρ τὸ δένδρον ὑγρότερόν ἐστι, καὶ μᾶλλον δεικνύει τὸ θαῦμα, ὅτι ταχέως

lactentium perfecisti laudem? Perfecisti autem significat perfectam et absolutam ostendisti laudem, etiam si illi propter ætatem imperfecti et viles videantur. Non enim illi dicebant quæ dicebant, sed os solum accommodantes Spiritui, organa ejus fuerunt. Et idcirco dicit, Ex ore infantium: innuens quod ea verba non ab illorum mente procederent, sed quod os solum divina gratia moveretur. Significatur item quod a gentibus, quæ simplices et stultæ erant, benedicendus esset. Erat autem et hoc apostolis consolatio, dandum et sibi sermonem, tametsi perquam viles forent. Et tu innocens si fueris, ac malitia parvulus, suxerisque spirituale divinorum eloquiorum lac, tunc dignus eris qui laudes et prædices Deum.

Et relictis illis exiit e civitate in Bethaniam, et diversatus est illic.] Secedit ab illis, ut ab indignis, et venit in Bethaniam, hoc est, domum obedientiæ. Ab inobedientibus enim ad obedientes se confert, et inter illos versatur. Dicit enim, habitabo in eis, et ambulabo in eis.

Mane autem revertens in civitatem esuriit. Et cum vidisset fici arborem unam in via, venit ad eam, et nihil invenit in ea, nisi folia tantum, et ait illi: Ne posthac ex te fructus nascatur in æternum. Et arefacta est continuo ficus: et eo viso discipuli mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo exaruit ficus?] Quoniam Dominus frequenter miracula operatus est, et in omnibus hoc spectavit ut benefaceret, nullum autem ostendit quo puniret: ne putarent quod non posset punire, ostendit hoc loco et hanc suam potestatem: non in homines illa utens, sed in arborem, utpote misericors, sicut et antea in porcos. Arefacit igitur arborem, ut emendet homines. Porro discipuli merito admirantur. Arbor enim illa humidior est, et majus ostendit miraculum, eo quod statim exaruit.

ἐξηράνθη. Σημαίνει δὲ ἡ συκῆ καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν φύλλα μόνον ἔχουσαν, τουτέστι, τὸ φαινόμενον γράμμα, οὐχὶ τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος. Ἀλλὰ καὶ πᾶς ἄνθρωπος, τῇ γλυκύτητι τοῦ παρόντος βίου αὑτὸν ἐκδεδωκὼς, συκῇ ἀπεικάζεται· ὃς καρπὸν οὐκ ἔχει πνευματικὸν, ἵνα πεινῶντι τῷ Ἰησοῦ δῷ, φύλλα δὲ μόνον, τὴν πρόσκαιρον φαντασίαν καὶ καταῤῥέουσαν. Οὗτος οὖν κατηράμενος ἀκούει· πορεύεσθε γὰρ, φησὶν, οἱ κατηράμενοι εἰς τὸ πῦρ· ἀλλὰ καὶ ξηραίνεται, ἀποτηγανιζομένου γὰρ αὐτοῦ ἐν τῇ
Luc. xvi. 24. φλογὶ, ξηραίνεται ἡ γλῶσσα αὐτοῦ ὡς καὶ ἡ τοῦ πλουσίου.

V. 21, 22 **Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν ἔχητε πίστιν καὶ μὴ διακριθῆτε, οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε, ἀλλὰ κἂν τῷ ὄρει τούτῳ εἴπητε, ἄρθητι καὶ βλήθητι εἰς τὴν θάλασσαν, γενήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ πιστεύοντες, λήψεσθε.]** Μεγάλη ἡ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπαγγελία, τὸ τὰ ὄρη μεθιστᾷν δύνασθαι, ἐὰν μὴ διακριθῶμεν, τουτέστι διστάσωμεν· ὅσα γὰρ αἰτοῦμεν ἀδιστάκτως πιστεύοντες τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, ληψόμεθα. Ναί φησι, καὶ ἐὰν αἰτήσωμαί τι ἀσύμφορον, πιστεύω δὲ ἀνοήτως ὅτι δώσει μοι τοῦτο ὁ Θεὸς, ἆρα λήψομαι καὶ ἐκεῖνο τὸ ἀσύμφορον; καὶ πῶς φιλάνθρωπος ὁ Θεὸς, εἴγε τὸ ἀσύμφορόν μου αἴτημα πληροῖ; Ἄκουε οὖν· πρῶτον μὲν ὅτι ὅταν ἀκούσῃς πίστιν, οὐχὶ τὴν ἀνόητον, ἀλλὰ τὴν ὄντως, νοεῖν ὀφείλεις· καὶ προσευχὴν ἐκείνην, τὴν τὰ συμφέροντα αἰτουμένην, ὡς ὁ Κύριος παρέδωκε, λέγων, μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, καὶ ὅσα τῆς τοιαύτης εὐχῆς ῥήματα· ἔπειτα ὅρα καὶ τὴν λέξιν τοῦ, διακριθῆτε. Ὁ γὰρ ἡνωμένος τῷ Θεῷ, καὶ ἓν ὢν πρὸς ἐκεῖνον, καὶ μὴ διακριθεὶς καὶ χωρισθεὶς, πῶς ἂν τὸ ἀσύμφορον αἰτήσοιτο; ὥστε ἐὰν ἀχώριστοι καὶ ἀδιάκριτοι ὦμεν τοῦ Θεοῦ, τότε τὰ συμφέροντα αἰτησόμεθα καὶ ληψόμεθα.

V. 23—27 **Καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ διδάσκοντι οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ λέγοντες· ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα**

Cæterum ficus Judæorum significat synagogam folia sola habentem, hoc est, apparentem literam, non fructum spiritus. Sed et omnis homo exponens se deliciis hujus vitæ, ficui comparatur: quia fructum non habet spiritualem, ut esurienti Jesu det, sed folia tantum, et temporalem ac defluentem apparentiam. Hic igitur maledictus audiet. Ite enim, inquit, maledicti in ignem. Sed et arescet: nam dum cruciatur in flamma, arescit ejus lingua, sicut et divitis.

Respondens autem Jesus ait illis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, et non hæsitaveritis, non solum hoc quod accidit ficui, facietis, verumetiam si monti huic dixeritis, Tollere, et projice te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in deprecatione credentes, accipietis.] Magna Christi quam discipulis dat promissio, quod possimus montes transferre, si non ambigui fuerimus fide, et hæsitaverimus. Quæcunque enim petiverimus citra hæsitationem fidentes divinæ virtuti, accipiemus. Etiam, inquit aliquis, si petiverimus et quod non conducibile, credam autem insipienter quod hoc mihi det Dominus, accipiamne igitur et illud quod mihi non expedit? Deus igitur quomodo misericors, siquidem meam petitionem, quæ mihi non prodest, adimplet? Audi ergo. Primum cum audieris fidem, non stultam illam fidem, sed eam quæ revera fides est, accipe, et deprecationem illam quæ utilia petit, sicut tradidit Dominus dicens, Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo: et quæ in ea oratione sunt verba. Insuper vide et verbum illud, hæsitaveritis. Nam qui unitus fuerit Deo, et unus est cum illo, et non discretus et separatus, quomodo petet quod inutile est? Unde si indivisi et indiscreti fuerimus a Deo, conducibilia petemus a Deo, et accipiemus.

Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi, dicentes: Qua auctoritate hæc facis? et quis tibi dedit istam auctorita-

ποιεῖς; καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· ἐρωτήσω κἀγὼ ὑμᾶς λόγον ἕνα, ὃν ἐὰν εἴπητέ μοι, κἀγὼ ὑμῖν ἐρῶ ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ. Τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ ἢ ἐξ ἀνθρώπων; Οἱ δὲ διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς λέγοντες· ἐὰν εἴπωμεν ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ ἡμῖν, διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; ἐὰν δὲ εἴπωμεν ἐξ ἀνθρώπων, φοβούμεθα τὸν ὄχλον. Πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάννην ὡς προφήτην. Καὶ ἀποκριθέντες τῷ Ἰησοῦ εἶπον· οὐκ οἴδαμεν. Ἔφη αὐτοῖς καὶ αὐτός· 113
οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ.] *Φθονοῦντες οἱ νομοδιδάσκαλοι ὅτι ἐξέβαλεν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοὺς καπηλεύοντας, προσέρχονται ἐρωτῶντες αὐτὸν τοιάδε τινά, ὡς τίς σὺ ἐκβάλλεις ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοὺς πραγματευομένους; ἆρα ὡς ἱερεύς; καὶ μὴν ἱερατικὴν ἀρχὴν οὐκ ἔχεις. Ἆρ' οὖν ὡς βασιλεύς; καὶ μὴν οὔτε βασιλεὺς εἶ, οὔτε ἐὰν ὑπῆρχες, ἐξῆν σοι τοιαῦτα ποιεῖν· οὐ γὰρ ἔξεστι ταῦτα τοῖς βασιλεῦσιν ἐν ἱερῷ πράττειν. Ἠρώτων δὲ ταῦτα τὸν Κύριον, ἵνα ἐὰν μὲν εἴπῃ ὅτι ἐν τῇ ἐμῇ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ, διαβάλλωσιν αὐτὸν ὡς ἀντάρχην, καὶ ἰδίαν ἐξουσίαν ἔχειν λέγοντα· ἐὰν δὲ εἴπῃ ὅτι ἐν τῇ θείᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ, ἀποστήσωσιν ἀπ' αὐτοῦ τοὺς ὄχλους τοὺς ὑμνοῦντας αὐτὸν ὡς Θεόν, δείξαντες τοῖς ὄχλοις ὅτι, ἰδοὺ οὐκ ἔστι Θεὸς αὐτός, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐξουσίᾳ[1] ταῦτα ποιεῖ ὡς δοῦλος. Τί οὖν ὁ Χριστὸς ἡ αὐτοσοφία; δράττεται τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ κακουργίᾳ αὐτῶν, καὶ ἐρωτᾷ αὐτοὺς περὶ τοῦ Ἰωάννου τὰ ὅμοια, ἵνα ἐὰν μὲν εἴπωσιν ὅτι ἐξ οὐρανοῦ ἦν τὸ κήρυγμα τοῦ Ἰωάννου, εὑρεθῶσι θεομάχοι, ὡς μὴ παραδεξάμενοι τοῦτο· ἐὰν δὲ ἐξ ἀνθρώπων εἴπωσι, κινδυνεύσωσιν ἐκ τοῦ ὄχλου· πάντες γὰρ ὡς προφήτην εἶχον τὸν Ἰωάννην. Δείκνυσι δὲ ἐντεῦθεν ὁ Κύριος, ὅτι τοῖς κακούργως ἐρωτῶσιν οὐ δεῖ ἀποκρίνεσθαι. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτὸς ἀπεκρίνατο τοῖς ἐρωτῶσιν αὐτὸν Ἰουδαίοις ἐν δόλῳ, καίτοι οὐκ ἠπόρει ἀποκρίσεως. Ἅμα δὲ μανθάνομεν ὅτι καὶ τὸ ἑαυτὸν ἐγκωμιάζειν οὐκ ἔστι κατὰ Χριστόν. Ἰδοὺ οὖν ὁ*

1 Cor. iii. 19. Job. v. 13.

[1] τοῦ Θεοῦ ἐξουσίᾳ] Ita cod. Patav. Ed. Ven. τοῦ Θεοῦ τῶν οὐσίᾳ.

tem? Respondens autem Jesus dixit eis: Interrogabo vos et ego quiddam, quod si dixeritis mihi, et ego vobis dicam qua auctoritate hæc faciam. Baptismus Joannis unde erat? e cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant apud se, dicentes: Si dixerimus e cœlo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi? Sin autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Joannem ut prophetam. Et respondentes Jesu dixerunt: Nescimus. Ait illis et ipse: Nec ego dico vobis qua auctoritate hæc faciam.] Invidentes legisperiti Jesu quod ejecisset e templo negotiantes, accesserunt ad eum, et talia quædam rogaverunt, Quis es tu qui e templo ejicis negotiantes? nunquid hoc facis ut sacerdos? At tu quidem sacerdotalem dignitatem non habes. Num hoc facis ut rex? enimvero neque rex es, neque si esses, liceret tibi hæc facere. Non enim licet regibus in templo hæc agere. Interrogabant autem hæc Dominum, ut si quidem diceret, Mea potestate hæc facio, accusarent eum ut rebellem, et propriam potestatem se habere dicentem; sin autem diceret, divina potestate hæc facio, abducerent ab eo turbas, qui illum ut Deum laudabant, monstrantes, Ecce Jesus ille non est Deus, sed potestate Dei hæc facit ut servus. Quid igitur Christus qui est ipsa sapientia? Comprehendit sapientes in versutia sua, et interrogat eos de Joanne similia, ut si quidem dicerent, E cœlo fuit prædicatio Joannis, comprobarentur Deo adversarii, quod illam non suscepissent; si autem ex hominibus dicerent, periclitarentur propter turbam. Omnes enim ut prophetam habebant Joannem. Ostendit autem hoc loco Dominus, quod maligne interrogantibus non oporteat respondere. Nam nec ipse Judæis dolose interrogantibus respondit, quamvis nulla respondendi difficultas esset. Discimus autem interim quod semetipsum laudare non est juxta Christi doctrinam. Ecce Dominus

Κύριος δυνάμενος εἰπεῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖ, οὐκ εἶπεν, ἵνα μὴ δόξῃ ἑαυτὸν ἐγκωμιάζειν.

V. 28—32 **Τί δὲ ὑμῖν δοκεῖ; ἄνθρωπος εἶχε τέκνα δύο· καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ εἶπε· τέκνον, ὕπαγε σήμερον, ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· οὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθε. Καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ εἶπεν ὡσαύτως. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· ἐγὼ Κύριε, καὶ οὐκ ἀπῆλθε. Τίς ἐκ τῶν δύο ἐποίησε τὸ θέλημα τοῦ πατρός; λέγουσιν αὐτῷ, ὁ πρῶτος. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ἦλθε γὰρ πρὸς ὑμᾶς Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ· ὑμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον τοῦ πιστεῦσαι αὐτῷ.]** *Δύο τάγματα εἰσάγει, ἓν μὲν τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑποσχομένων, οἷοι ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι εἰπόντες, πάντα ὅσα εἶπεν ὁ* Exod. xxiv. 3. *Θεὸς ποιήσομεν καὶ ἀκουσόμεθα· ἕτερον δὲ τῶν ἀπειθησάντων, οἷον πορνῶν καὶ τελωνῶν, ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ, οἳ ἐξ ἀρχῆς μὴ ὑπακούσαντες τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ὕστερον μετέγνωσαν καὶ ὑπήκουσαν. Ὅρα οὖν τὴν σοφίαν τοῦ Χριστοῦ· οὐκ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς εἶπεν αὐτοῖς ὅτι, κρείττονες ὑμῶν εἰσιν οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι· ἀλλὰ προκατέσχεν αὐτοὺς καὶ ὡμολόγησαν ὅτι ἐκ τῶν δύο υἱῶν ἐκεῖνος* 114 *πειθήνιος, ὁ ποιήσας τὸ θέλημα τοῦ πατρός. Εἶθ' οὕτως ὁμολογησάντων ἐκείνων, ἐπήγαγεν ὅτι ἦλθεν Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, τουτέστιν, ἐν ἀμέμπτῳ βίῳ· οὐκ ἔχετε γὰρ εἰπεῖν ὅτι ἐπίψογος ἦν αὐτῷ ὁ βίος· ἀλλ' ὅμως αἱ πόρναι ὑπήκουσαν, ὑμεῖς δὲ οὔ· διὸ καὶ προάγουσιν ὑμᾶς, τουτέστι, πρότεραι ὑμῶν εἰσέρχονται εἰς τὴν βασιλείαν. Ὥστε ἀγωνίσασθε καὶ ὑμεῖς, ἵνα κἂν γοῦν μετ' ἐκείνας εἰσέλθητε καὶ αὐτοὶ πιστεύσαντες· ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσητε, οὐδ' ὅλως εἰσελεύσεσθε. Πολλοὶ δὲ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ὑπισχνοῦνται μὲν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ μοναχοὶ τυχὸν ἔσεσθαι ἢ ἱερεῖς, μετὰ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν ῥαθυμοῦσιν. Ἕτεροι δὲ μοναχικὴν μὲν ἢ*

enim qui potuit dicere qua potestate hæc faceret, non dixit, ne seipsum laudare videretur.

Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: et accedens ad priorem dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea. Ille autem respondens ait, Nolo: postea vero pœnitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit similiter: at ille respondens ait: Eo Domine, et non abiit. Uter e duobus fecit quod voluit pater? Dicunt ei: Prior. Dicit illis Jesus: Amen dico vobis, quod publicani et meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Joannes per viam justitiæ, et non credidistis ei: publicani autem et meretrices crediderunt ei. Vos autem cum vidissetis eum, non fuistis commoti pœnitentia postea ut crederetis ei.] Duos ordines inducit, unum principio pollicentium, quales fuerunt Judæi qui dixerunt, Omnia quæcunque dixit Deus, faciemus et audiemus: alterum eorum qui non statim persuasi sunt, quales sunt meretrices et publicani, atque ex Gentilium populo qui ab initio non obedierunt voluntati divinæ, postea autem pœnitudine ducti obedierunt. Vide igitur sapientiam Christi. Non statim a principio dixit illis, Meliores vobis publicani sunt et meretrices: sed prius cepit ipsos, et confessi sunt quod ex duobus filiis ille obediens fuerit, qui fecerit voluntatem patris. Postea ubi hoc confessi fuerunt, subdidit venisse Joannem per viam justitiæ, hoc est, in vita irreprehensibili. Non potestis enim dicere vitam Joannis fuisse reprehensibilem: attamen meretrices ei obedierunt, vos autem non: idcirco et præcedunt vos, hoc est, ante vos ingrediuntur in regnum cœlorum. Laborate itaque et vos ut saltem post illas intretis et ipsi credentes: si autem increduli fueritis, nunquam intrabitis. Multi autem etiam hodie pollicentur Deo patri, monachos se futuros forte vel sacerdotes: post promissionem autem negligentes sunt. Alii autem monasticam

ἱερατικὴν διαγωγὴν οὐκ ἐπηγγείλαντο, μοναχικῶς δὲ καὶ ἱερατικῶς διάγουσιν· ὥστε οὗτοι τέκνα εὐπειθῆ, οἱ πράττοντες κἂν μηδὲν ὑπέσχοντο.

V. 33 Ἄλλην παραβολὴν ἀκούσατε· ἄνθρωπος ἦν οἰκοδεσπότης, ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκε, καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησεν.] Ἄλλην παραβολὴν αὐτοῖς ἐπιφέρει, δεικνύων ὅτι καὶ μυρίας ἐπιμελείας ἀξιωθέντες οὐκ ἐβελτιώθησαν. Ἄνθρωπος γὰρ οἰκοδεσπότης ὁ Κύριος, ὁ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν ἄνθρωπος προσαγορευόμενος. Ἀμπελὼν δὲ ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων, φυτευθεὶς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας· εἰσαγαγὼν γὰρ, φησὶ, καταφύτευσον αὐτοὺς εἰς ὄρος ἅγιόν σου. Φραγμὸς δὲ ὁ νόμος, οὐκ ἐῶν αὐτοὺς ἐπιμιγῆναι τοῖς ἔθνεσιν· ἢ οἱ ἅγιοι ἄγγελοι οἳ ἐφύλαττον τὸν Ἰσραήλ. Ληνὸς τὸ θυσιαστήριον· πύργος ὁ ναός· γεωργοὶ δὲ οἱ διδάσκαλοι τοῦ λαοῦ, Φαρισαῖοι καὶ Γραμματεῖς. Ἀπεδήμησε δὲ ὁ οἰκοδεσπότης Θεὸς, ὅτε μηκέτι ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς. Ἢ ἀποδημία τοῦ Θεοῦ ἡ μακροθυμία· δοκεῖ γὰρ καὶ ὑπνώττειν καὶ ἀποδημεῖν ὁ Θεὸς ἐν τῷ μακροθυμεῖν, καὶ μὴ παρὰ πόδας τῶν ἀδικημάτων ἀπαιτεῖν τὰς εὐθύνας.

Exod. xv. 17.

V. 6, 7 Φιλοῦσι δὲ τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ καλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ῥαββὶ ῥαββί.] Βαβαὶ *οἷον λέγει; διότι γὰρ φιλοῦσι, διὰ τοῦτο κατακρίνονται.* Εἰ *δὲ ὁ μόνον φιλῶν τὴν πρωτοκλισίαν ψέγεται, ὁ καὶ πάντα πράττων ὑπὲρ ταύτης τίνος ἄξιος; καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς· ἔνθα μᾶλλον ὤφειλον καὶ τοὺς ἄλλους διδάσκειν ταπεινοφρονεῖν, ἐκεῖ αὐτοὶ ἐκεῖνοι διεφθείροντο.* Πάντα *γὰρ ἔπραττον ὑπὲρ δόξης· καὶ ταῦτα πράττοντες οὐκ ἐπῃσχύνοντο, ἀλλὰ μᾶλλον ἤθελον καλεῖσθαι ῥαββὶ ῥαββί, τουτέστι, διδάσκαλοι.* 124

V. 8—12 Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε ῥαββί, εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ διδάσκαλος, ὁ Χριστός· πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς, εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί, εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητής, ὁ Χριστός· ὁ δὲ μείζων ὑμῶν ἔσται ὑμῶν διάκονος. Ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτόν, ταπεινωθήσεται, καὶ ὅστις ταπεινώσει ἑαυτόν, ὑψωθήσεται.] Οὐ *κωλύει ὁ* Χριστὸς *τὸ καλεῖσθαί τινα διδάσκαλον, ἀλλὰ τὸ ἐμπαθῶς θέλειν καλεῖσθαι, καὶ πάντα τρόπον σπουδάζειν εἰς τὸ κληθῆναι.* Τὸ *γὰρ διδασκαλικὸν ἀξίωμα μόνῳ πρόσεστι κυρίως* Θεῷ. Πατέρα *δὲ μὴ καλέσητε λέγων, οὐ κωλύει τὴν πρὸς τοὺς γονεῖς τιμήν.*

ponebant unam super frontem, et alteram super dextram suspendebant. Fimbrias autem faciebant in summis vestibus, violaceis et coccineis clavis. Et hoc invenerant in lege, ut videntes illa non obliviscerentur mandatorum Dei. At Deus hoc nolebat, sed jubendo ferre super manum phylacterium, significare volebat mandata operari eos oportere. Per coccineas autem fimbrias declarabat quod oporteat nos sanguine Domini signari. Illi vero faciebant phylacteria magna et fimbrias, ut videntibus illa appareant observatores esse legis.

Amantque primos accubitus in cœnis, et primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro, et vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi.] Papæ quid dicit? Idcirco condemnantur, quia amant. Quod si solum amans primos accubitus condemnatur, qui nihil non facit pro illis, qua condemnatione dignus? Et primas cathedras in synagogis, ubi magis debebant docere alios humilitatem, eo loco illi ipsi majori fastu corrumpebantur. Omnia enim pro gloria faciebant, nec pudebat eos hæc facere, sed vocari malebant Rabbi, Rabbi, hoc est, doctores.

Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester, nempe Christus, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim pater vester, qui in cœlis est. Nec vocemini magistri: unus enim est magister vester nempe Christus. Qui major est vestrum, erit vester minister. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: et qui se humiliaverit, exaltabitur.] Non prohibet Christus vocari quempiam magistrum, sed tanta affectione velle vocari, et omnibus modis curare ut ita vocetur. Docendi enim dignitas proprie solius est Dei. Patrem autem ne vocetis dicens, non prohibet honorem parentibus debitum, quia vult nos venerari

Ἐπεὶ θέλει ἡμᾶς τιμᾶν τοὺς γονεῖς, καὶ μάλιστα τοὺς πνευματικοὺς πατέρας, ἀλλὰ πρὸς τὸ τὸν ἀληθῆ πατέρα ἐπιγινώσκειν, τουτέστι τὸν Θεὸν, ἐνάγει· κυρίως γὰρ πατὴρ ὁ Θεός· οἱ δὲ σωματικοὶ οὐκ αἴτιοι τῆς γεννήσεως, ἀλλ' ὑπουργοὶ καὶ συναίτιοι. Δεικνύων δὲ τὸ κέρδος τῆς ταπεινοφροσύνης φησὶν ὅτι, ὁ μείζων ὑμῶν ὀφείλει εἶναι ὑμῶν διάκονος καὶ ἔσχατος. Ὃς γὰρ ὑψώσει ἑαυτὸν οἰηθεὶς εἶναί τι, ταπεινωθήσεται, ἐγκαταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

V. 13 Οὐαὶ δὲ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι· διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα.] Ὑποκριτὰς τούτους καλεῖ, ὡς ἐπαγγελλομένους εὐλάβειαν καὶ μηδὲν ποιοῦντας ἄξιον τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ προφάσει τοῦ προσεύχεσθαι μακρὰ, τουτέστιν, ἐπὶ πολὺν καιρὸν, κατεσθίοντας τὰ τῶν χηρῶν χρήματα. Τῷ ὄντι γὰρ ἐμπαῖκται ἦσαν, καταγελῶντες τῶν ἁπλουστέρων καὶ ἐκμυελίζοντες αὐτούς. Διὸ καὶ περισσότερον λήψεσθε κρίμα, διότι ἅπαντα τὰ τῶν χηρῶν κατεσθίετε, αἷς ἔδει μᾶλλον ἐκχορηγεῖν, καὶ τὴν πενίαν αὐτῶν διορθοῦσθαι. Καὶ ἄλλως δὲ, περισσότερον ἔσται τὸ κατάκριμα, ὅτι διὰ προσχήματος ἀγαθοῦ ἔργου, τοῦ προσεύχεσθαι, πονηρόν τι κατεργάζονται, τὸ κατεσθίειν τὰ τῶν χηρῶν· πλείστης γὰρ κατακρίσεως ἄξιος ὁ διὰ προσχήματος ἀγαθοῦ δελεάζων εἰς τὸ κακόν.

V. 14 Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν.] Οὐ μόνον, φησὶν, ὑμεῖς ἄπιστοί ἐστε, καὶ τὸν βίον διεφθαρμένον ἔχετε, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους διδάσκετε μὴ πιστεύειν ἐμοὶ, καὶ διὰ τοῦ βίου τοῦ ὑμετέρου καὶ τοῦ ὑποδείγματος διαφθείρετε. Εἴωθε γὰρ ὁ λαὸς ὁμοιοῦσθαι τοῖς ἄρχουσι, καὶ μᾶλλον εἰ πρὸς τὸ κακὸν ῥέποντας ὁρᾷ τούτους. Πᾶς οὖν πονηρὸς διδάσκαλος καὶ ἄρχων ὁράτω τί κερδαίνει, ὅτι τὸ οὐαὶ, ὡς διὰ τοῦ οἰκείου βίου μὴ ἐῶν τινας προκόπτειν εἰς τὸ ἀγαθόν.

parentes, et maxime spirituales patres, sed inducit ut verum patrem agnoscamus, hoc est, Deum. Deus enim proprie pater est. Carnales enim non sunt auctores nativitatis, sed cooperarii et ministri. Porro lucrum humilitatis indicans dicit, Qui major est vestrum, debet esse vester minister et ultimus. Qui enim exaltaverit semetipsum, aliquid se esse ratus, humiliabitur derelictus a Deo.

Væ autem vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, dum sub prætextu precibus prolixis precamini: propter hoc plus accipietis damnationis.] Hypocritas hos vocat, ut promittentes pietatem, et nihil promissione dignum facientes: sed prætexentes se precari longum, hoc est, multo tempore, devorant viduarum facultates. Re autem ipsa illusores sunt, ac derident simpliciores, et exsugunt eos. Et plus condemnationis accipietis, eo quod ea quæ viduarum comeditis, quibus oportebat magis suppeditare, et ipsarum inopiam sublevare. Vel aliter, multo plus damnationis accipietis, eo quod prætextu boni operis malum quiddam committitis, nempe precando viduarum bona comedentes. Majori enim condemnatione dignus, qui prætextu boni in malum allicit.

Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim non ingredimini, neque advenientes sinitis ingredi.] Non solum, inquit, vos increduli estis, et vitam habetis corruptam: sed et alios docetis ne mihi credant, et per vitæ vestræ exemplum corrumpitis. Solet enim populus principibus fieri similis, et magis si illos in malum videt propensos. Omnis itaque malus doctor et princeps videat quid lucretur, nempe væ, eo quod per suam vitam non sinit alios in bono proficere.

V. 15 **Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν.**] Οὐ *μόνον, φησὶ, τοὺς Ἰουδαίους διαφθείρετε, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ εἰδωλολατρῶν προσελθόντας τῇ Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ, τούτους γὰρ προσηλύτους ὠνόμαζον.* Σπουδάζετε *μὲν γὰρ ἐπιστρέψαι τινὰ πρὸς τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀγωγὴν καὶ περιτομὴν, ὅταν δὲ Ἰουδαΐσῃ, τότε ἀπόλλυται, διαφθειρόμενος ὑπὸ τῆς ὑμῶν κακίας.* Υἱὸς *δὲ γεέννης, ὁ ἄξιος ταύτης, καὶ οἰκειότητά τινα πρὸς αὐτὴν ἔχων ὥστε καυθῆναι ὑπ' αὐτῆς.*

V. 16—22 **Οὐαὶ ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ λέγοντες, ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ, ὀφείλει. Μωροὶ καὶ τυφλοί· τί γὰρ μείζων ἐστὶν, ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσόν; Καὶ ὃς ἐὰν ὀμόσῃ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδέν ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ δώρῳ τῷ ἐπάνω αὐτοῦ, ὀφείλει. Μωροὶ καὶ τυφλοί· τί γὰρ μεῖζον, τὸ δῶρον, ἢ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἁγίαζον τὸ δῶρον; Ὁ οὖν ὀμόσας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ ναῷ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ καὶ ἐν τῷ κατοικοῦντι αὐτόν· καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ.**] Τυφ*λοὺς αὐτοὺς ὀνομάζει, ὡς μὴ θέλοντας τὰ πρέποντα διδάσκειν, καὶ τὰ μὲν ἐλαχιστότερα τιμῶντας, τὰ δὲ τιμῆς ἄξια δευτέρου λόγου ἀξιοῦντας.* Καὶ *γὰρ τὸν χρυσὸν τὸν ἐν τῷ ναῷ καὶ τὰ* Χερουβὶμ *καὶ τὴν στάμνον τὴν χρυσῆν προετίμων αὐτοῦ ναοῦ.* Διὸ *καὶ τοὺς πολλοὺς ἐδίδασκον ὅτι οὐδέν ἐστι τὸ κατὰ τοῦ ναοῦ ὀμνύειν, ἀλλὰ τὸ εἰς τὸν χρυσὸν τὸν τῷ ναῷ περικείμενον, ὃς διὰ τοῦτο πάντως αἰδέσιμος ἦν, ὅτι τῷ ναῷ περιέκειτο.* Καὶ *τὰ δῶρα δὲ τὰ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου τιθέμενα τιμιώτερα ἔλεγον εἶναι αὐτοῦ τοῦ θυσιαστηρίου· ὥστε καὶ οὕτως ἐδογμάτιζον οἱ Φαρισαῖοι, ὅτι ἐάν τις ὤμοσε κατὰ τοῦ χρυσοῦ σκεύους, ἢ βοὸς ἢ προβάτου εἰς θυσίαν προσαχθέντος, εἶτα ἐπιώρκησε, κατεδικάζετο τὰ ἴσα*

Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia circumitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum: et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo magis quam vos estis.] Non solum, inquit, Judæos corrumpitis, sed et eos qui ex idolorum cultu ad Judaicam religionem accesserunt: hos enim proselytos nominabant. Studetis quidem convertere aliquem ad Judaicam conversationem, et ad circumcisionem: quando autem judaizat, tunc perit vestra infectus malitia. Filius autem gehennæ, qui dignus est illa, cum qua familiaritatem habet in illa flagraturus.

Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunque juraverit per templum, nihil est: qui autem juraverit per aurum templi, debet. Stulti et cæci, quid enim majus est aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicunque juraverit per altare, nihil est: quicunque autem juraverit per donum quod est super illo, debet. Stulti ac cæci, quid enim majus est donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo juraverit per altare, jurat per illud, et per omnia quæ super illo sunt. Et qui juraverit per templum, jurat per illud, et per eum qui habitat in ipso. Et qui juraverit per cælum, jurat per thronum Dei, et per eum qui sedet super illo.] Cæcos eos nominat, quia nolebant docere ea quæ decebat, et quæ minori loco debebant coli, venerabantur, quæ præcipua erant, in secundum ordinem referebant. Etenim aurum in templo, et Cherubin, et aureum urceum præferebant templo: ideo et multos docebant quod nihil sit per templum jurare, sed per aurum in templo jacens, quod tamen propterea venerabile erat, quia in templo continebatur. Et dona quæ in altari ponebantur, digniora dicebant altari ipso: atque adeo Pharisæi sic docebant, ut si quis jurasset per aureum vas, vel bovem vel ovem oblatam in sacrificium, et deinde pejerasset, similia persolveret.

ἀποτίσαι. Τὸ γὰρ δῶρον τοῦ θυσιαστηρίου προετίμων διὰ τὰ ἐκ τῶν θυσιῶν κέρδη. Εἰ δὲ κατὰ τοῦ ναοῦ ὀμόσας ἐπιώρκησεν, ἐπεὶ οὐκ ἠδύνατο ὅμοιον τῷ ναῷ κτίσαι, διὰ τοῦτο ἀπελύετο· καὶ ἐδόκει λοιπὸν ἐλαφρότερος εἶναι ὁ ὅρκος ὁ εἰς τὸ ναὸν, διὰ τὸ φιλοκερδὲς τῶν Φαρισαίων. Ἐπὶ μὲν οὖν τῆς παλαιᾶς οὐ συγχωρεῖ ὁ Χριστὸς μεῖζον εἶναι τὸ δῶρον τοῦ θυσιαστηρίου· ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ θυσιαστήριον ὑπὸ τῶν δώρων ἁγιάζεται μᾶλλον· εἰς γὰρ τὸν δεσποτικὸν σῶμα αὐτὸ ἐκεῖνο μεταβάλλονται θείᾳ χάριτι οἱ ἄρτοι· διὸ καὶ ἁγιάζεται ὑπὸ τούτων τὸ θυσιαστήριον.

V. 23, 24 **Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν. Ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι. Ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες.]** Πάλιν ὀνειδίζει αὐτοὺς ὡς ἀνοήτους, διότι τῶν μειζόνων ἐντολῶν καταφρονοῦντες, ἐν τοῖς μικροῖς ἐζήτουν τὴν ἀκρίβειαν, οὐδὲ τὴν τοῦ κυμίνου δεκάτωσιν παρορῶντες, ἀλλὰ κἀκεῖνο ἀποδεκατοῦντες· καὶ εἴ τις αὐτοὺς κατεμέμψατο ὡς μικρολόγους, προέφερον ὅτι ὁ νόμος τοῦτο
λέγει. Κρεῖττον δὲ ἦν καὶ θεαρεστότερον, εἰ τὴν κρίσιν καὶ 126
τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν ἀπῄτουν παρὰ τοῦ λαοῦ. Τίς δέ ἐστιν ἡ κρίσις; τὸ μηδὲν ἄδικον καὶ ἄλογον ποιεῖν, ἀλλὰ πάντα κεκριμένως καὶ μετὰ λόγου. Αὐτίκα γὰρ τῇ κρίσει ἕπεται καὶ ὁ ἔλεος· ὁ γὰρ κεκριμένως ποιῶν πάντα οἶδε καὶ τίνας δεῖ ἐλεεῖν. Τῷ δὲ ἐλέῳ ἕπεται ἡ πίστις· ὁ γὰρ ἐλεῶν πιστεύει πάντως ὅτι οὐδὲν ἀπολέσει, ἀλλὰ πάντα λήψεται. Ἄλλως τε, δεῖ ἐλεεῖν, ἀλλὰ καὶ πιστεύειν Θεῷ ἀληθινῷ. Πολλοὶ γὰρ τῶν Ἑλλήνων ἔλεον μὲν εἶχον, μὴ πιστεύοντες δὲ εἰς τὸν ζῶντα Θεὸν οὐκ εἶχον τῷ ἐλέῳ ἑπομένην τὴν πίστιν. Δεῖ οὖν ἕκαστον τῶν διδασκάλων ἀποδεκατοῦν ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἀπαιτεῖν ἀπὸ τῶν δέκα αἰσθήσεων, τῶν πέντε σωματικῶν καὶ τῶν πέντε ψυχικῶν, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν. Τὸ δὲ ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, εἶπεν ὁ Κύριος, οὐ προτρεπόμενος ἐπὶ τὸ ἀποδεκα-

Donum enim altari præferebant propter hostiarum lucra. Quod si quis per templum jurans pejerasset, non potuisset simile templo ædificare, et propterea absolvebatur; videbaturque postea levius esse juramentum per templum, propter Pharisæorum avaritiam. Itaque in veteri testamento non permittit Christus donum majus esse altario, apud nos autem altarium a donis magis sacratur. Panes enim in verum ipsum dominicum corpus divina gratia convertuntur: ideo et sanctificatur ab eis altare.

Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham, et anethum, et cyminum, et præteritis quæ graviora sunt legis, judicium ac misericordiam et fidem. Hæc oportebat facere, et illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.] Iterum objurgat eos ut insipientes, eo quod contemnentes mandata majora, in parvis diligentes erant et cymini decimationem non negligebant, sed illud quoque decimabant. Et si quis reprehendisset ut parcos, prætexebant legem hoc docere. Melius autem fuisset ac Deo gratius, si judicium et misericordiam et fidem expetissent a populo. Quid autem est judicium? nihil injustum et absurdum facere, sed omnia cum judicio et ratione. Statim enim judicium sequitur et misericordia, qui enim discrete facit omnia, scit et quos debeat misereri. Misericordiam autem sequitur fides, qui enim miseretur, credit omnino quod nihil perdat, sed omnia accipiat. Vel aliter, Oportet misereri, et credere Deo vero. Multi enim paganorum misericordes quidem fuerunt, non credentes autem in Deum vivum non habuerunt misericordiæ comitem fidem. Oportet autem unumquemque doctorum decimare a populo suo, hoc est, petere a decem sensibus, hoc est, a quinque corporalibus, et quinque animalibus, judicium, misericordiam, et fidem. Hæc quidem oportebat facere, dicit Christus, non ad-

τοῦν τὰ λάχανα, ἀλλ' ἵνα μὴ δόξῃ ἀντινομοθετεῖν τέως τῷ Μωσεῖ. Ὁδηγοὺς δὲ τυφλοὺς αὐτοὺς ὀνομάζει, διότι αὐχοῦντες διδάσκειν καὶ πάντα εἰδέναι οὐδένα ὠφέλουν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον πάντας διέφθειρον, εἰς βόθρον ῥίπτοντες ἀπιστίας. Τὸν κώνωπα δὲ διυλίζοντας τούτους ὀνομάζει, ὡς τὰ μὲν μικρὰ ἁμαρτήματα παραφυλαττομένους, τὴν δὲ κάμηλον, ἤτοι τὰ μεγάλα καταπίνοντας καὶ παρορῶντας.

V. 25, 26 **Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀδικίας. Φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν.]** Τὰς παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων κρατοῦντες ἔπλυνον τὰ ποτήρια καὶ τὰς παροψίδας, τουτέστι, τοὺς πίνακας ἐν οἷς τὰ ὄψα τίθενται· ἐξ ἁρπαγῆς δὲ ἔπινον οἶνον, καὶ ἐδέσματα ἤσθιον, ἃ ἐμόλυνον μᾶλλον αὐτά. Μὴ κτήσῃ οὖν, φησὶν, οἶνον ἐξ ἀδικίας, καὶ γίνεται λοιπὸν τὸ ἔσωθεν τοῦ ποτηρίου καθαρόν. Ἢ οὐ περὶ ποτηρίων καὶ πινάκων λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς σωματικῆς καὶ ἔξω καταστάσεως, καὶ τῆς ἔσω καὶ πνευματικῆς. Σὺ μὲν γὰρ, φησὶ, τὸ ἔξω τοῦ ποτηρίου, τουτέστι, τὴν ἔξω σου κατάστασιν, σχηματίζεις εἰς τὸ σεμνοπρεπέστερον, τὸ δὲ ἔσω σου γέμει ῥύπου, ἁρπάζεις γὰρ καὶ ἀδικεῖς. Δεῖ δὲ τὰ ἔσω πλύνειν, τουτέστι τὴν ψυχὴν, ἵνα τῇ καθαρότητι τῆς ψυχῆς συνεκλάμψῃ καὶ ἡ ἔξωθεν σεμνοπρέπεια.

V. 27, 28 **Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας. Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι, ἔσωθεν δὲ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας.]** Καὶ αὕτη ἡ παραβολὴ ὁμοίως νοεῖται τῇ προλαβούσῃ· ἐσπούδαζον γὰρ τὴν μὲν ἔξωθεν κατάστασιν σεμνοὶ φαίνεσθαι, ὥσπερ οἱ τάφοι οἱ κεκονιαμένοι, τουτέστι, τῇ γύψῳ καὶ τῇ ἀσβέστῳ λελευκασμένοι, τὰ δὲ ἔσω πάσης ἀκαθαρσίας καὶ νεκρῶν καὶ σεσηπότων ἔργων ἦσαν πλήρεις.

hortans ad decimandum herbas, sed ne videretur tunc contrarius Moysi. Duces autem cæcos eos nominat, eo quod gloriabantur se omnia scire et docere, nullique proderant, sed omnes potius corrumpebant in barathrum infidelitatis projicientes. Culicem autem excolantes eos nominat, ut parva peccata observantes: camelum autem, hoc est, magna deglutientes et despicientes.

Væ vobis scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia purgatis exteriorem poculi patinæque partem, cæterum intus plena sunt ex rapina et intemperantia. Pharisæe cæce, purga prius quod est intra poculum et patinam, ut et exteriores horum partes puræ reddantur.] Qui traditiones seniorum observabant, lavabant calices et paropsides, hoc est, patinas, in quibus opsonia ponuntur: ex rapina autem bibebant vinum, et comedebant cibos, qui magis coinquinabant. Dicit igitur, Ne possideas vinum injuste partum, et mundus etiam intus calix erit. Vel non de calicibus et patinis dicit, sed de externa et corporali habitudine, et interna et spirituali. Tu enim, inquit, exteriores poculi partes, hoc est, exteriorem tuam habitudinem, fricas, ut elegantiores sint: intus autem te imples sordibus, hoc est, rapinis et injuria alios afficis. Oportet autem te intus lavari, hoc est, in anima, ut puritate animæ cohonestetur et exterior dignitas.

Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ extrinsecus quidem apparent speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, omnique spurcitia: sic et vos extrinsecus quidem apparetis hominibus justi, intus autem pleni estis fictione et iniquitate.] Et hæc parabola similiter intelligetur ut præcedens. Dabant enim operam ut exteriori habitudine decori viderentur, sicut sepulchra dealbata, utpote gypso et asbesto dealbati, intus autem omni et mortuorum et putridorum operum immunditia erant pleni.

V. 29—31 Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προ- 127
φητῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων, καὶ λέγετε· εἰ ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἦμεν κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν. Ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας.] Ταλανίζει αὐτοὺς οὐχ ὅτι οἰκοδομοῦσι τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, τοῦτο γὰρ θεάρεστον, ἀλλ' ὅτι προσποιούμενοι ταῦτα, καὶ δῆθεν καταγινώσκοντες τῶν πατέρων αὐτῶν, χείρονα ἐκείνων ἐποίουν, καὶ ὑπερηκόντισαν ἐκείνους τῇ κακίᾳ, ψευδόμενοι προφανῶς ὅτι, εἰ ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἐφονεύομεν τοὺς προφήτας. Αὐτοὶ γὰρ τὸν τῶν προφητῶν δεσπότην ἐλύττων φονεῦσαι· διὸ καί φησιν·

V. 32, 33 Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν· ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης;] Οὐκ ἐπιτάττων αὐτοὺς, ἢ συνωθῶν πρὸς τὸ φονεῦσαι αὐτὸν, λέγει τὸ, πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν, ἀλλὰ τοιοῦτόν τι λέγει· ἐπειδὴ ὄφεις ἐστὲ καὶ γεννήματα τοιούτων πατέρων, καὶ εἰς τοσαύτην κακίαν ἐξετραχηλίσθητε, ὥστε ἀνιάτως ἔχειν, συντομώτερον σπουδάσατε νικῆσαι τοὺς πατέρας ὑμῶν· τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν ἐμὲ φονεύσητε· αὐτὸ γὰρ τὸ ἀκρότατον τῆς κακίας καταλήψεσθε, ἐὰν τὴν ἐλλείπουσαν τοῖς πατράσιν ὑμῶν μιαιφονίαν ἀναπληρώσητε· πῶς οὖν τοιοῦτοι ὄντες, φύγητε τὴν κόλασιν;

V. 34 Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς· καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν.] Ἐλέγχει αὐτοὺς ψευδῶς εἰπόντας, ὅτι εἰ ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἐφονεύομεν τοὺς προφήτας. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἐγὼ ἀποστέλλω προφήτας καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς, ἀλλ' ὅμως ἀποκτενεῖτε αὐτούς. Περὶ δὲ τῶν ἀποστόλων ταῦτα λέγει· τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ διδασ-

Vœ vobis Scribœ et Pharisœi hypocritœ, quia œdificatis sepulchra prophetarum, et ornatis monumenta justorum, ac dicitis, Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quod filii sitis eorum qui prophetas occiderunt.] Miseros dicit illos, non quod sepulchra ædificant prophetarum (hoc enim Deo gratum) sed quia ita simulabant, et patres suos condemnabant, deteriores illis existentes, malitiaque eos superantes mentiebantur manifeste, cum dicerent, si fuissemus in diebus patrum nostrorum, prophetas non occidissemus: ipsi enim prophetarum Dominum rabidi occidere cupiebant. Idcirco et dicit:

Vos quoque implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, progenies viperarum, quomodo effugietis judicium gehennœ?] Non imperat, aut compellit illos ut se occidant, dicens, Implete et vos mensuram patrum vestrorum: sed hoc est quod dicit, quia serpentes estis, et talium patrum progenies, et in tanta insania obstinati estis, ut incurabiles sitis: quod reliquum est operam date, ut patres vestros vincatis, hoc autem erit quando me occidetis. Tunc enim summum malitiæ verticem apprehendetis, cum omissam a patribus vestris cædem implebitis. Cum igitur tales sitis, quomodo pœnam effugietis?

Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, et sapientes, et scribas, et illorum aliquot occidetis, crucifigetisque, et illorum nonnullos flagellabitis in synagogis vestris, et persequemini de civitate in civitatem.] Arguit illos mendacii, dicentes quod si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non occidissemus prophetas. Ecce enim ego, inquit, mitto prophetas, et sapientes, et scribas, attamen vos illos occidetis. De apostolis autem hæc dicit, quos

καλίαις αὐτοὺς κοσμῆσαν, γραμματεῖς ἐποίησε, τουτέστι, τοῦ λαοῦ διδασκάλους, καὶ προφήτας καὶ σοφίας πάσης πεπληρωμένους. Ἀποστέλλω δὲ εἶπε, δεικνὺς τὸ τῆς θεότητος ἐξουσιαστικόν.

V. 35, 36 **Ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου, ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἥξει ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην.]** *Ἐπὶ τοὺς τότε ὄντας Ἰουδαίους φησὶν ἥξειν πᾶν αἷμα ἀδίκως ἐκχυθέν· χεῖρον γὰρ τιμωρηθήσονται παρὰ τοὺς πατέρας αὐτῶν, οἱ μηδὲ μετὰ τοσαῦτα παραδείγματα σωφρονισθέντες· ὥσπερ καὶ ὁ Λάμεχ παρὰ τὸν Κάϊν πλέον ἐκολάσθη, καίτοι οὐκ ἀδελφὸν ἀνελὼν, διότι οὐκ ἐσωφρονίσθη τῷ κατὰ τὸν Κάϊν ὑποδείγματι. Ἥξει οὖν, φησὶν, ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα, ἀπὸ Ἄβελ ἕως Ζαχαρίου. Εὐκαίρως δὲ ἐμνήσθη τοῦ Ἄβελ· ὡς γὰρ ὁ Ἄβελ διὰ φθόνον ἀνῃρέθη, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς φθονηθείς. Ποίου δὲ Ζαχαρίου ἐνταῦθα μέμνηται; οἱ μὲν τοῦ ἐν τοῖς* 128
δώδεκα προφήταις φασὶ συναριθμουμένου· οἱ δὲ τοῦ πατρὸς τοῦ προδρόμου. Λόγος γὰρ ἔχει παραδοθεὶς ἡμῖν, ὅτι τόπος τις ἦν ἐν τῷ ναῷ, ἐν ᾧ ἵσταντο αἱ παρθένοι. Ὁ τοίνυν Ζαχαρίας, ἀρχιερεὺς ὢν, καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν τὸν Χριστὸν τὴν Θεοτόκον ἔστησεν ἐν τῷ τόπῳ τῶν παρθένων· ἀγανακτήσαντες δὲ ἐπὶ τούτῳ οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν αὐτὸν, ὡς μετὰ τῶν παρθένων τάξαντα γυναῖκα γεννήσασαν. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ καὶ ὁ πατὴρ τοῦ προδρόμου εἶχε πατέρα Βαραχίαν ὀνόματι, ὥσπερ καὶ ὁ ἐν τοῖς δώδεκα προφήταις Βαραχίου λέγεται υἱός· εἰκὸς γὰρ ὥσπερ τὰ τούτων ὀνόματα συνέδραμον, οὕτω καὶ τὰ τῶν πατέρων αὐτῶν.

V. 37—39 **Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος·**

Spiritus sanctus doctrina ipsos exornans scribas fecit, hoc est, doctores populi, et sapientia omni et prophetia ornavit. Emitto autem, inquit, declarans suæ deitatis potestatem.

Ut veniat super vos omnis sanguis justus qui effunditur super terram a sanguine Abel justi, usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis, quod venient hæc omnia super generationem istam.] Super Judæos illos qui tunc erant, dicit, veniet omnis sanguis injuste effusus: plus enim punientur, quam patres sui. Nam neque post tanta exempla emendati fuerunt. Sic enim et Lamech post Cain plus punitus fuit, quamvis non interemisset fratrem, eo quod non fuisset ad exemplum Cain emendatus. Veniet igitur, inquit, super vos omnis sanguis, ab Abel usque ad Zachariam. Opportune autem meminit Abelis. Sicut enim Abel propter invidiam interemptus est, ita et Christus. Cujus autem Zachariæ hoc loco meminit? Alii dicunt illum fuisse unum de duodecim prophetis, alii patrem præcursoris Domini. Habet enim ita narratio nobis tradita, quod locus quidam in templo fuerit, in quo stabant virgines. Zacharias igitur cum esset pontifex, postquam Deipara peperisset Christum, statuit illam in eo loco: unde indignati eum Judæi occiderunt quod cum virginibus collocasset mulierem quæ pepererat. Non est enim mirabile quod etiam pater præcursoris habuerit patrem Barachiam, sicut et is qui ex duodecim erat, dicitur Barachiæ filius. Verisimile enim quod sicut illi fuerunt cognomines, ita et patres ipsorum.

Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis? Ecce relinquitur vobis domus vestra

λέγω γὰρ ὑμῖν, οὐ μή με ἴδητε ἀπ᾽ ἄρτι, ἕως ἂν εἴπητε, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.] Διπλασιάζει τὸ ὄνομα τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐλεῶν αὐτὴν καὶ ἀνακαλούμενος συμπαθῶς· ὥσπερ γὰρ πρός τινα φιλουμένην μὲν διακακῶς, καταφρονοῦσαν δὲ τοῦ φιλοῦντος, ἀπολογεῖται, μέλλων ἐπάγειν τὴν κόλασιν· αἰτιᾶται γὰρ αὐτὴν ὡς φονικὴν, καὶ ὅτι πολλάκις θέλοντος αὐτοῦ ἐλεῆσαι ταύτην, αὐτὴ οὐκ ἠθέλησε, ἀλλὰ τῷ διασκορπίζοντι αὐτὴν πειθομένη διαβόλῳ, καὶ ἀπάγοντι ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἥτις ἑνοειδές τι χρῆμά ἐστι, τὸν συνάγοντα Κύριον οὐκ ἐδέχετο. Οὐδὲν γὰρ οὕτω σκορπίζει ἀπὸ Θεοῦ, ὡς ἁμαρτία· ὥσπερ αὖ συνάγει πρὸς Θεὸν τὸ ἀγαθὸν συνειδός. Τὴν φιλοστοργίαν δὲ ἐνδεικνύμενος, τὸ τῆς ὄρνιθος ὑπόδειγμα τέθεικε. Διὸ ἐπεὶ οὐ θέλετε, ἀφίημι τὸν ναὸν ἔρημον· ἐντεῦθεν δὲ μανθάνωμεν, ὅτι δι᾽ ἡμᾶς κατοικεῖ καὶ τοὺς ναοὺς ὁ Θεός· ὅταν δὲ ἡμεῖς ἀπεγνωσμένοι ὦμεν, τότε καὶ οἱ ναοὶ ἀφίενται. Οὐ μὴ οὖν με ἴδητε ἄχρι τῆς δευτέρας παρουσίας· τότε γὰρ καὶ ἄκοντες αὐτὸν προσκυνήσουσι, καὶ ἐροῦσι τὸ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος. Τὸ δὲ, ἀπ᾽ ἄρτι, ἀντὶ τοῦ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι νόησον, μὴ μέντοιγε τὴν ὥραν ἐκείνην καθ᾽ ἣν ταῦτα ἔλεγε. Εἶδον γὰρ αὐτὸν ἀφ᾽ οὗ ἐλάλησε ταῦτα πολλάκις· μετὰ μέντοι τὸ σταυρωθῆναι οὐκ εἶδον αὐτὸν, οὐδὲ ἴδωσιν ἄχρις ἂν ἐνστῇ ἡ παρουσία αὐτοῦ.

ΚΕΦ. κδ΄.

ΚΑΙ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, καὶ προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· βλέπετε ταῦτα πάντα; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ καταλυθήσεται.] Ἐξελθὼν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἔδειξεν ὅτι ἀπὸ
τῶν Ἰουδαίων μεταστήσεται. Καὶ καθὼς εἶπεν ὅτι ἀφίεται 129
ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, οὕτω δὴ καὶ ποιεῖ. Καὶ προλέγει τὴν κατάλυσιν τοῦ ναοῦ τοῖς μαθηταῖς· ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι πρόσγεια φρονοῦντες περὶ τὰ κάλλη τῶν οἰκοδομημάτων

deserta. Dico enim vobis, haudquaquam me videbitis posthac, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.] Bis ponit nomen Hierusalem, misertus ejus, et magna cum compassione eam revocans. Cum ea enim, quasi cum quadam vehementer dilecta, quæ diligentem contemnat, expostulat inducturus pœnam: arguit enim illam quasi sanguinariam, et quod sæpius volente se misereri ejus, ipsa noluerit, sed diabolum potius audierit, a quo dispersa, et a veritate, quæ uniendi vim habet, fuerit abducta, congregantem autem Dominum non susceperit. Nihil enim sic a Deo dispergit, ut peccatum: et nihil ita ad Deum aggregat, ut bona conscientia. Ostendens autem misericordiam avis exemplum ponit. Idcirco quia noluistis, relinquo templum desertum. Hoc loco discamus, quod propter nos Deus et templa inhabitat: quod si nos reprobati fuerimus, tunc relinquuntur et templa. Non igitur me videbitis usque ad secundum adventum: tunc enim etiam nolentes eum adorabunt, et dicent, Benedictus qui venit. Posthac autem, intellige, postquam crucifixus fuero: non enim de hora qua hæc dicebat, loquitur: nam postea sæpius eum viderunt: post crucifixionem autem nequaquam, nec visuri sunt, donec instet adventus ejus.

CAPUT XXIV.

ET egressus Jesus discedebat a templo. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, ut ostenderent ei structuras templi. Jesus autem dixit illis: Nonne videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruetur.] Egressus a templo ostendit quod a Judæis migraturus sit: et sicut dixit quod relinquatur vobis domus deserta, ita et facit. Prædicit quoque discipulis destructionem templi. Sapiebant enim et illi terrena, et stupebant ædificiorum pulchritudinem, et

ἐπτόηντο, καὶ ὡσανεὶ ἐδείκνυον τῷ Χριστῷ, ἴδε ποίου οἴκου κάλλη ἀφίης ἔρημα, ἀπάγει αὐτοὺς τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς ἐπιγείοις, καὶ ἐπὶ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ παραπέμπει, οὐ μὴ μείνῃ, λέγων, ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον. Τοῦτο δὲ εἶπε, τὴν παντελῆ ἀπώλειαν τῆς οἰκοδομῆς αἰνιττόμενος, καὶ ὑπερβολικὸν τὸν λόγον ποιούμενος.

V. 3 **Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κατ' ἰδίαν λέγοντες· εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος;]** Ἰδίᾳ προσέρχονται, ὡς περὶ μεγάλων μέλλοντες ἐρωτῆσαι. Περὶ δύο γὰρ ἐρωτῶσι πραγμάτων· πότε ταῦτα ἔσται, τουτέστιν, ἡ κατάλυσις τοῦ ναοῦ καὶ ἡ ἅλωσις τῆς Ἱερουσαλήμ· καὶ ἄλλο, τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας.

V. 4, 5 **Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες· ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν.]** Πολλοί, φησίν, ἥξουσιν ἀνακηρύττοντες ἑαυτοὺς Χριστούς· καὶ γὰρ Δοσίθεος ὁ Σαμαρείτης ἔλεγεν ὅτι, ἐγώ εἰμι ὁ ὑπὸ τοῦ Μωσέως προαγορευθεὶς προφήτης, καὶ Σίμων δὲ ὁ
Act. viii. 10. Σαμαρείτης μεγάλην τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἑαυτὸν ὠνόμαζεν.

V. 6—8 **Μελλήσετε δὲ ἀκούειν πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων. Ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε· δεῖ γὰρ τὰ πάντα γενέσθαι, ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος. Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοί, καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους. Πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων.]** Πολέμους τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις λέγει τῶν Ῥωμαίων. Οὐ μόνον δὲ πολέμους λέγει γενήσεσθαι, ἀλλὰ καὶ λιμοὺς καὶ λοιμούς, δεικνύων ὅτι θεήλατος ἔσται κατὰ τῶν Ἰουδαίων ἡ ὀργή. Τοὺς μὲν γὰρ πολέμους ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐπηρείας γινομένους· λιμοὺς δὲ καὶ λοιμοὺς οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἢ ἀπὸ Θεοῦ πάντως. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι

quasi Christo monstrabant, Ecce qualem domum relinquis desertam. Unde abducit illos, ne adhæreant terrenis, et ad supernam Hierusalem trasmittit, dicens, Neutiquam manebit hic lapis super lapidem; his autem verbis significat funditus periturum ædificium, hyperbolico sermone usus.

Sedente autem eo in monte Olivarum, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt, et quod signum adventus tui et consummationis seculi?] Secreto accedunt, ut de magnis rebus interrogaturi. De duobus enim rogant, et quando hæc erunt, nempe destructio templi, expugnatioque Hierusalem: et quod signum ipsius adventus.

Et respondens Jesus dixit eis: Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, multosque seducent.] Multi, inquit, venient prædicantes se esse Christos. Nam Dositheus Samaritanus dicebat se prophetam a Mose prædictum, et Simon Samaritanus magnam virtutem Dei se nominabat.

Audituri estis bella et rumores bellorum: videte ne turbemini: oportet enim omnia fieri, sed nondum est finis. Consurget autem gens contra gentem, et regnum contra regnum, et erunt pestilentiæ, et fames, et terræmotus singulis locis. Hæc autem omnia initia sunt dolorum.] Bella dicit Romanorum in Hierosolymis. Non solum autem bella dicit futura, sed et fames et pestes: quandoquidem ira Dei in Judæos erit. Bella enim aliquis dixerit hominum incursiones, famem autem et pestem nunquam aliunde provenire quam a Deo. Deinde ne putent

πρὶν ἢ κηρύξωσι συντελεσθήσεται ὁ κόσμος, φησὶ μὴ θορυβεῖσθε. Οὔπω γὰρ ἡ συντέλεια· οὐδὲ γὰρ ἅμα τῇ κατασκαφῇ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ ἡ κοινὴ συντέλεια ἔσται. Ἔθνος δὲ ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλείαν ἐπὶ βασιλείαν ἐγερθήσεσθαι λέγει, διὰ τὰ ἐσόμενα τοῖς Ἰουδαίοις κακὰ, ἅπερ εἰσὶν ἀρχὴ ὠδίνων· ὥσπερ γὰρ αἱ ὠδῖνες γίνονται τῇ τικτούσῃ, καὶ οὕτω τίκτει, οὕτω καὶ ὁ παρὼν αἰὼν μετὰ τὰς συγχύσεις καὶ τοὺς πολέμους ἀπογεννήσει τὰ μέλλοντα.

V. 9—13 **Τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς θλίψιν, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν διὰ τὸ ὄνομά μου. Καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοὶ, καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους· καὶ πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, καὶ πλανήσουσι πολλούς· καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Ὁ δὲ ὑπομείνας** 130
εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.] Προλέγει τὰ συμβησόμενα κακὰ, παραθαῤῥύνων διὰ τοῦ προλέγειν τοὺς μαθητάς. Τὸ γὰρ ἀπροσδόκητον εἴωθεν ἐκφοβεῖν καὶ ταράττειν. Προομαλίζει οὖν τὸν φόβον διὰ τοῦ προαγορεύειν τὰ μέλλοντα δεινὰ, τοὺς φθόνους, τὰς ἔχθρας, τοὺς σκανδαλισμοὺς, τοὺς ψευδοπροφήτας, οἳ πρόδρομοι τοῦ Ἀντιχρίστου εἰσὶν, ἀποπλανῶντες τοὺς πολλοὺς, ὥστε πρὸς πᾶν εἶδος ἀνομίας ἐκτραχηλίζειν αὐτούς. Διὰ δὲ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ἐκ τῆς πλάνης τοῦ Ἀντιχρίστου, ἐκθηριωθήσονται οἱ ἄνθρωποι, ὡς μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους σώζειν ἰκμάδα τινὰ ἀγάπης, ἀλλὰ παραδίδοσθαι ὑπ' ἀλλήλων· ὁ δὲ ἄχρι τέλους ὑπομείνας, καὶ καρτερικῶς φέρον, καὶ μὴ ἐνδοὺς πρὸς τὰ ἐπαγόμενα, σωθήσεται ὡς δόκιμος στρατιώτης ἀναφανείς.

V. 14 **Καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος.]** Οὐκ ἐμποδισθήσεσθε εἰς τὸ κηρύττειν, θαῤῥεῖτε. Κηρυχθήσεται γὰρ τὸ εὐαγγέλιον ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, εἰς μαρτύριον, τουτέστιν, εἰς ἔλεγχον, εἰς κατηγορίαν τῶν μὴ πιστευσάντων, καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος, οὐχὶ τοῦ κόσμου, ἀλλὰ τῆς Ἱερου-

quod priusquam prædicaverint, consummetur mundus, dicit, Ne turbemini. Nondum enim consummatio, neque cum subversione Hierusalem erit generalis consummatio. Gentem vero contra gentem, et regnum contra regnum exsurrecturum dicit propter imminentia Judæis mala: quæ initia sunt dolorum. Sicut enim parturiens dolet, et sic parit: ita et præsens seculum post confusiones et bella, parit futura.

Tunc tradent vos in afflictionem, et occident vos, et eritis invisi cunctis gentibus propter nomen meum. Et tunc offendiculum patientur multi, et alius alium invicem tradent, seque odio habebunt invicem, et multi pseudoprophetæ surgent, et seducent multos: et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.] Prædicit eventura mala, animans discipulos per hoc quod prædicit. Nam inexpectata terrere et turbare consueverunt. Præmitigat igitur timorem, prædicendo futura gravia, odia, inimicitias, offensiones, pseudoprophetas, qui præcursores sunt Antichristi, seducentes multos, ita ut in omnem iniquitatem eos præcipitent. Quia autem multiplicabitur iniquitas per imposturas Antichristi, exasperabuntur et efferi erunt homines, ita ut neque cum familiarissimis ullum servent charitatis humorem, sed mutuum se tradant. Qui autem usque ad finem perseveraverit, et fortiter tulerit, neque cesserit his quæ inferuntur, tunc salvus erit, ut qui comprobetur strenuus miles.

Et prædicabitur hoc evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet consummatio.] Non erit vobis prædicandi obstaculum, confidite. Prædicabitur enim evangelium in omnibus gentibus, in testimonium, hoc est, in reprehensionem et condemnationem eorum qui non crediderunt: et tunc

σαλήμ. Πρὸ γὰρ τοῦ ἁλῶναι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκηρύχθη τὸ εὐαγγέλιον, ὥσπερ καὶ ὁ Παῦλος λέγει· τοῦ εὐαγ- Coloss. i. 23. γελίου κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπ' οὐρανόν. Ὅτι γὰρ περὶ τοῦ τέλους τῶν Ἱεροσολύμων λέγει, δῆλον ἀπὸ τῶν ἑξῆς· φησὶ γάρ·

V. 15 Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ· ὁ ἀναγινώσκων νοείτω.] Βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὴν στήλην λέγει τοῦ τὴν πόλιν κρατήσαντος, ἣν ἔστησεν ἐν τοῖς ἀδύτοις τοῦ ναοῦ· ἐρημώσεως μὲν οὖν, διότι ἐπορθήθη ἡ πόλις· βδέλυγμα δὲ, διότι τὰς στήλας καὶ τὰς εἰκόνας τῶν ἀνθρώπων, βδελύγματα ὠνόμαζον οἱ Ἑβραῖοι, τὴν εἰδωλολατρίαν μισοῦντες.

V. 16—18 Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη· ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος μὴ καταβαινέτω ἆραι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.] Τὴν τῶν συμφορῶν ἄφυκτον ὑπερβολὴν αἰνιττόμενος, φησὶν ὅτι χρὴ φεύγειν ἀνεπιστρόφως, μηδενὸς φροντίζοντας τῶν ἐν ταῖς οἰκίαις ὄντων, μήτε ἱματίων, μήτε ἀλλοίων σκευῶν. Τινὲς δὲ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸν Ἀντίχριστον νοοῦντες, ὡς ἐπ' ἐρημώσει τοῦ κόσμου καὶ καταστροφῇ τῶν ἐκκλησιῶν ἐσόμενον καὶ καθίσοντα ἐν τῷ ναῷ, νοοῦσι καὶ ταῦτα οὕτως, ὅτι ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, τουτέστιν, ἐν τῷ ὕψει τῶν ἀρετῶν ὢν, μὴ καταβάτω ἀπὸ τοῦ ὕψους τῶν ἀρετῶν, ὥστε ἆραι τὰ τοῦ σώματος· οἰκία γὰρ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα· δεῖ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ ἀναχωρεῖν, τουτέστι τῶν γηΐνων, ἀγρὸς γὰρ ὁ βίος, καὶ μηδὲ τὸ ἱμάτιον αἴρειν, τὴν παλαιὰν κακίαν ἣν ἐξεδυσάμεθα.

V. 19 Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.] Αἱ μὲν γὰρ ἔγκυοι οὐ δυνήσονται φεύγειν τῷ φορτίῳ τῆς γαστρὸς βαρυνόμεναι· αἱ δὲ θηλάζουσαι διὰ τὴν πρὸς τὰ τέκνα συμπάθειαν, μήτε ἐᾶσαι αὐτὰ δυνάμεναι, μήτε μὴν βαστάζειν, καὶ σὺν αὐτοῖς σωθῆναι, οὐκ ἐκφεύξονται τὴν τότε ὀργήν. Ἢ καὶ τοῦτο αἰνίττεται ὁ Χριστὸς, τὴν τεκνοφαγίαν. Λέ- 131

veniet consummatio, non mundi, sed Hierusalem. Nam ante captam Hierusalem prædicatum est evangelium, sicut et Paulus dicit, Evangelii, quod prædicatum est in omni quæ sub cœlo creatura. Nam quod de fine Hierosolymorum dicat, manifestum est ex sequentibus.

Cum ergo inquit videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.] Abominationem desolationis dicit statuam ejus qui civitatem imperavit, quam erexit in adytis templi. Desolationis autem dicitur, eo quod expugnanda esset civitas. Abominatio vero, eo quod statuas et imagines hominum Hebræi abominationes vocabant, odio idololatriæ.

Tunc hi qui in Judæa sunt, fugiant in montes: is qui in tecto, non descendat ut tollat quicquam de domo sua: et is qui in agro, non revertatur ut tollat vestes suas.] Insinuans summa pericula quæ evadi non possunt, inquit, quod oporteat fugere non respiciendo neque curando quid in domo sit, vel vestes, vel alia vasa. Quidam autem abominationem desolationis antichristum existimantes, eo quod vastaturus mundum, et subversurus sit ecclesias, ac sessurus in templo, intelligunt et ista sic, quod qui in tecto est, id est, excelsis virtutibus præditus, non descendat a summis virtutibus ut tollat ea quæ sunt corporis. Domus enim animæ corpus. Oportet autem et ab agro secedere, hoc est, terrenis, (ager enim vita) neque vestem tollere malitiæ, quæ vetus est vestis quam exuimus.

Væ autem prægnantibus et lactantibus in illis diebus.] Prægnantes quidem non poterunt fugere, onere ventris gravatæ: lactantes autem propter compassionem erga pueros. Illos enim relinquere nequeunt, neque secum portare et simul salvare possunt: quare non effugient iram. Fortassis Christus insinuat quod et comederint pueros. Dicit enim Josephus quod cum esset fames

Bell. Jud. vi. 3. γει γὰρ ὁ Ἰώσηφος ὅτι λιμοῦ ὄντος διὰ τὴν πολιορκίαν, ὤπτησε γυνὴ τὸ τέκνον αὐτῆς, καὶ ἔφαγε.

V. 20 Προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν ἐν χειμῶνι, μηδὲ σαββάτῳ.] Ἐν προσώπῳ τῶν ἀποστόλων πρὸς Ἰουδαίους ταῦτά φησιν· οἱ γὰρ ἀπόστολοι προέφθασαν ἐξελθόντες τῆς Ἱερουσαλήμ. Τοῖς Ἰουδαίοις οὖν λέγει εὔχεσθαι ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ αὐτῶν ἐν χειμῶνι, διὰ τὴν δυσκολίαν τοῦ καιροῦ μὴ δυναμένων ἀποδρᾶναι, μηδὲ ἐν σαββάτῳ, τότε γὰρ ἀργοῦσι κατὰ τὸν νόμον, καὶ οὐκ ἂν ἐπιτολμήσαιεν τῇ φυγῇ. Σὺ δὲ καὶ οὕτω νόει, ὅτι δεῖ εὔχεσθαι ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ἡμῶν ἐκ τοῦ βίου τούτου, τουτέστιν ἡ τελευτὴ, ἐν σαββάτῳ, τῇ ἀργίᾳ τῶν καλῶν πράξεων, μηδὲ ἐν χειμῶνι, τῇ ἀκαρπίᾳ τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐν εὐδίᾳ ψυχῆς καὶ ἀταραξίᾳ.

V. 21, 22 Ἔσται γὰρ τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται· καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι.] Θλίψις ἀφόρητος τότε ἦν· ἐκελεύσθησαν γὰρ οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατιῶται μηδενὸς φείδεσθαι. Ἀλλ' ὁ Θεὸς διὰ τοὺς μέλλοντας πιστεύειν ἐξ αὐτῶν, ἢ καὶ πιστεύσαντας ἤδη, οὐκ ἀφῆκεν ἄρδην ἀναιρεθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰς θλίψεις καὶ τὸν πόλεμον ἐκολώβωσεν· εἰ γὰρ ἐκράτησεν ἐπὶ πλέον ὁ πόλεμος, πάντες ἂν οἱ ἔνδον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διεφθάρησαν. Τινὲς δὲ περὶ τῶν τοῦ Ἀντιχρίστου ἡμερῶν νοοῦσι ταῦτα· οὐκ ἔστι δὲ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου ταῦτα, ἀλλὰ περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἱερουσαλήμ. Τὰ δὲ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου ἐντεῦθεν ἄρχεται· ἄκουε οὖν.

V. 23—25 Τότε ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ὧδε, μὴ πιστεύσητε· ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται· καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα, ὥστε πλανῆσαι εἰ δυνατὸν καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν.] Ἐπειδὴ δύο προσήνεγκαν ἐρωτήσεις οἱ μαθηταὶ, περὶ τῆς ἁλώσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου,

propter obsidionem, mulier coxerit filium suum, et comederit.

Orate autem ne fuga vestra fiat hyeme, neque sabbato.] In persona apostolorum ad Judæos hæc dicit: apostoli enim prius egressi sunt ex Hierusalem. Judæis igitur dicit ut precentur ne in hyeme fiat fuga sua, eo quod incommodum sit illis temporibus fugere; neque in sabbato, tunc enim juxta legem otiosi sunt, et fugere non audent. Tu autem et sic intelligito, quod oporteat precari ne fiat fuga nostra ex hac vita, hoc est mors, in sabbato, otiosis nobis a bonis operibus, neque hyeme, in sterilitate bonorum, sed in serenitate animæ, quæ non turbetur.

Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi ad hoc usque tempus, neque fiet. Et nisi abbreviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: propter electos autem abbreviabuntur dies illi.] Afflictio intolerabilis tunc erat. Jussi sunt enim Romanorum milites ne cui parcerent: sed Deus propter credituros ex illis, vel eos qui jam crediderant, non permisit simul omnes occidi. Decurtavit autem afflictiones et bella: nam si bellum diuturnius fuisset, omnes qui intus erant, fame periissent. Quidam de antichristi diebus hæc intelligunt: sed non sunt intelligenda hæc de antichristo, sed de captivitate urbis Hierusalem. Quæ ad antichristum pertinent, hoc loco incipiunt. Audi igitur.

Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetæ, et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur etiam electi, si fieri potest. Ecce prædixi vobis.] Quoniam discipuli duas quæstiones introduxerant, unam de captivate Hierusalem, et alteram

εἰπὼν περὶ τῆς ἁλώσεως, ἐντεῦθεν ἄρχεται περὶ τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου. Τὸ δὲ, τότε, οὐ τοῦτο ἐμφαίνει; ὅτι εὐθὺς μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀλλὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐμφαίνει καθ' ὃν μέλλει γενήσεσθαι· ὥστε εἶναι τὸ λεγόμενον τοιόνδε, τότε, τουτέστιν, ὅταν μέλλῃ ὁ Ἀντίχριστος ἐλθεῖν, ἔσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται πολλοὶ, ἐκ φαντασίας δαιμόνων διαπαίζοντες τοὺς τῶν ὁρώντων ὀφθαλμοὺς, πρὸς τὸ ἀπατῆσαί τινας· ὥστε ἢν μὴ νήφωσι καὶ οἱ δίκαιοι ἀπατηθήσονται. Ἀλλ' ὑμῖν ἰδοὺ προείρηκα, οὐκ ἔχετε πρόφασιν· δύνασθε γὰρ μὴ ἀπατηθῆναι.

V. 26—28 **Ἐὰν οὖν εἴπωσιν ὑμῖν, ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστὶ, μὴ ἐξέλθητε· ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις, μὴ πιστεύσητε· ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.]** Ἐὰν
ἔλθωσι, φησὶν, οἱ ἀπατεῶνες, λέγοντες ὅτι ἦλθεν ὁ Χρι- 132
στὸς, ἀλλ' ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστὶ κρυπτόμενος, ἢ ἐν οἰκίᾳ τινὶ, καὶ ἐν τοῖς ταμείοις καὶ ἐσωτέροις τόποις ταύτης, μὴ ἀπατηθῆτε· ἡ γὰρ τοῦ Χριστοῦ παρουσία οὐ δέεται τοῦ δείξοντος, ἀλλὰ καταφανὴς ἔσται πᾶσιν, ὥσπερ καὶ ἡ ἀστραπή. Καὶ γὰρ αὕτη καὶ αἰφνίδιός ἐστι, καὶ πᾶσι κατάδηλος· οὕτως οὖν κἀκείνη πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ ἔκδηλος ἔσται· οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τῇ προτέρᾳ παρουσίᾳ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετέβαινεν, οὕτω καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ, ἀλλ' ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ παρέσται. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ νεκρὸν σῶμα συνάγονται ὀξέως οἱ ἀετοὶ, οἱ γῦπες δηλαδὴ, οὕτω καὶ ἔνθα ἂν εἴη ὁ Χριστὸς, ἐλεύσονται πάντες οἱ ἅγιοι, οἱ τὰ ὑψηλὰ πετόμενοι, καὶ ἐν ταῖς νεφέλαις ἁρπαγησόμενοι ὡς ἀετοί· πτῶμα δὲ πάντως ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ πεσεῖν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἀποθανεῖν.
Luc. ii. 34. Ὡς καὶ ὁ Συμεὼν λέγει· οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν.

V. 29 **Εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλίψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σα-**

de adventu Domini: postquam de captivitate dixit, inde et de suo adventu dicere incipit, ac consummatione seculi. Cum autem dicit, Tunc, non hoc sibi vult, quod statim post captam Hierusalem, si quis vobis dicat, &c. sed tempus illud declarat quo futurum est: ita ut id quod dicitur hunc sensum habeat, Tunc, id est, quo tempore venturus est antichristus, erunt pseudochristi et pseudoprophetæ multi, qui in dæmonum apparitione fallent videntium oculos, ut quosdam decipiant: atque adeo, nisi valde sobrii sint, et justi seducantur. Sed ecce prædixi vobis. Non habetis excusationem, potestis enim non decipi.

Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, et apparet usque in occidentem, ita erit adventus filii hominis. Ubi enim fuerit cadaver, illic congregabantur et aquilæ.] Si venerint, inquit, impostores dicentes, Christus venit, sed in solitudine est occultus, vel in domo quadam, vel in promptuariis et interioribus locis ejus, ne decipiamini. Adventus enim Christi non opus habebit quopiam qui illum demonstret, sed manifestus erit omnibus, sicut et fulgur. Nam sicut illud repentinum est, et omnibus clarum, ita et ipse omnibus in mundo manifestus erit. Non enim sicut in primo adventu de loco in locum transivit, ita et in secundo, sed in momento oculi aderit. Et sicut apud mortuum cadaver congregantur statim aquilæ, quæ vultures sunt, sic et omnes sancti venient eo ubi Christus fuerit. Hi enim in summa volant, et in nubes rapientur, sicut aquilæ. Cadaver autem dicitur Christus, quia pro nobis cecidit et mortuus est; sicut et Symeon dicit, Hic positus est in casum.

Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cœlo, et virtutes cœlorum commovebuntur.] Post

λευθήσονται.] Μετὰ τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου, φησὶν, ἔλευσιν, ἥτις ταχὺ λυθήσεται, τοῦτο γὰρ διὰ τοῦ εὐθέως ἐδήλωσεν, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, ἀντὶ τοῦ ἀμαυρωθήσεται, οὐκ ἀφανιζόμενος, ἀλλὰ νικώμενος τῷ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας φωτί· ὥσπερ καὶ τὰ ἄστρα καὶ ἡ σελήνη. Τίς γὰρ ἔτι χρεία τοιούτου αἰσθητοῦ φωτὸς, νυκτὸς οὐκ οὔσης, καὶ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ὀφθέντος; Ἀλλὰ καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, τουτέστιν, ἐκπλαγήσονται καὶ φρίξουσιν, ὁρῶσαι τὴν κτίσιν ἀλλοιουμένην, καὶ πάντας τοὺς ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τότε ἀνθρώπους δώσειν μέλλοντας λόγον.

V. 30 Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.] Ὁ σταυρὸς τότε ὀφθήσεται ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμπων, πρὸς ἔλεγχον τῶν Ἰουδαίων. Ὥσπερ γάρ τι δικαίωμα μέγιστον ἔχων τὸν σταυρὸν, ἔρχεται κατὰ τῶν Ἰουδαίων ὁ Κύριος· καθάπερ εἴ τις λίθῳ πληγεὶς ἐπεδείκνυτο τὸν λίθον. Σημεῖον δὲ λέγει τὸν σταυρὸν, ὥσπερ τι τρόπαιον καὶ παράσημον βασιλικόν. Τότε τοίνυν κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς αἱ Ἰουδαϊκαὶ, θρηνοῦσαι τὴν ἑαυτῶν ἀπείθειαν. Καὶ πάντες δὲ οἱ τὰ γήϊνα φρονοῦντες, εἰ καὶ Χριστιανοί εἰσι, κόψονται· φυλαὶ γὰρ τῆς γῆς λεχθεῖεν ἂν οἱ τοῖς γηΐνοις προσκείμενοι· εἰ δὲ καὶ μετὰ τοῦ σταυροῦ ἔρχεται ὁ Κύριος, ἀλλ' οὖν καὶ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς.

V. 31 Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν.] Ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους ἐπισυνάξαι τοὺς ἁγίους, καὶ τοὺς ἐκ νεκρῶν ἀναστάντας, ὥστε ὑπαντῆσαι αὐτῷ ἐν νεφέλαις. Τιμᾷ οὖν αὐτοὺς καὶ τῇ δι' ἀγγέλων κλήσει. Εἰ δὲ καὶ ὁ
1 Thess. iv. 17. Παῦλος λέγει αὐτοὺς διὰ νεφελῶν ἁρπαγήσεσθαι, 133
οὐκ ἐναντίον τοῦτο· συλλεγέντας γὰρ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων

adventum, inquit, antichristi, qui brevi solvetur: hoc enim declaravit per hoc quod dicit, statim: sol obtenebrabitur, hoc est, obscurabitur, non disparens, sed superatus lumine adventus Christi, quemadmodum et stellæ et luna: quid enim præterea opus erit hujusmodi sensibili lumine, cum non erit nox, sed apparebit sol justitiæ? Quin et virtutes cœlorum commovebuntur, hoc est, obstupescent et horrescent, videntes creaturam immutari, et omnes ab Adam usque ad illud tempus homines rationem daturos.

Et tunc apparebit signum filii hominis in cœlo, et tunc plangent omnes tribus terræ, et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute et gloria multa.] Crux tunc apparebit in cœlo supra solum fulgens, ad arguendos Judæos: Veniet enim Christus contra Judæos habens crucem, ut magnam justificandi materiam et testimonium: veluti si quis lapide percussus ostendat lapidem. Signum autem dicit crucem, tanquam trophæum et insigne regium. Tunc igitur plangent omnes tribus terræ Judaicæ, lugentes suam inobedientiam et incredulitatem, et omnes qui terrena sapiunt plangent, etiam si Christiani sint. Tribus enim terræ dicuntur hi, qui terrena sapiunt. Quamvis autem cum cruce veniat Dominus, veniet tamen cum gloria multa et virtute.

Et emittet angelos suos cum tubæ voce magna, et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis cœlis usque ad terminos eorum.] Emittet angelos suos, ut congregent sanctos, et eos qui ex mortuis resurrexerunt, ita ut occurrant ipsi in nubibus. Honorat igitur eos etiam per angelorum vocationem. Quamvis autem Paulus dicat per nubes rapiendos, non est his adversum. Col-

ἁρπάσουσιν αἱ νεφέλαι· ἡ σάλπιγξ δὲ, πρὸς πλείονα ἔκπληξιν.

V. 32, 33 **Ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ, γινώσκετε, ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος. Οὕτω καὶ ὑμεῖς ὅταν ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώσκετε, ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις.]** *Ὅταν, φησὶ, ταῦτα πάντα γένηται, οὐ πολὺ ἔσται τὸ μέσον τῆς συντελείας καὶ τῆς ἐμῆς παρουσίας. Θέρος δὲ λέγει τὸν μέλλοντα αἰῶνα, καὶ γαλήνην ἀπὸ χειμῶνος, ἀλλὰ τοῖς δικαίοις· ὡς τοῖσγε ἁμαρτωλοῖς χειμὼν καὶ ταραχὴ μᾶλλόν ἐστιν. Ὥσπερ οὖν, φησὶ, τῆς συκῆς τοὺς κλάδους καὶ τὰ φύλλα ὁρῶντες, θέρος ἐλπίζετε· οὕτω καὶ τὰ σημεῖα ἐκεῖνα ἃ εἶπον ὁρῶντες, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἀλλοιούμενα, τὴν ἐμὴν προσδέχεσθε παρουσίαν.*

V. 34, 35 **Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται· ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν.]** *Γενεὰν ἐνταῦθα λέγει, οὐ τὴν τότε οὖσαν, ἀλλὰ τὴν τῶν πιστῶν· ὡσανεὶ τοῦτο λέγων, οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ τῶν πιστῶν, ἕως οὗ ταῦτα πάντα γένηται. Μὴ γὰρ ἐπειδὴ ἀκούετε λιμοὺς καὶ λοιμοὺς, νομίσητε, ὅτι ἡ γενεὰ τῶν πιστῶν ὑπὸ τούτων τῶν κακῶν φθαρήσεται, ἀλλὰ παραμενεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῆς κρατήσει δεινόν. Τινὲς δὲ τὸ, ταῦτα πάντα, περὶ τῆς ἁλώσεως μόνης τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐνόησαν, οὐχὶ καὶ περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας· ὅθεν οὕτως ἑρμηνεύουσιν· οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, τουτέστιν, ὑμῶν τῶν ἀποστόλων ἡ γενεὰ ὄψεται τὰς τῆς Ἱερουσαλὴμ συμφοράς. Βεβαιῶν δὲ τὰ ῥηθέντα φησὶν ὅτι, εὐκολώτερόν ἐστιν ἀφανισθῆναι οὐρανὸν καὶ γῆν, τὰ πεπηγότα ταῦτα καὶ ἀκίνητα στοιχεῖα, ἢ τῶν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων διαψευσθῆναί τι.*

V. 36 **Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος.]** *Διδάσκει τοὺς μαθητὰς ἐνταῦθα, μὴ ζητεῖν μανθάνειν τὰ ὑπερβαίνοντα τὴν ἀνθρωπίνην γνῶσιν. Ἐν τῷ εἰπεῖν γὰρ οὔτε οἱ ἄγγελοι, ἐπέσχεν αὐτοὺς τοῦ νῦν*

lectos enim per angelos rapient nubes. Tuba autem dicitur ad majorem terrorem.

A ficu autem discite parabolam. Cum jam ramus ejus tener fuerit, et folia fuerint enata, scitis quod prope est æstas. Ita et vos cum videritis omnia hæc, scitote quod prope sit in foribus.] Quando, inquit, omnia hæc fient, non procul aberit meus adventus et ultima mundi consummatio. Æstatem autem dicit futurum seculum, et post procellam, serenitatem quæ erit justis; impiis enim peccatoribus tempestas et turbatio major erit. Dicit igitur, Sicut videntes ramos et folia ficus, æstatem speratis: ita et signa illa videntes, ut dixi solem et lunam immutari, meum expectate adventum.

Amen dico vobis, Non præteribit hæc generatio, donec omnia illa fiant. Cælum et terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt.] Generationem hoc loco dicit non eam quæ tunc erat, sed fidelium: quasi hoc dicens, Non præteribit generatio fidelium, donec omnia hæc fiant. Non enim quia auditis famem et pestilentiam, credatis quod generatio fidelium his malis intereat, sed permanebit, et nihil illi prævalebit. Sunt qui hæc omnia de sola captivitate Hierusalem intellexerunt, et non de secundo adventu: unde et sic interpretantur: Non præteribit generatio hæc, hoc est, vestra apostolorum generatio videbit Hierosolymorum calamitates. Confirmans autem dicta, inquit, Facilius est transire cœlum, et terram aboleri, firma illa et immobilia elementa, quam ut quoddam ex meis dictis mendax sit.

De die autem illo et hora nemo scit, neque angeli quidem cœlorum, nisi pater meus solus.] Docet hoc loco discipulos, ut non quærant discere humanam naturam transcendentia: nam cum dicit, neque angeli, admonet

μαθεῖν, ὅπερ καὶ οἱ ἄγγελοι ἀγνοοῦσιν· ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν ὅτι ὁ πατήρ μου μόνος, ἐκώλυσεν αὐτοὺς καὶ τοῦ ζητῆσαι μαθεῖν εἰς τὸ μετέπειτα· εἰ γὰρ εἶπεν, ὅτι οἶδα μὲν, οὐ θέλω δὲ ὑμῖν εἰπεῖν, ἐλυπήθησαν ἂν, ὡς δῆθεν καταφρονούμενοι ὑπ' αὐτοῦ· νῦν δὲ ἐν τῷ εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲ ὁ υἱὸς εἶδεν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος, κωλύει αὐτοὺς ζητεῖν· [1] *ὥσπερ καὶ πατέρες πολλάκις κατέχοντές τι ἐν ταῖς χερσὶν, εἶτα ζητούμενοι τοῦτο ὑπὸ τῶν παίδων, καὶ μὴ θέλοντες δοῦναι, κρύπτουσιν αὐτὸ, λέγοντες· οὐκ ἔχομεν ὃ ζητεῖτε· καὶ οὕτω παύονται τὰ παιδία κλαυθμυριζόμενα.* Οὕτω *καὶ ὁ* Κύριος, *ἵνα παύσῃ τοὺς ἀποστόλους θέλοντας μαθεῖν περὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας, εἶπεν, ὅτι οὐδὲ ἐγὼ οἶδα, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος.* Ὅτι *γὰρ γινώσκει καὶ αὐτὸς τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν· πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, τοῦ υἱοῦ εἰσι·* (Joan. xvi. 15.) *καὶ τὴν* 134 *γνῶσιν δὲ ἔχει τῆς ἡμέρας, καὶ ὁ υἱὸς ἄρα ἔχει ταύτην.* Ἐκδηλότερον *δὲ ἐκ τοῦδε· πῶς γὰρ ἐνδέχεται ἀγνοεῖν τὴν ἡμέραν τὸν υἱὸν, ᾧ τὰ πρὸ τῆς ἡμέρας οὕτως ἔγνωσται; ὁ γὰρ ἐπὶ τὰ πρόθυρα ἀγαγὼν, πρόδηλον, ὅτι καὶ τὴν θύραν ἠπίστατο.* Ἀλλὰ *συμφερόντως οὐκ ἤνοιξε ταύτην· οὐ συμφέρει γὰρ ἡμῖν τὸ εἰδέναι πότε ἡ συντέλεια, ἵνα μὴ ῥαθυμήσωμεν.* Ἡ *γὰρ ἄγνοια διεγηγερμένους ἡμᾶς ποιεῖ.*

V. 37—39 Ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Ὥσπερ γὰρ ἦσαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, τρώγοντες καὶ πίνοντες, γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες, ἄχρις ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἦρεν ἅπαντας· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.] Πρὸς *βεβαίωσιν τῶν ἀψευδῶν αὐτοῦ λόγων, κέχρηται τοῖς κατὰ τὸν* Νῶε *γενομένοις· ὥσπερ γὰρ τότε χλεύην ἡγοῦντό τινες τὴν τῆς κιβωτοῦ κατασκευὴν, ἕως οὗ ἦλθε τὸ πάθος καὶ ἠφάνισε πάντας, οὕτω καὶ νῦν χλευάζουσί τινες τοὺς περὶ τῆς συντελείας λόγους· ἀλλ' αἰφνιδίως, φησὶν, ἐπελεύσεται ὁ ὄλε-*

[1] *ὥσπερ καὶ πατέρες κ.τ.λ.*] Indigna hæc viro Christiano sententia auctorem habuit Chrysostomum ap. Homil. II. in Act. Apost.

eos ne discere attentent id quod angeli ignorant: et cum dicit, pater meus solus, prohibet eos anniti ut discant postea. Quod si dixisset eis, Scio quidem, vobis autem dicere nolo, contristati essent utique, quasi despecti ab eo. Nunc autem cum dicit quod neque filius novit, nisi pater solus, prohibet ne inquirant: sicut et patres sæpe continent quid in manibus, deinde autem dum quærunt hoc filii, et dare ipsi nolunt, occultant dicentes, non habemus quod quæritis: et sic plorantes filios compescunt. Ita et Dominus ut compescat apostolos ne discere velint de die illo et hora, dixit, Neque scio ego, nisi pater solus. Scit enim et ipse horam, et diem illum: id quod ex multis aliis est manifestum. Omnia enim quæcunque habet pater, filii sunt: scientiam autem habet (pater) diei hujus, proinde et filius illam habet. Manifestius autem ex hoc: quomodo enim possibile est filium ignorare diem illum, cui ea quæ ante eum diem contingent, ita cognita sunt? Nam qui ad vestibulum ducit, manifestum quod is etiam januam sciat. Sed utiliter hunc non aperuit: nobis enim scire non prodest quando erit consummatio, ne ignavi simus. Ignorantia enim nos facit alacres.

Sed sicut erant dies Noe, ita erit et adventus filii hominis. Sicut enim erant in diebus qui præcesserunt diluvium, edentes et bibentes, contrahentes matrimonium, et nuptum dantes usque ad diem quo intravit Noe in arcam, et non cognoverunt donec venisset diluvium, et sustulisset universos: ita erit et adventus filii hominis.] Ad confirmationem verissimorum suorum dictorum utitur his quæ tempore Noe sunt facta: tunc irridebant nonnulli arcæ præparationem, donec veniret afflictio, et involveret omnes. Sic et nunc aliqui irrident sermones de consummatione seculi, sed repente, inquit, adveniet interitus. Ostendit

θρος. Δείκνυσι δὲ ὅτι τοῦ Ἀντιχρίστου ἐλθόντος, ἡ ἡδονὴ κρατήσει τῶν ἀνθρώπων, καὶ εἰς γάμους καὶ τρυφὰς ἀποκλινοῦσιν ὑβριστικώτερον, ὥσπερ καὶ οἱ ἐπὶ Νῶε γίγαντες.

V. 40, 41 Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται. Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι, μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται.] Τότε, φησὶν, ἀμερίμνων ὄντων πάντων, καὶ ἐργαζομένων τὰ οἰκεῖα ἔργα, ὁ μὲν εἷς παραλαμβάνεται, τουτέστιν, ὁ δίκαιος, εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα· ὁ δὲ εἷς, ὁ ἁμαρτωλὸς δηλονότι, ἀφίεται κάτω. Ἀλλὰ κἂν δοῦλοί τινες ὦσι καὶ ἀλήθωσι, καὶ ἐν τούτοις οἱ μὲν παραλαμβάνονται, ὅσοι ἄξιοι, οἱ δὲ ἀφίενται, ὅσοι ἀνάξιοι· ὥστε μανθάνομεν καὶ ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ δοῦλοι καὶ θήλειαι οὐκ ἐμποδίζονται πρὸς ἀρετήν.

V. 42—44 Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται. Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἂν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.] Ἀγρυπνεῖν ἐπιτάττει καὶ ἑτοιμάζεσθαι, ἤτοι ἔχειν τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα προτεθησαυρισμένα, ἵνα ἐπειδὰν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ἀπαιτῶν τι ὧν θέλει, ἔχωμεν διδόναι. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ οἶδα ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἀλλ' οὐκ οἴδατε· κλέπτην δὲ τὴν συντέλειαν ὀνομάζει, καὶ τὸν ἑκάστου θάνατον· αἰνίττεται δὲ ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ νυκτὸς ἔσται ἡ παρουσία αὐτοῦ. Ὥσπερ οὖν ὁ κλέπτης ἀφανῶς ἔρχεται, οὕτω καὶ ἡ ἐμὴ παρουσία, ὥστε μὴ ῥαθυμεῖτε, ἀλλὰ νήφετε. Εἰ γὰρ ᾔδειμεν τὴν τελευτὴν ἡμῶν πότε ἔσται, ἐκείνην ἂν μόνην τὴν ἡμέραν ἐσπουδάζομεν εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ· νῦν δὲ ἀγνοοῦντες, νήφομεν ἀεὶ πρὸς τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα.

V. 45—47 Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ Κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ διδόναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ; Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ Κύ-

autem quod cum venerit Antichristus, voluptatibus erunt homines dediti, et ad nuptias et delicias propensiores, sicut in tempore Noe gigantes.

Tunc duo erunt in agro: unus assumitur, et alter relinquitur. Duæ molentes in mola, una assumitur, et altera relinquitur.] Tunc, inquit, cum omnes sine sollicitudine, et sua operati fuerint opera: unus quidem assumitur, justus scilicet, in occursum Christi in aerem: alter autem, peccator videlicet, infra relinquitur. Quinetiam servi aliqui fuerint, et molant: et in his illi quidem assumuntur qui digni, relinquuntur autem qui indigni. Atque ita discimus ex hoc loco, quod et servi et mulieres a virtute non impediuntur.

Vigilate igitur, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus est. Illud autem scitote, quod si scisset paterfamilias qua hora fur venturus fuisset, vigilasset utique, et non permisisset fodi domum suam. Propter hoc et vos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.] Vigilare jubet, et præparari, hoc est, habere virtutis opera, quasi in thesauro quodam reposita, ut cum venerit Dominus repetens id quod vult, possimus dare. Vide autem quomodo non dixerit, nescio qua hora fur venturus sit: sed nescitis. Furem autem mundi consummationem nominat, et uniuscujusque mortem. Porro insinuat hoc loco nocte adventum suum futurum. Sicut igitur fur clam venit, ita et meus adventus, ut negligentes non sitis, sed sobrii et vigilantes. Nam si sciremus quando futura esset mors nostra, illo solo die daremus operam quomodo placeremus Deo: nunc autem cum ignoramus, sobrii sumus semper ad virtutum opera.

Quisnam est fidelis servus et prudens, quem præfecit dominus famulis suis, ut det illis cibum in tempore? Beatus servus ille, quem cum venerit dominus ejus, invenerit sic

ριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως. Ἀμὴν λέγω 135
ὑμῖν ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ κατα-
στήσει αὐτόν.] Διαπορεῖ ὁ Κύριος τίς ἔσται ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ον κατέστησεν ὁ Κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, ἵνα δείξῃ ὅτι σπάνιος καὶ δυσεύρετος ὁ τοιοῦτος. Δύο δὲ ἀπαιτεῖται πᾶς οἰκονόμος, πίστιν καὶ φρόνησιν· εἴτε γὰρ πιστὸς μέν ἐστι καὶ οὐδὲν κλέπτει, φρόνιμος δὲ οὐχ ὑπάρχει, ἀλλὰ μάτην ἀπόλλυσι τὰ χρήματα, εἴτε φρόνιμος δῆθεν ὢν κλέπτει αὐτὸς, οὐδὲν ὄφελος. Ὁ τοίνυν εὑρεθησόμενος τότε πιστὸς καὶ φρόνιμος, ἐκεῖνος καὶ τῶν τελειοτέρων ἐπιτεύξεται, λέγω δὴ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Πάντων γὰρ τῶν ὑπαρχόντων τῷ Θεῷ κληρονόμοι ἔσονται οἱ ἅγιοι. (Rom. viii. 17.) Πιστὸς δὲ δοῦλος καὶ φρόνιμος, καὶ πᾶς διδάσκαλος ὁ ἐν καιρῷ διδοὺς τὴν τροφὴν ἑκάστῳ τῶν ὑπ' αὐτοῦ διδασκομένων, οἷος ὁ Παῦλος· (1 Cor. iii. 2.) νῦν μὲν γάλα ποτίζων, νῦν δὲ σοφίαν λαλῶν, πιστός τε διάκονος ὢν, ὁ πρότερον βλάσφημος, καὶ φρόνιμος, ὡς μὴ ἀγνοῶν τὰ νοήματα τοῦ ἐχθροῦ. Ἀλλὰ καὶ πᾶς ὁ ὁτιοῦν παρὰ Θεοῦ λαβὼν, εἴτε χρήματα, εἴτε δυναστείαν, εἴτε ἀρχὴν, ὀφείλει καὶ πιστῶς καὶ φρονίμως διοικεῖν ταῦτα, ὡς λόγον δώσων.

V. 48—51 Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, χρονίζει ὁ Κύριός μου ἐλθεῖν, καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους, ἐσθίῃ δὲ καὶ πίνῃ μετὰ τῶν μεθυόντων, ἥξει ὁ Κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.] Εἰπὼν πῶς τιμηθήσεται ὁ πιστὸς δοῦλος, νῦν λέγει πῶς κολασθήσεται ὁ πονηρός. Ἐὰν γάρ τις οἰκονομίαν τινὸς χαρίσματος πιστευθεὶς καταφρονῇ τοῦ ἐκεῖθεν δικαστηρίου, καὶ λέγῃ ὅτι χρονίζει ὁ Κύριός μου, τουτέστιν, οὐ παρὰ πόδας καὶ εὐθέως τὴν τιμωρίαν ἐπιτίθησι, καὶ τὴν ἀνεξικακίαν τοῦ Θεοῦ ἀφορμὴν πονηρίας ποιῆται· καὶ τύπτῃ τοὺς συνδούλους αὐτοῦ, φημὶ δὴ σκανδαλίζῃ, καὶ τύπτῃ τὴν συνείδησιν αὐτῶν· οἱ

facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.] Dubitat an futurus sit fidelis quis et prudens, quem constituit Dominus ejus super famulitium suum, ut ostendat quod rarus talis sit, et inventu difficilis. Duo enim exiguntur ab omni dispensatore, fides, et prudentia. Nam si quidem fidelis sit, et nihil furetur, prudens autem non sit, sed in vanum disperdat opes: vel si prudens fuerit, et furetur, nihil proderit. Igitur qui tunc inventus fuerit fidelis et prudens, ille et multo plura consequetur, regnum dico cœlorum. Nam omnium quæ sunt Dei, hæredes erunt sancti. Fidelis autem servus et prudens omnis etiam est doctor, qui in tempore dedit cibum discipulis: sicut Paulus nunc quidem lacte potans, nunc autem sapienter loquens, fidelisque minister, qui prius blasphemus, et prudens, ut non ignorans cogitationes inimici. Sed et omnis qui a Deo acceperit vel opes, vel potentiam, vel principatum, debet et fideliter et prudenter ministrare ea, tanquam rationem redditurus.

Quod si dixerit servus ille malus in corde suo, Cunctatur dominus meus venire, cœperitque percutere conservos, imo edere et bibere cum ebriis: veniet dominus servi illius in die quo non expectat, et hora qua ignorat, et dissecabit eum, et partem ejus ponet cum hypocritis: illic erit ploratus, et stridor dentium.] Quoniam dixit quomodo fidelis servus honores habiturus est, nunc dicit quomodo punietur malus. Nam si quis cui sunt concredita dispensationis dona, contemnat judicium illud, et dicat, Moratur dominus meus, hoc est, non statim et e vestigio pœnam imponit: et sumpta occasione ex longanimitate Dei, percutiat conservos suos offendendo scandalis, et illorum conscientiam verberet (subditi enim videntes principes

γὰρ ἀρχόμενοι, βλέποντες τοὺς ἄρχοντας κακῶς χρωμένους τοῖς δοθεῖσι, πλήσσονται σκανδαλιζόμενοι, καὶ βλάπτονται· ὁ τοιοῦτος οὖν διχοτομηθήσεται, τουτέστι, γυμνωθήσεται τοῦ προσόντος αὐτῷ χαρίσματος, καὶ τότε φανήσεται οἷος ἦν, καὶ βληθήσεται εἰς τὸ σκότος. Πρώην μὲν γὰρ διὰ τοῦ προσχήματος ἠπάτα, οἷοι πολλοὶ τῶν ἀρχιερέων, ἅγιοι δοκοῦντες διὰ τὸ ἀξίωμα· τότε δὲ ἀρθήσεται ἀπ' αὐτῶν ἡ χάρις, καὶ ὡς ὑποκριταὶ κολασθήσονται, ἄλλο ὄντες καὶ ἄλλο φαινόμενοι.

ΚΕΦ. κε´.

ΤΟΤΕ ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν
δέκα παρθένοις, αἵτινες λαβοῦσαι τὰς λαμπά- 136
δας αὐτῶν ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου. Πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, καὶ αἱ πέντε μωραί. Αἵτινες μωραὶ, λαβοῦσαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν οὐκ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν ἔλαιον· αἱ δὲ φρόνιμοι ἔλαβον ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν μετὰ τῶν λαμπάδων αὐτῶν. Χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου ἐνύσταξαν πᾶσαι, καὶ ἐκάθευδον.] Ἐπὶ τοῦ προσώπου τῶν παρθένων σχηματίζει τὴν περὶ ἐλεημοσύνης παραβολὴν, ἵνα ἐπειδὴ μέγα πρᾶγμά ἐστι, μὴ τοῦτο μόνον κατορθῶν τις ἀμελῇ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ [1] μανθάνῃ ὡς τῆς ἐλεημοσύνης χωρὶς, κἂν παρθενίαν ἔχῃς, μετὰ πορνῶν ἐκβληθήσῃ. Εἰκότως δὲ ὁ ἀσυμπαθὴς καὶ ἀνελεήμων ἐκβάλλεται, κἂν παρθένος εἴη· ὁ μὲν γὰρ πόρνος πάθους ἡττήθη τυραννικοῦ τε καὶ φυσικοῦ· ὁ δὲ ἀνελεήμων χρημάτων. Ὅσῳ οὖν ὁ ἀνταγωνιστὴς ἀσθενέστερος, τοσούτῳ ἀσυγχώρητος ὁ νικηθεὶς ὑπὸ τοῦ τῆς φιλοχρηματίας πάθους. Καὶ μωρὸς δὲ ὁ τοιοῦτος δι' αὐτὸ τοῦτο, τὸ νικῆσαι μὲν φυσικὴν πύρωσιν, ἡττηθῆναι δὲ τοῦ μικροῦ πάθους τῶν χρημάτων. Νυσταγμὸς δὲ, ὁ θάνατος· χρονισμὸς δὲ τοῦ νυμφίου, τὸ μὴ συντόμως γίνεσθαι τὴν δευτέραν παρουσίαν.

V. 6—13 Μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν, ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ.

[1] μανθάνῃ] Ed. Ven. μάνθανε, Codex Patav. μανθάνοι.

donis Dei male uti, scandalizantur, et damnum accipiunt) qui igitur talis, dissecabitur, hoc est, spoliabitur dono suo, et tunc apparebit qualis sit: et mittetur in tenebras, qui prius sub figura quadam decipiebat: sicut multi pontificum sancti videntur propter dignitatem, tunc autem tolletur ab eis gratia, et sicut hypocritæ punientur. Nam cum alii sint, alii apparent.

CAPUT XXV.

TUNC assimilabitur regnum cœlorum decem virginibus, quæ sumptis lampadibus suis exierunt in occursum sponso. Quinque autem ex illis erant prudentes, et quinque fatuæ. Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus suis non acceperant oleum secum: prudentes vero sumpserant oleum in vasis suis, una cum lampadibus. Tardante vero sponso dormitaverunt omnes ac dormierunt.] Sub persona virginum proponit parabolam de eleemosyna: ut quoniam magnum opus est virginitas, ne quis illud unum curans, alia negligat, sed discat quod absque eleemosyna etiam virgines cum scortis ejicientur. Merito autem qui compassione caret et misericordia, ejicitur, etiam si virgo sit. Scortum enim affectione tyrannica expugnatur et naturali, immisericors autem divitiis. Quanto igitur infirmius cui obluctandum, tanto minori venia dignus est qui expugnatur avaritiæ morbo. Et stultus quidem est, qui vincit naturale incendium, et vincitur parva pecuniarum cupiditate ac morbo. Dormitatio est mors. Mora autem sponsi dicitur, quia non statim secundus adventus fit.

Porro medio noctis clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et

Τότε ἠγέρθησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ ἐκόσμησαν τὰς λαμπάδας αὐτῶν. Αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον· δότε ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν, ὅτι αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται. Ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι λέγουσαι· μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἀγοράσατε ἑαυταῖς. Ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος, καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα. Ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ λοιπαὶ παρθένοι λέγουσαι· Κύριε Κύριε ἄνοιξον ἡμῖν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.] Μεσούσης τῆς νυκτὸς λέγει κραυγὴν γενέσθαι, ἵνα δείξῃ ὅτι ἀνέλπιστος ἔρχεται ὁ Κύριος, ὥσπερ μεσονυκτίου πάντες ἤδη καθεύδομεν βαθεῖ ὕπνῳ. Ἀλλὰ μετὰ κραυγῆς ἔρχεται, σάλπιγξ γὰρ ἠχήσει ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ. Λαμπάδες δὲ, καὶ αἱ ψυχαὶ ἡμῶν, καὶ ὁ νοῦς ἑκάστου λαμπάς ἐστιν· ἥτις τότε ἀνάπτεται, ὅτε ἔχει τὸ τῶν ἀρετῶν ἔλαιον καὶ τὴν ἐλεημοσύνην. Μωραὶ δὲ ὄντως εἰσὶν αἱ παρθένοι καὶ κατὰ τοῦτο, καθὸ τότε ἐζήτουν τὸ ἔλαιον, ὅτε οὐκέτι καιρὸς πραγματείας. Αἱ δὲ φρόνιμοί φασι· μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν· ἡ γὰρ ἀρετὴ τοῦ πλησίον μου μόλις ἀρκέσει ἐκείνῳ πρὸς ἀπολογίαν, μήτι γε καὶ ἐμοί· ἕκαστος γὰρ ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ δικαιωθήσεται, οὐχὶ τῶν τοῦ πλησίον. Ἀλλ' αἱ μωραὶ πρὸς τοὺς πωλοῦντας ἀπέρχονται, τουτέστι, πρὸς τοὺς πένητας. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· μεταμέλονται αἱ μωραὶ διότι μὴ ἐποίησαν ἐλεημοσύνην, καὶ νῦν πρῶτον γινώσκουσιν ὅτι ἀπὸ τῶν πενήτων ἔδει ἡμᾶς τὸ ἔλαιον ἔχειν.
Τοῦτο οὖν ἐστιν ὃ λέγει, ὅτι ἀπῆλθον πρὸς τοὺς πωλοῦντας 137
ἀγοράσαι ἔλαιον, τουτέστιν, ἀπῆλθον τῇ διανοίᾳ πρὸς τοὺς πένητας, καὶ ἐνελογίσαντο οἷον ἀγαθὸν ἡ ἐλεημοσύνη, ἀλλὰ γὰρ ἐκλείσθη αὐταῖς ἡ θύρα· μεταμελείας γὰρ καὶ ἐργασίας καιρὸς οὐκ ἔστι μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποβίωσιν. Ὁ γοῦν Κύριος λέγει αὐταῖς, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Ὁ γὰρ φιλάνθρωπος καὶ

apparaverunt lampades suas. Fatuæ autem prudentibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Et responderunt prudentes dicentes: Nequaquam, ne non sufficiat nobis et vobis: sed ite potius ad eos qui vendunt, et emite vobis ipsis. Porro dum irent emptum, venit sponsus, et quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, clausaque est janua. Postea vero veniunt et reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, non novi vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam qua filius hominis veniet.] Media nocte dicit clamorem fieri, ut ostendat quod sic inexpectatus veniat Dominus, quasi media nocte omnes dormiamus profundo somno. At cum clamore venit, tuba enim sonabit in secundo adventu. Lampades autem, animæ nostræ, et uniuscujusque mens lampas est: quæ tunc accenditur, quando habet oleum virtutum, et misericordiam. Fatuæ autem virgines ideo quod tunc requirant oleum, cum non sit negotiandi tempus. Porro prudentes dicunt, Ne forte non sufficiat nobis et vobis. Virtus enim proximi mei vix sufficiet illi ad defensionem, tantum abest ut et mihi. Ex suis enim quique operibus justificabuntur, non proximorum. Sed fatuæ ad vendentes abeunt, hoc est, ad pauperes. Cæterum quod dico hunc sensum habet: Pœnitudine ducuntur fatuæ, eo quod eleemosynam non fecerint: et nunc primum sciunt quod a pauperibus oporteat nos oleum emisse. Hoc igitur est quod dicit abire ad vendentes ut emerent oleum: hoc est, mente abierunt ad pauperes, et secum cogitarunt quale bonum sit eleemosyna, sed clausa est eis janua: post vitam enim istam non est tempus pœnitentiam agendi et operandi. Proinde Dominus dicit illis, Nescio vos. Misericors enim et miserator Dominus nescit immiseri-

ἐλεήμων οὐκ οἶδε τὰς ἀνελεήμονας. Πῶς γὰρ τὰς ἀλλοτρίους αὐτοῦ καὶ ἀνομοίας; Γίνωσκε δὲ ὅτι καὶ πᾶσα ψυχὴ λαμπάδα καὶ φωτισμὸν ἐκ Θεοῦ ἔσχε, καὶ πᾶσαι ἐγείρονται εἰς συνάντησιν τοῦ Κυρίου. Πᾶσαι γὰρ ἐπιθυμοῦσι τοῦ συναντῆσαι καὶ συναφθῆναι Θεῷ· ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ δόντος φωτισμὸν καὶ λαμπάδα, αἱ μὲν φρόνιμοι διὰ τῆς ἀγαθοεργίας ἐπιβάλλουσιν ἔλαιον, αἱ δὲ μωραὶ ἐῶσαι τὰς λαμπάδας ἀνελαίους ἀποκλείονται, μὴ ἔχουσαι ἀγαθὰ ἔργα δι' ὧν ἀνάψει τὸ ἐν αὐταῖς φῶς· ἐὰν γὰρ μὴ τὰ καλὰ ἐργαζώμεθα, ἐσβέσαμεν τὸ ἐν ἡμῖν φῶς τοῦ Θεοῦ.

V. 14—19 Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν, ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, καὶ ἀπεδήμησεν εὐθέως. Πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα· ὡσαύτως καὶ ὁ τὰ δύο ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο· ὁ δὲ τὸ ἓν λαβὼν ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον.] *Εἰπὼν ἄνω ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν ὅτε ἥξει ὁ Κύριος, προστίθησι καὶ τὴν παραβολὴν ταύτην, δεικνύων ὅτι αἰφνιδίως ἐλεύσεται· ὡσανεὶ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν, οὕτω δὴ καὶ ὁ Κύριος ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους, καὶ τάδε καὶ τάδε αὐτοῖς διέθετο. Ἀποδημεῖν οὖν λέγεται ὁ δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος Χριστὸς, ἢ καθὸ ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς, ἢ καθὸ μακροθυμεῖ, καὶ οὐκ εὐθὺς ἀπαιτεῖ τὴν ἐργασίαν, ἀλλ' ἀναμένει. Δοῦλοι δὲ αὐτοῦ, οἱ τὴν τοῦ λόγου διακονίαν πεπιστευμένοι, οἷον ἀρχιερεῖς, ἱερεῖς, διάκονοι, καὶ χαρίσματα πνευματικὰ λαβόντες, οἱ μὲν μείζονα, οἱ δὲ ἐλάττονα, ἕκαστος κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, τουτέστι, κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεως καὶ τῆς καθάρσεως. Ἐν γὰρ τῷ ἀγγείῳ ᾧ δώσω ἐγὼ τῷ Θεῷ, ἐν ἐκείνῳ ἐπιβαλεῖ μοι τὴν δωρεὰν αὐτοῦ· εἰ μικρὸν δώσω, ὀλίγην, εἰ μέγα, πολλήν. Εὐθέως δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, ἀπελθὼν εἰρ-*

cordes. Quomodo enim dissimiles et alienas a se nosset? Scito insuper omnem animam a Deo habere illustrationem et lampadem, et omnes surgere in occursum Domini. Omnes enim desiderant occurrere et conjungi Deo, sed Deo dante lucem et lampadem, prudentes quidem bene operando oleum immittunt, fatuæ autem sinunt lampadem sine oleo. Excluduntur igitur non habentes bona opera, propter quæ accendatur in illis lumen: nisi enim bona opera faciamus, extinguitur lumen Dei in nobis.

Sicut enim homo quidam peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua, et huic quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam facultatem, et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et confecit altera quinque. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est et ipse duo altera: qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, et confert rationem cum eis.] Cum dixisset supra quod nesciatur dies quando venturus sit Dominus, apponit et parabolam hanc, ostendens quod repente venturus sit. Sicut enim homo peregre proficiscens, ita et Dominus vocavit servos suos, et hæc atque ista commisit illis. Peregre autem proficisci dicitur, qui propter nos factus est homo Christus, vel secundum quod ascendit in cœlos, vel secundum quod longanimis est, et non statim exigit opus, sed expectat. Servi autem illius, quibus concreditum est sermonis ministerium, ut episcopi, sacerdotes, diaconi, et spiritualia dona accipientes: illi quidem plura, hi vero minora, unusquisque secundum propriam facultatem, hoc est, secundum mensuram fidei et purificationis. In vas enim quod ego daturus sum Deo, in illud mittet donum suum: si parvum dedero, parvum dabit et ipse donum: si magnum, magnum ipse quoque dabit. Statim autem qui quinque

γάσατο. Ὅρα τὴν ἐντρέχειαν αὐτοῦ, πῶς οὐδὲν ἠμέλησεν, ἀλλ' εὐθέως εἰργάσατο, διπλασιάζων ὃ ἔλαβεν. Ὁ γὰρ μὴ μόνον ἑαυτὸν ὠφελῶν, εἴτε λόγον ἔχοι, εἴτε πλοῦτον, εἴτε δυναστείαν παρὰ βασιλεῦσιν, εἴτε ἄλλην οἱανοῦν δύναμιν ἢ τέχνην, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους θέλων ὠφελεῖν, ὁ τοιοῦτος διπλασιάζει τὸ δοθὲν αὐτῷ. Ὁ δὲ χώσας τὸ τάλαντόν ἐστιν ὁ τῆς ἰδίας μόνον ὠφελείας φροντίζων, 138
καὶ μὴ καὶ τῆς τῶν ἄλλων, ὃς καὶ κατακρίνεται. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν εὐφυῆ ἴδῃς καὶ ἐπιτήδειον ἄνθρωπον, τῇ εὐφυΐᾳ εἰς πραγματείας καὶ δολιότητας καὶ γήϊνα πράγματα καταχρησάμενον, τὸν τοιοῦτον εἰπὲ κατορύξαι τὸ τάλαντον εἰς τὴν γῆν, τουτέστιν, εἰς τὰ τῆς γῆς πράγματα. Μετὰ δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται ὁ δοὺς τὸ ἀργύριον, ἢ τὰ
Ps. xi. 6. λόγια αὐτοῦ· ἀργύριον γὰρ πεπυρωμένον τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια. Ἢ ἁπλῶς πᾶν ὁτιοῦν χάρισμα, λαμπρὸν καὶ ἔνδοξον ποιοῦν τὸν ἔχοντα, ἀργύριον λεχθείη. Καὶ συναίρει λόγον ἀπαιτῶν καὶ λογοπραγῶν τοὺς λαβόντας.

V. 20—30 Καὶ προσελθὼν ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, προσήνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα λέγων· κύριε, πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας· ἴδε ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ· εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τάλαντα λαβὼν, εἶπε· κύριε, δύο τάλαντά μοι παρέδωκας, ἴδε ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ· εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. Προσελθὼν δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον εἰληφὼς, εἶπε· κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας· καὶ φοβηθεὶς, ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν τῇ γῇ· ἴδε, ἔχεις τὸ σόν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ· πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ, ᾔδεις ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπει-

talenta acceperat, abiit et operatus est. Vide sedulitatem illius, quomodo nihil neglexit, sed statim operatus est duplicans quod acceperat. Qui enim non solum sibi soli prodest, sive prudentiam habeat, sive divitias, sive potentiam et auctoritatem apud reges, sive quamcunque aliam vel artem vel facultatem, sed et aliis vult prodesse is duplicat quod sibi datum est. Qui autem talentum fodit in terram, is est qui suæ tantum utilitatis curam habet, et non aliorum, qui et condemnatur. Et si bonæ mentis et studiosum hominem videtis, qui ingenio suo ad negotiationes, dolos et terrena opera abutitur, de illo dicas quod defoderit talentum suum sub terra, hoc est, in terrena opera. Post multum autem temporis venit Dominus qui dederat argentum, vel eloquia sua. Argentum enim igne probatum, eloquia Dei: vel simpliciter omne donum quod clarum et insignem facit hominem, argentum dictum est. Et convocat illos, ut rationem ab his qui talenta acceperant, audiat.

Et accedens is qui quinque talenta acceperat, attulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce altera quinque talenta lucratus sum per ea. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accedens autem qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum per ea. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accedens autem et qui unum talentum acceperat, ait: Domine, noveram te quod homo durus sis, metens ubi non seminasti, et inde congregans ubi non sparsisti, ac territus abii, abscondique talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus ejus dixit ei: Serve male et piger, sciebas quod metam ubi non seminavi, et congre-

ρα, καὶ συνάγω ὅθεν οὐ διεσκόρπισα· ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. Ἄρατε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, καὶ δότε τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα. Τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.] Οἱ μὲν ἐπεργασάμενοι τοῖς δοθεῖσιν ἐπαινοῦνται ὑπὸ τοῦ δεσπότου ὁμοίως ἀμφότεροι, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἑκάτερος αὐτῶν ἀκούων. Ἀγαθὸν δὲ ἐνταῦθα πάντως τὸν φιλάνθρωπον, τὸν ἄφθονον νοοῦμεν, ὃς τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα καὶ τοῖς πλησίον ἐφαπλοῖ. Ἐπὶ ὀλίγα δὲ πιστοὶ φανέντες ἐπὶ πολλῶν καθίστανται· καὶ γὰρ εἰ καὶ ἐνταῦθα χαρισμάτων ἀξιούμεθα, ὅμως οὐδέν εἰσι ταῦτα πρὸς τὰ μέλλοντα ἀγαθά. Χαρὰ δὲ τοῦ κυρίου, ἡ ἄληκτος εὐφροσύνη, ἣν ἔχει ὁ Θεὸς, εὐφραινόμενος ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, ὡς ὁ Δαυὶδ

Ps. ciii. 31.

λέγει. Τοιαύτην οὖν εὐφροσύνην εὐφραίνονται καὶ οἱ ἅγιοι ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτῶν, ὥσπερ οὖν οἱ ἁμαρτωλοὶ λυποῦνται ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἔργοις, καὶ μεταμέλονται· καὶ τὸν Κύριον δὲ πλοῦτον ἔχοντες οἱ ἅγιοι, χαίρουσιν ἐπ' αὐτῷ. Ὅρα δὲ ὅτι καὶ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, καὶ ὁ τὰ δύο, τῶν αὐτῶν ἀγαθῶν ἀξιοῦνται. Ὅταν γάρ τις, καὶ ὀλίγα 139
λαβὼν, ὅμως τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ χάριν, κἂν μικρὰ εἴη, καλῶς οἰκονομήσῃ, ἴσην τιμὴν ἀπολήψεται τῷ μεγάλων ἀξιωθέντι, καὶ κατορθώσαντι· ἕκαστος γὰρ καθ' ὃ ἔλαβε, κατὰ τοῦτο καὶ ἄκρος δοκεῖ, ἐὰν κατορθώσῃ. Ἀλλ' οἱ μὲν εὐγνώμονες δοῦλοι, τοιοῦτοι· ὁ δὲ πονηρὸς καὶ ὀκνηρὸς ἄλλως ἀπολογεῖται, καὶ ἑαυτοῦ ἀξίως. Σκληρὸν γὰρ ὀνομάζει τὸν δεσπότην, ὥσπερ καὶ νῦν πολλοὶ τῶν διδασκόντων λέγουσι, σκληρόν ἐστι τὸ ζητεῖν παρὰ ἀνθρώπων ὑπακοὴν, οἷς οὐκ ἐνεποίησεν ὁ Θεὸς τὸ ὑπήκοον, οὐδὲ ἐνέσπειρεν αὐτοῖς τὸ εὐπειθές· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται διὰ τοῦ εἰπεῖν, θερίζεις ὅπου οὐκ ἔσπειρας, τουτέστιν, ᾧτινι οὐκ ἐνέσπειρας τὸ εὐπειθὲς, ἀπαιτεῖς παρ' ἐκείνου τὸ εὐπειθές. Λέγων δὲ

gem illinc ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam mensariis, et veniens ego recepissem utique quod meum est, cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, et abundabit: qui vero non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus et stridor dentium.] Ambo hi qui in concreditis operantur, laudantur a domino eodem modo. Euge serve bone et fidelis, uterque audit. Per bonum autem hic omnino intelligimus misericordem et liberalem, qui suam bonitatem et proximis impartit. Qui autem super pauca fideles apparent, super multa constituuntur: nam licet hic dona consequamur, ea tamen cum futuris non sunt conferenda. Gaudium autem Domini, incessabilis lætitia, quam habet Deus gaudens in operibus suis, sicut David dicit. Tali igitur gaudio gaudent sancti in operibus suis lætantes: sicut et contra peccatores dolent in operibus propriis: præterea Dominum divitias habentes sancti, gaudent in illo. Vide autem quod et is qui quinque, et is qui duo talenta acceperat, eadem bona consequantur. Quando enim quis etiam pauca acceperit, et datum sibi donum, licet parvum sit, bene dispensarit, æqualem honorem adepturus est cum eo qui magna habuit, et fecit. Unusquisque enim ut acceperit, ita et excelsus videbitur, si bene egerit. Porro servi grati ita se habent: at perversus et piger aliter respondet, et ut se dignum est. Durum enim dominum nominat, sicut et nunc multi doctorum dicunt, Durum quidem requirere ab hominibus obedientiam, quibus Deus non indidit obtemperantiam: hoc enim insinuat dicens, Metis ubi non seminasti, hoc est, cui non dedisti ut obediret, exigis ab illo ut obediat. Dicens autem durum dominum servus, seipsum condem-

σκληρὸν τὸν δεσπότην ὁ δοῦλος ἑαυτὸν κατακρίνει· ἐπεὶ γὰρ σκληρὸς ἦν, ὤφειλε μᾶλλον ἐπιμελεῖσθαι, ὡς σκληρὸν καὶ ἀπηνῆ ἔχων δεσπότην. Εἰ γὰρ τὰ ἑτέρων ἀπαιτεῖ, μᾶλλον τὰ ἑαυτοῦ ἀπαιτήσει· ὥστε ἔδει καὶ σὲ πλεονάσαι ὃ ἔλαβες, καὶ ποιῆσαι μαθητὰς, ἀφ' ὧν ἀπήτησεν ἂν τὸ ὀφειλόμενον. Τραπεζίτας γὰρ τοὺς μαθητὰς ὀνομάζει, ὡς δοκιμάζοντας ἢ ἀποδοκιμάζοντας τὸν λόγον· τόκον δὲ ἀπαιτεῖ παρὰ τῶν μαθητῶν, τὴν τῶν ἔργων ἐπίδειξιν. Ὁ γὰρ μαθητὴς, λαμβάνων παρὰ τοῦ διδασκάλου τὸν λόγον, ἔχει μὲν καὶ αὐτὸν, καὶ ἀποδίδωσιν αὐτὸν ὁλόκληρον· προσδίδωσι δὲ καὶ τόκον, τὴν ἐργασίαν τοῦ ἀγαθοῦ. Αἴρεται οὖν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ καὶ ὀκνηροῦ δούλου τὸ χάρισμα. Ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμά τι εἰς τὸ ὠφελῆσαι ἄλλους, καὶ μὴ κεχρημένος τούτῳ, καὶ αὐτὸ ἀπόλλυσιν· ὁ δὲ πλείονα σπουδὴν ποιησάμενος, πλείονα ἐπισπᾶται καὶ τὴν δωρεάν. Τῷ γὰρ ἔχοντι σπουδὴν, δοθήσεται πλείων ἡ χάρις, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος σπουδὴν, καὶ τὸ χάρισμα ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται. Ὁ γὰρ μὴ σπουδὴν ἔχων, μηδὲ ἐπεργασάμενος οἷς ἔλαβεν, οὐκ ἔχει τὸ χάρισμα, ἀλλὰ δοκεῖ ἔχειν· ἠμαύρωσε γὰρ τοῦτο διὰ τῆς ἀμελείας.

V. 31—33 Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων.] Ἐπειδὴ ἡ πρώτη παρουσία τοῦ Κυρίου ἐν ἀτιμίᾳ γέγονε καὶ ὕβρει, φησὶ τὸ, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ· ἐν γὰρ τῇ δευτέρᾳ μετὰ δόξης ἐλεύσεται, ἀγγέλων δορυφορούντων αὐτόν. Πρῶτον δὲ ἀφορίζει τοὺς ἁγίους ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, ἀπαλλάσσων αὐτοὺς ἀγωνίας, καὶ ἵστησι, καὶ τότε φωνεῖ πρὸς αὐτούς. Πρόβατα μὲν οὖν καλεῖ τοὺς ἁγίους, διὰ τὸ ἥμερον, καὶ ὅτι καρπὸν ἡμῖν διδόασι καὶ ὠφέλειαν ὡς τὰ πρόβατα, καὶ ἔριον χορηγοῦντες ἤτοι σκέπην θείαν καὶ πνευματικὴν, καὶ γάλα, τουτέστι,

nat. Nam quoniam durus erat, debebat magis diligens esse, utpote durum et crudelem dominum sortitus. Nam si aliena exigit, multo magis sua exiget: atque ita oportebat et te multiplicare quæ acceperas, et facere discipulos a quibus debitum repeteres. Nummularios autem discipulos nominat, tanquam eos qui probent aut reprobent sermones. Verum usuram exigit a discipulis, operum scilicet exhibitionem. Discipulus enim a doctore sermonem accipiens, habet quidem illum et reddit integrum, addit autem et usuram, boni operationem. Tollitur itaque a malo et segni servo donum. Qui enim donum aliquod in aliorum utilitatem accepit, nec eo utitur, illud etiam perdit: qui vero multiplicare studet, majorem sibi conciliabit gratiam. Diligentiam enim adhibenti dabitur major gratia, ita ut abundet. Studium autem non adhibens, et dono quod videtur habere privabitur. Negligens enim, et qui non operatur per ea quæ accepit, non habet donum, sed videtur habere: nam perdidit sua negligentia.

Cum autem venerit filius hominis in gloria sua, et omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super sedem gloriæ suæ, et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, quemadmodum pastor segregat oves ab hædis, et statuet quidem oves a dextris suis, hædos autem a sinistris.] Quoniam primus adventus Domini in ignominia fuit et opprobriis, dicit, cum venerit in gloria sua. In secundo enim cum gloria aderit, angelis ipsum stipantibus. Primum autem separat sanctos a peccatoribus, liberans eos a labore, et statuit, et tunc loquitur eis. Itaque oves vocat sanctos, quia mansueti sunt, et fructum nobis ac utilitatem dant, ut oves, lanam suppeditantes videlicet divinum et spiritualem amictum: et

τροφὴν προσήκουσαν· ἐρίφους δὲ, τοὺς ἁμαρτωλούς· κατὰ κρημνῶν γὰρ βαδίζουσι, καὶ ἄτακτοί εἰσι καὶ ἄκαρποι ὡς οἱ ἔριφοι.

V. 34—40 Τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν 140
αὐτοῦ· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με. Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι λέγοντες· Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν; πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνὸν, καὶ περιεβάλομεν; πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρὸς σέ; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.] Οὐ πρότερον τιμᾷ ἢ κολάζει, πρὶν ἢ δικάσηται· φιλάνθρωπος γάρ ἐστι. Καὶ ἡμᾶς δὲ τοῦτ' αὐτὸ παιδεύει, μὴ πρότερον κολάζειν πρὶν ἂν ἐξετάσωμεν. Οὕτω γὰρ ἀναπολόγητοι μᾶλλον ἔσονται οἱ μετὰ δικαστήριον κολασθέντες. Εὐλογημένους δὲ καλεῖ τοὺς ἁγίους, ὡς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀποδεχθέντας· κληρονόμους δὲ αὐτοὺς ποιεῖται τῆς βασιλείας, ἵνα δείξῃ ὅτι κοινωνοὺς αὐτοὺς ποιεῖ ὁ Θεὸς τῆς ἑαυτοῦ δόξης, ὡς υἱοὺς αὐτοῦ. Οὐ γὰρ εἶπε, λάβετε, ἀλλὰ κληρονομήσατε, οἱονεί τινα πατρῴαν περιουσίαν. Ἀδελφοὺς δὲ ἐλαχίστους καλεῖ, ἢ τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς, ἢ πάντας ἁπλῶς τοὺς πένητας. Πᾶς γὰρ πένης ἀδελφός ἐστι τοῦ Χριστοῦ κατ' αὐτὸ τοῦτο, ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς ἐν πενίᾳ διήγαγεν. Ὅρα δὲ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, πῶς ἀνακηρύττει τοὺς ἁγίους. Ὅρα καὶ τὴν ἐκείνων εὐγνωμοσύνην, πῶς δι' ἐπιείκειαν ἀρνοῦνται τὸ θρέψαι· ἀλλ' ὁ Κύριος τὰ εἰς τοὺς πένητας γενόμενα εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεται.

V. 41—46 Τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ εὐωνύμων· πο-

lac, hoc est, cibum congruum: hœdos autem peccatores: in præceps enim vadunt, et incompositi sunt, et steriles ut hœdi.

Tunc dicet rex his qui a dextris sibi erunt: Venite benedicti patris mei, possidete regnum in hæreditatem paratum vobis ab exordio mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi edere: sitivi, et dedistis mihi bibere: hospes eram, et collegistis me: nudus, et operuistis me: infirmus, et visitastis me: in carcere eram, et venistis ad me. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, et pavimus? aut sitientem, et dedimus tibi potum? quando autem vidimus hospitem, et collegimus te? aut nudum, et cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, et venimus ad te? Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quatenus fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.] Non antea præmio afficit vel pœna, quam dijudicet. Misericors enim est, et nos docet id ipsum, quod non antea debeamus punire, quam rem discusserimus. Sic enim excusatione magis carebunt, qui præcedente judicio puniuntur. Porro sanctos vocat benedictos, ut a patre susceptos. Hæredes autem ipsos facit regni, ostendens quod Deus eos participes faciet gloriæ suæ, ut filios suos. Non enim dixit, accipite: sed, possidete in hæreditatem, ut paternam substantiam. Jam fratres minimos vocat, vel suos discipulos, vel omnes simpliciter pauperes. Omnis enim pauper frater est Christi quatenus pauper: quandoquidem et Christus in egestate vixit. Vide autem Dei justitiam quomodo laudet ac prædicet sanctos. Vide item et illorum candorem quomodo propter modestiam negent se illum pavisse: sed Dominus ea quæ pauperibus sunt facta, in semetipsum suscipit.

Tunc dicet et his qui a sinistris erunt: Discedite a

ρεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηράμενοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με. Τότε ἀποκριθήσονται καὶ αὐτοὶ λέγοντες· Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι; Τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς λέγων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε· καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.] Τοὺς ἐξ εὐωνύμων εἰς τὸ πῦρ ἐκπέμπει, ὃ ἡτοίμασται τῷ διαβόλῳ. Ἐπεὶ γὰρ ἀσυμπαθεῖς εἰσιν οἱ δαίμονες, καὶ ἀπηνῶς διάκεινται καὶ ἐχθρωδῶς πρὸς ἡμᾶς, εἰκότως τῆς αὐτῆς τιμωρίας ἀξιοῦνται οἱ τῆς αὐτῆς γνώμης ὄντες, οἳ καὶ ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῶν ἔργων ἐπικατάρατοι ἐγένοντο. Ὅρα δὲ ὅτι οὐχ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τὸ πῦρ τοῖς ἀνθρώποις, οὐδὲ τὴν κόλασιν ἐποίησε δι' ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τὸν διάβολον· ἐγὼ δὲ ποιῶ ἐμαυτὸν τῇ κολάσει ὑπόδικον. Φρίξον δὲ, ἄνθρωπε, ἐννοήσας ἐντεῦθεν ὅτι ἰδοὺ οὗτοι οὔτε ὡς πόρνοι, οὔτε ὡς ἅρπαγες, οὔτε ὡς ἄλλο τι πλημμελή- 141
σαντες κακὸν κολάζονται, ἀλλ' ὡς μὴ ποιήσαντες ἀγαθόν. Τῷ ὄντι γὰρ ἐὰν καλῶς σκοπήσῃς, ἅρπαξ ἐστὶν ὁ πολλὰ ἔχων καὶ μὴ ἐλεῶν, κἂν μηδὲν ἀδικήσῃ προδήλως. Ὅσα γὰρ ἔχει περισσότερα τοῦ δέοντος, ἥρπασε πάντως ἀπὸ τῶν χρῃζόντων μὲν, μὴ λαμβανόντων δὲ ἐξ αὐτοῦ. Εἰ γὰρ εἰς κοινὸν ταῦτα κατέθηκεν, ἦσαν ἂν κἀκεῖνοι ἀνενδεεῖς· νῦν δὲ ἐπεὶ ἀπέκλεισε ταῦτα, καὶ ἰδιοποιήσατο, διὰ τοῦτο πένονται ἐκεῖνοι· ὥστε ὁ ἀνελεήμων ἅρπαξ ἐστὶ, τοσούτους ἀδικῶν ὅσους εὐεργετεῖν ἠδύνατο, καὶ οὐκ εὐηργέτησεν. Ὅθεν ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον καὶ μηδέποτε λήγουσαν· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἅγιοι ἄπαυστον ἔχουσι χαρὰν, οὕτω καὶ οἱ ἄδικοι ἄπαυστον κόλασιν, κἂν Ὠριγένης φλυαρῇ λέγων ὅτι ἐστὶ κολάσεως

me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, et angelis ejus. Esurivi enim, et non dedistis mihi cibum: sitivi, et non dedistis mihi potum: hospes eram, et non me collegistis: nudus, et non operuistis me: infirmus et in carcere eram, et non visitastis me. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes: Domine, quando vidimus te esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, et non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis, quatenus non fecistis uni de minimis his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, justi vero in vitam æternam.] Eos qui a sinistris, in ignem mittit qui præparatus est diabolo. Quia enim compassionis expertes sunt diaboli, et hostiliter et inimice erga nos affecti sunt: merito idem supplicium habent, qui ejusdem voluntatis sunt, qui et propriis operibus maledicti facti sunt. Vide autem quod Deus ignem non præparavit hominibus: supplicium enim non fecit propter nos, sed propter diabolum: ego autem memetipsum supplicio facio obnoxium. Horresce igitur o homo cum cogitaveris hoc, quod illi neque ut scorta, neque ut latrones, neque ut qui grave aliud flagitium perpetrarunt, puniuntur, sed ut hi qui bonum non fecerunt. Profecto si bene consideras, raptor est qui multa habet, et non miseretur, etiamsi neminem manifesta contumelia afficiat. Quia enim quædam habet quibus non indiget, rapit omnino ab his qui egent, et non accipiunt ab ipso. Nam si in commune ea posuisset, fuissent utique et illi non indigi: nunc autem quia reclusit, et propria fecit, propterea illi esuriunt: atque ita et raptor est qui immisericors, tot injuria afficiens, quot beneficiis afficere potuit, et non affecit. Ideo ibunt hi in supplicium æternum et nunquam finiendum; justi vero in vitam æternam. Nam sicut sancti incessabile habent gaudium, ita injusti indesinentem pœnam: tametsi Origenes nugetur dicens fore suppliciorum finem,

τέλος, καὶ οὐκ ἀεὶ τιμωρηθήσονται οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἀλλ' ἔσται, ὅτε εἰς τὸν τῶν δικαίων τόπον ἐλεύσονται, διὰ τῆς κολάσεως καθαρθέντες. Ἐλέγχεται γὰρ ἐντεῦθεν φανερῶς, τοῦτο μὲν, ἐν οἷς λέγει ὁ Κύριος κόλασιν αἰώνιον, τουτέστιν, οὐδέποτε λήγουσαν· τοῦτο δὲ, ἐν οἷς προβάτοις μὲν παρεικάζει τοὺς δικαίους, ἐρίφοις δὲ τοὺς ἁμαρτωλούς· ὥσπερ γὰρ ἔριφος οὐκ ἄν ποτε γένοιτο πρόβατον, οὕτως οὐδὲ ὁ ἁμαρτωλὸς καθαρθήσεταί ποτε, καὶ δίκαιος γενήσεται. Σκότος δὲ ἐξώτερον, τὸ ποῤῥώτερον τοῦ φωτὸς τοῦ θείου, καὶ διὰ τοῦτο καὶ χαλεπωτέραν ποιοῦν τὴν κόλασιν. Ἔστι δὲ καὶ αἰτίαν τήνδε εἰπεῖν εἰς τοῦτο, ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ἐνταῦθα μὲν σκότος ἔχει, ἐκπεσὼν τοῦ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου, ἀλλ' ἐπεὶ ἐλπίς ἐστι μεταβολῆς, διὰ τοῦτο οὐκ ἔστι τὸ σκότος τοῦτο ἐξώτερον· μεθὸ μέντοι ἀποθάνοι, καὶ ἐπισταίη ἡ τῶν πεπραγμένων ἐξέτασις, διαδέχεται αὐτὸν [1]καὶ τὸ ἐξώτερον· οὐκέτι γὰρ ἐλπίς ἐστι μεταβολῆς, ἀλλὰ παντελῆ στέρησιν τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν ὑφίσταται. Ἐν ὅσῳ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι, κἂν μετρίως ἀπολαύῃ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν, τῶν αἰσθητῶν τῆς κτίσεως λέγω, καὶ δοκεῖ δοῦλος εἶναι ὁπωσοῦν τοῦ Θεοῦ, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ τῇ κτίσει ταύτῃ διάγων, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τρεφόμενος καὶ διεξαγόμενος· τότε δὲ παντάπασιν ἀποκόπτεται τοῦ Θεοῦ, οὐδενὸς μετέχων τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν. Τοῦτό ἐστι τὸ σκότος, συγκριτικῶς λεγόμενον ἐξώτερον, ὡς πρὸς τὸ ἐνταῦθα, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐξώτερον, ὡς μὴ παντελῶς ἀποκοπτομένου ἐντεῦθεν ἤδη τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Ἀλλὰ σὺ φεῦγε τὸ ἄσπλαγχνον, καὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἐργάζου καὶ αἰσθητῶς μὲν, πλὴν ἀλλὰ καὶ πνευματικῶς· θρέψον γὰρ τὸν Χριστὸν πεινῶντα τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν· ἀλλὰ καὶ τὸν πεινῶντα διδασκαλίας ἐὰν θρέψῃς καὶ ποτίσῃς, ἔθρεψας Χριστὸν καὶ ἐπότισας. Ὁ γὰρ ἐν τῷ Χριστιανῷ Χριστὸς καὶ ἡ πίστις τρέφεται καὶ αὔξεται διὰ τῆς διδασκαλίας. Ἀλλὰ κἂν ἴδῃς τινὰ, ξένον γινόμενον τῆς ἄνω πατρίδος, συνεισάγαγε, τουτέστι, σὺν τῷ καὶ αὐτὸς εἰσέρχεσθαι εἰς οὐρανοὺς, εἰσάγαγε κἀκεῖνον, μὴ ἄλλοις κηρύσσων, αὐτὸς δὲ ἀδόκιμος ὤν· κἂν τις τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἱμάτιον ἀποβάλῃ,

[1] *καὶ τὸ ἐξώτερον*] Omittit Ed. Ven. *τὸ*, Codex Patav. *καί*.

et non semper puniendos peccatores, sed fore aliquando tempus, quando in justorum venturi sint consortium purgati a pœnis. Arguitur autem ex hoc loco manifeste, tum quia Dominus dicit, Supplicium æternum, hoc est, nunquam desinens; tum quod ovibus comparat justos, hœdis autem peccatores: sicut enim hœdus nunquam fit ovis, sic nunquam peccator purgabitur et erit justus. Tenebræ autem exteriores, quæ procul sunt a luce divina, et propterea graviorem faciunt pœnam. Possumus item hanc rationem afferre ad hæc. Peccator enim in hac vita in tenebris est, nam excidit a sole justitiæ: sed quia spes est conversionis, propterea non sunt tenebræ illæ exteriores. Porro ubi mortuus fuerit, et institerit examen factorum, excipiunt eum etiam exteriores. Non enim ultra conversionis spes est, sed sustinet omnigenam divini splendoris privationem. Quamdiu enim hic est, etiamsi bona Dei minus ubertim suscipiat (loquor de sensibilibus et creatis) videtur esse quodammodo servus Dei dum in domo ejus, hoc est, in creaturis versatur, ab ipsoque alitur et educatur. Tunc autem omnibus modis a Deo dividitur, nihil commune cum illius bonis habens. Hæ sunt per comparationem ad has tenebræ exteriores, eo quod hic non omnibus modis peccator resecatur. At tu fuge immisericordiam et fac eleemosynas, et alias quidem sensibiles, alias autem spirituales. Pasce Christum, qui esurit salutem nostram. Sed et esurientem doctrinas si paveris et potaveris, pavisti Christum et potasti. Christus enim qui in Christiano est et fides alitur, et crescit doctrinis. Sed et si videris peregrinum a superna patria, tecum et collige, hoc est, dum ingrederis in cœlos introduc et illum, ne aliis prædicans, ipse sis reprobus. Et si quis incorruptionis vestem abjecerit,

ὃ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἔσχε, καὶ γυμνωθείη, ἔνδυσον αὐτόν· 142
καὶ τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει, ὡς ὁ Παῦλός φησι,
Rom. xiv. 1. προσλαβοῦ· καὶ τὸν καθειργμένον ἐν τῇ φυλακῇ, τῷ σώματι τούτῳ τῷ σκοτεινῷ, ἐπίσκεψαι, ὥσπέρ τι φέγγος αὐτῷ τὴν νουθεσίαν δωρούμενος. Ταῦτα πάντα τὰ ἓξ εἴδη τῆς ἀγάπης ἐπιτέλει μὲν καὶ σωματικῶς, πλὴν ἀλλὰ καὶ ψυχικῶς· διπλῶν γὰρ ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, δύνανται ταῦτα διπλῶς κατορθωθῆναι.

ΚΕΦ. κϛʹ.

ΚΑΙ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.] Ἐπειδὴ βασιλείας ἐμνήσθη καὶ ἀνταποδόσεως, εὐκαίρως λοιπὸν καὶ περὶ τοῦ πάθους τοῦ οἰκείου διαλέγεται, μονονουχὶ τοῦτο λέγων ὅτι, καὶ οἱ σταυρώσαντές με τοῦ πυρὸς ἀξιωθήσονται.

V. 3—5 Τότε συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως τοῦ λεγομένου Καϊάφα, καὶ συνεβουλεύσαντο ἵνα τὸν Ἰησοῦν δόλῳ κρατήσωσι, καὶ ἀποκτείνωσιν. Ἔλεγον δέ· μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ.] Τοῦ νόμου κελεύοντος ἕνα εἶναι ἀρχιερέα διὰ βίου, πολλοὺς ἐποίουν αὐτοὶ παρανόμως, ἀμείβοντες αὐτοὺς κατ' ἐνιαυτόν· διὸ καὶ πρὸς τὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου ἀρχιερέα ἔρχονται βουλευσόμενοι περὶ φόνου, ὅθεν ἔδει μᾶλλον τοὺς φονευτὰς κολάζεσθαι. Ἀρχιερεῖς δὲ λέγει, τοὺς πεπληρωκότας ἤδη τὴν ἐνιαύσιον λειτουργίαν. Τὸν δὲ ἀνόσιον φόνον μέλλοντες πράξειν, οὐχὶ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸν ὄχλον φοβοῦνται. Ἐδεδίεσαν γὰρ μήπως ἐν τῇ ἑορτῇ φονευσάντων αὐτὸν, διεγερθῇ ὁ ὄχλος εἰς ἄμυναν, ἢ καὶ τοῦ προσάγειν τὰς νενομισμένας θυσίας ἀπόσχηται διὰ τὴν μιαιφονίαν αὐτῶν, καὶ ἀπολέσωσιν αὐτοὶ τὰ ἐκ τῶν θυσιῶν κέρδη. Ἴσως δὲ καὶ τοῦτο ἐφοβοῦν-

quam per baptismum induit, et nudus sit, indue illum. Et infirmum fide (ut Paulus dicit) assume: et vinctum in carcere, hoc est, corpore illo tenebroso, invise, illi quasi quandam lucem admonitionem donans. Has sex species charitatis omnes imple quidem corporaliter, imple autem et spiritualiter; nam quum duplicis naturæ simus, ex anima et corpore, possunt hæc et bifariam perfici.

CAPUT XXVI.

ET factum est, cum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, et filius hominis traditur ut crucifigatur.] Quia regni meminit, et retributionis, tempestive consequenter et de passione sua disserit, quasi dicens, Etiam hi qui me crucifixerint, igne punientur.

V. 55, 56 Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις· ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με; καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν.] *Δείκνυσι τὴν ἄλογον αὐτῶν ἐπιχείρησιν, καὶ ὅτι οὐ τῆς αὐτῶν ἰσχύος γέγονε τὸ συλλαβεῖν αὐτόν. Ὅτε γὰρ ἤμην, φησὶν, ἐν τῷ ἱερῷ, ἠθέλετέ με συσχεῖν, καὶ διότι οὐ συνεχώρουν ὑμῖν, οὐκ ἠδυνήθητε· νῦν δὲ ἑκὼν προδίδωμι ἐμαυτόν. Οἶδα γὰρ ὅτι ἀδύνατόν ἐστι διαψευσθῆναι τὰς γραφὰς, αἳ προεῖπον τὴν ὑμετέραν κακίαν.*

V. 56—58 Τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον· οἱ δὲ κρατήσαντες τὸν Ἰησοῦν ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα, ὅπου οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνήχθησαν. Ὁ δὲ Πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως, καὶ εἰσελθὼν ἔσω, ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν ἰδεῖν τὸ τέλος.] *Οἱ μὲν ἄλλοι μαθηταὶ ἔφυγον· ὁ δὲ Πέτρος θερμότερον διακείμενος περὶ τὸν δι-* 152
δάσκαλον, ἠκολούθει μακρόθεν. Εἰ δὲ καὶ ὁ Ἰωάννης ἠκολούθει, ἀλλ' οὐχ ὡς μαθητὴς, ἀλλ' ὡς γνώριμος τοῦ ἀρχιερέως.

V. 59, 60 Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι, καὶ οὐχ εὗρον· καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων οὐχ εὗρον.] *Εἰς τὸν Καϊάφαν ἀπάγουσι τὸν Ἰησοῦν, ἐκεῖνος γὰρ ἦν ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου· ἔνθα καὶ οἱ λοιποὶ διενυκτέρευον, μὴ φαγόντες τότε τὸ πάσχα, ἀλλ' ἀναμείναντες, ἵνα ἀποκτείνωσι τὸν Κύριον, καὶ παραβάντες*

omnia fieri, ut impleantur scripturæ quæ hæc prædixerunt. Non quod ideo Judæi mali, quia prædixerunt scripturæ: sed quia Judæi hæc mala voluntate facturi erant, ideo Spiritus Sanctus ea scripturis prodidit.

In illa hora dixit Jesus turbis; Tanquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus ut comprehendatis me? Quotidie apud vos sedebam docens in templo, et non me cepistis. Hoc autem totum factum est ut complerentur scripturæ prophetarum.] Ostendit stultum illorum conatum, et quod non fortitudinis illorum fuerit, ipsum comprehendi. Quando enim, inquit, eram in templo, volebatis me comprehendere, et quia non concedebam vobis, tunc non poteratis: nunc autem sponte meipsum offero: nam scio impossibile scripturas, quæ vestram prædixerunt malitiam, mendaces esse.

Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi comprehensum Jesum duxerunt ad Caiapham principem sacerdotum, ubi scribæ et seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum procul, usque ad atrium principis sacerdotum; et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem.] Alii quidem discipuli fugerunt: Petrus vero ferventiori erga magistrum affectu, sequebatur procul. Quamvis autem et Joannes sequebatur, non tamen ut discipulus, sed ut notus pontifici.

Principes autem sacerdotum et seniores et totum consilium quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut morti eum traderent, et non invenerunt: et cum multi falsi testes accessissent, non invenerunt.] Ad Caiapham ducunt Jesum, nam ille erat pontifex anni illius; ubi et reliqui pernoctabant, non comedentes tunc Pascha, sed expec-

τὸν νόμον. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος κατὰ τὸν νενομισμένον καιρὸν ἔφαγεν· ἐκεῖνοι δὲ, ἵνα μόνον ἀποκτείνωσι τὸν Κύριον, καταφρονοῦσι καὶ τοῦ νόμου.

V. 60—64 **Ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες εἶπον· οὗτος ἔφη, δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν. Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ· οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ· ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· σὺ εἶπας.]** Ψευδομάρτυρες ὄντως ἦσαν οὗτοι· ὁ γὰρ Χριστὸς οὐκ εἶπεν (Joan. ii. 19.) ὅτι, δύναμαι καταλῦσαι, ἀλλὰ, λύσατε. Καὶ οὐκ εἶπε, τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὸν ναὸν τοῦτον, τουτέστι, τὸ σῶμά μου. Καὶ πάλιν οὐκ εἶπεν, οἰκοδομήσω, ἀλλ' ἐγερῶ. Ὥστε φανερῶς ψευδομάρτυρες οὗτοι, ἄλλα εἰπόντα τὸν Χριστὸν ἄλλα λέγοντες εἰπεῖν. Ὁ οὖν Ἰησοῦς παράνομον εἰδὼς τὸ κριτήριον αὐτῶν ἐσιώπα· οὓς γὰρ σημεῖα οὐκ ἔπειθον, πῶς ἂν ἀπολογίαι ἔπεισαν; Ὁ δὲ ἀρχιερεὺς, βουλόμενος ῥίψαι αὐτὸν εἰς βλασφημίαν, ἐρωτᾷ, ἵνα ἐὰν μὲν εἴπῃ ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς βλάσφημος κατακριθῇ· ἐὰν δὲ ἀρνήσηται, ἔχῃ αὐτὸν καθ' ἑαυτοῦ μαρτυρήσαντα. Ἀλλ' ὁ Κύριος ὁ δρασσόμενος τοὺς (Job. v. 13.) σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, ἀποκρίνεται, σὺ εἶπας, ἀντὶ τοῦ, τὸ σὸν ὡμολόγησε στόμα, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

V. 64 **Πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.]** Ἐκ τῆς τοῦ Δανιὴλ προφητείας αὐτοῖς διαλέγεται· (Dan. vii. 13.) ἐκεῖνος γάρ φησιν ὅτι, εἶδον ὡς υἱὸν ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν. Ἐπεὶ γὰρ ἐνόμιζον αὐτὸν πλάνον εἶναι, ἐν ταπεινῷ φαινόμενον σχήματι, φησὶν ὅτι, ὄψεσθέ με τότε μετὰ δυνάμεως ἐρχόμενον, καὶ συγκαθήμενον τῷ πατρί. Δύναμιν γὰρ ἐνταῦθα τὴν τοῦ

tantes, ut occiderent Dominum, et prævaricabantur legem. Dominus enim ipse legitimo tempore comederat, illi vero contemnunt legem, modo occidant Christum.

Novissime autem venerunt duo falsi testes, et dixerunt: Hic dixit, Possum destruere templum Dei, et in triduo ædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum dixit illi: Nihil respondes? cur isti adversum te testimonium dicunt? Jesus autem tacebat. Et respondens princeps sacerdotum ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis an sis Christus filius Dei. Dicit illi Jesus: Tu dixisti.] Vere illi erant falsi testes. Christus enim non dixerat, Possum destruere, sed, solvite: et non dixit templum Dei, sed templum hoc, id est, corpus meum. Et iterum non dixit, ædificabo, sed excitabo: erantque illi manifeste falsi testes, qui dicebant Christum alia dixisse quam dixerat. Jesus igitur cum sciret judicium eorum injustum, tacebat: quibus enim signa nihil persuaserant, quomodo persuasissent responsa? Porro Pontifex cupiens illum blasphemum declarare, interrogat, ut si dixerit, Ego sum filius Dei, tanquam blasphemus condemnetur; si autem negaverit, testificatus sit contra semetipsum. At Dominus, qui comprehendit sapientes in versutia sua, respondit, Tu dixisti, hoc est, tuum os confessum est quod ego sum filius Dei.

Verumtamen dico vobis, a modo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis, et venientem in nubibus cœli.] Ex Daniele propheta illis loquitur. Ille enim inquit: Videbam sicut filium hominis venientem in nubibus. Nam quia putabant impostorem esse, eo quod in humili vestitu apparebat, Videbitis, inquit, me tunc cum vir-

πατρὸς λέγει· καὶ οὐκ ἀπὸ γῆς, ἀλλ' ἀπ' οὐρανοῦ ἐρχόμενον.

V. 65, 66 Τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων ὅτι, ἐβλασφήμησε· τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἴδε νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ. Τί ὑμῖν δοκεῖ; Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον· ἔνοχος θανάτου ἐστίν.] Ἔθος ἦν τοῖς Ἰουδαίοις, ὅταν τι ἀκαρτέρητον ἐπέλθοι, διαῤῥήσσειν τοὺς χιτῶνας· οὕτως οὖν καὶ ὁ Καϊάφας, ὡς ἐπὶ βλασφημίᾳ δήλῃ, πρὸς ἀπάτην τοῦ ὄχλου τοῦτο ἐποίησεν, ἵνα δείξῃ αὐτοῖς ὅτι μεγάλως ἐβλασφήμησεν, εἶθ' οὕτως ἀναγκάσῃ αὐτοὺς 153 εἰπεῖν ὅτι ἔνοχος θανάτου ἐστί. Πλὴν κατάμαθε, ὅτι τὸ τὸν Καϊάφαν διαῤῥῆξαι τὰ ἱμάτια σύμβολον ἦν τοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς παλαιᾶς διαῤῥαγῆναι.

V. 67, 68 Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν· οἱ δὲ ἐῤῥάπησαν λέγοντες· προφήτευσον ἡμῖν, Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε;] Ὅτε κατεκρίθη, τότε ἐνεδείξαντο εἰς αὐτὸν τὰ ἐπονείδιστα, καὶ ἐνέπαιζον αὐτῷ, περιβάλλοντες, ὡς ἕτερος εὐαγγελιστής φησιν, ἱματίῳ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Ἐπεὶ γὰρ ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον, διὰ τοῦτο ἐμπαίζουσιν οὕτως αὐτῷ. Κολαφίζειν δέ ἐστι τὸ διὰ τῶν χειρῶν πλήττειν, συγκαμπτομένων τῶν δακτύλων, καὶ ἵνα ἀφελέστερον εἴπω, διὰ τοῦ γρόνθου κονδυλίζειν.

Luc. xxii. 64.

V. 69—75 Ὁ δὲ Πέτρος ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ, καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη λέγουσα· καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου; Ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων λέγων· οὐκ οἶδα τί λέγεις. Ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη, καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ· καὶ οὗτος ἦν μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου. Καὶ πάλιν ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου ὅτι, οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες εἶπον τῷ Πέτρῳ· ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. Τότε ἤρξατο καταναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν ὅτι, οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ

tute venientem, et assidentem patri. Virtutem enim hic patris dicit: et non a terra, sed a cœlo venientem.

Tunc princeps sacerdotum discidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit: quid insuper egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam ejus: quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis.] Mos erat Judæis, quando quid intolerabile accidebat, disrumpere vestes. Sic et Caiaphas, quasi manifesta blasphemia esset, decepturus populum hoc faciebat, ut ostenderet illis quod graviter blasphemavisset, tum hac ratione cogeret illos dicere hunc reum esse mortis. Verumtamen discite, Caiapham rumpentem vestimenta sua sacerdotium veteris legis esse disruptum et ablatum significare.

Tunc expuerunt in faciem ejus, et colaphis eum ceciderunt. Alii autem palmas in faciem ejus dederunt, dicentes: Vaticinare nobis, Christe, quis est qui te percussit?] Quando condemnatus est, tunc ignominiosa multa contra eum fecerunt, et illudebant ei, obtegentes veste (ut alius evangelista inquit) faciem ejus. Nam quia ut prophetam eum habebant, ideo ita illudebant ei. Colaphizare autem est manibus percutere, et simul incurvatis digitis, et, ut simplicius dicam, nodoso pugno cædere.

Petrus vero sedebat foris in atrio, et accessit ad eum una ancilla dicens: Et tu cum Jesu Galilæo eras? At ille negavit coram omnibus dicens: Nescio quid dicas. Cum autem exisset in vestibulum, vidit eum altera ancilla, et ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Jesu Nazareno. Et iterum negavit cum jure jurando: Non novi hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, et dixerunt Petro: Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua te manifestum facit. Tunc cœpit detestari et jurare quod non nosset ho-

ἐφώνησε. Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος Ἰησοῦ εἰρηκότος αὐτῷ ὅτι, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με· καὶ ἐξελθὼν ἔξω ἔκλαυσε πικρῶς.] Ἀπείρῳ φόβῳ καταγωνισθεὶς ὁ Πέτρος ἐπελάθετο τῶν ὑποσχέσεων, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ δουλεύει, οἷον ἀποτεθνηκὼς τῷ φόβῳ, καὶ μηδὲ εἰδὼς ὃ λέγει. Νόει δέ μοι καὶ κατὰ ἀναγωγὴν, ὅτι ἐλέγχεται ὑπὸ τῆς παιδίσκης ὁ Πέτρος, τουτέστι, τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας, τῆς μικρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς, ἄχρις οὗ ὁ ἀλέκτωρ φωνήσας εἰς αἴσθησιν αὐτὸν ἤγαγεν. Ἀλέκτωρ δέ ἐστιν ὁ λόγος, ὁ μὴ ἐῶν ἡμᾶς ῥαθυμεῖν καὶ καθεύδειν, ἀλλὰ λέγων, γρηγορεῖτε, καὶ,
Ephes. v. 14. ἔγειραι ὁ καθεύδων. Ὑπὸ τοῦ λόγου τοίνυν ὥσπερ ὑπό τινος ἀλέκτορος διϋπνισθεὶς ὁ Πέτρος, ἐξελθὼν ἔξω τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως, τουτέστι, τῆς περιοχῆς τοῦ πεπωρωμένου νοῦ, καὶ ἐκβὰς ἀπὸ τῆς ἀναισθησίας, ἔκλαυσε πικρῶς. Ἕως μὲν γὰρ ἦν ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ πεπωρωμένου νοὸς, οὐκ ἔκλαιεν, οὐ γὰρ ᾐσθάνετο· ὁπηνίκα δὲ ἐξῆλθεν, εἰς αἴσθησιν ἦλθεν.

ΚΕΦ. κζʹ.

ΠΡΩΙΑΣ δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν· καὶ δήσαντες αὐτὸν ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι.] Ἴδε τὸν διάβολον πῶς ὅλους
αὐτοὺς κατέσχεν, ἐν τοιαύταις ἡμέραις πείσας φονεύειν, ἐν 154
αἷς πολλῶν ἔδει θυσιῶν καὶ προσφορῶν, ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁμαρτιῶν, καὶ ἁγνείας καὶ καθάρσεως. Οἱ δὲ καὶ δεσμοῦσι καὶ ἀπάγουσι πρὸς τὸν ἡγεμόνα Πιλάτον, ὃς ἀπὸ Πόντου μὲν ἦν, Ῥωμαίοις δὲ ὑποτελῶν ἀπεστάλη ἡγεμὼν τῆς Ἰουδαίας. Παρέδωκαν δὲ τὸν Κύριον τῷ Πιλάτῳ, ὡς δῆθεν στασιώδη, καὶ κατὰ τοῦ βασιλέως μελετήσαντα.

V. 3—5 Τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέ-

minem. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, qui dixerat ei: Priusquam gallus cantet, ter me negabis: et egressus foras flevit amare.] Immenso timore laborans Petrus, oblitus est promissionum, et humanæ servit imbecillitati, quasi metu exanimatus et nescius quid dicat. Intellige autem per anagogen, Petrum ab ancilla reprehensum esse humanæ infirmitatis et servilis affectionis indicium, donec gallus cantans illum recordari fecit. Gallus autem est sermo, qui non sinit nos torpere et dormire, sed dicit, Vigilate: et, Surge qui dormis. Sermone igitur tanquam gallo quopiam excitatus Petrus, egressus est foras atrium principis sacerdotum, hoc est, ambitum excæcatæ mentis, et egressus ab insensibilitate, flevit amare. Quamdiu enim erat in atrio excæcatæ mentis, non flevit, neque enim sentiebat: postquam autem exivit, sentire cœpit.

CAPUT XXVII.

MANE autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum eum adduxerunt, et tradiderunt Pontio Pilato præsidi.] Vide diabolum quomodo illos omnino occupaverit, persuadens eis ut homicidium faciant illis ipsis diebus (Paschalibus) in quibus propter cætera peccata opus illis esset multis sacrificiis et oblationibus, sanctimonia et purgatione. Illi autem Jesum et ligant, et adducunt ad Pilatum præsidem, qui a Ponto erat, Romanis autem tributarius, et ab eis Judæam præses missus. Tradiderunt itaque Dominum Pilato, ut seditiosum, certe et virum qui contra imperatorem studeret.

Tunc videns Judas qui eum tradiderat, quod damnatus esset, pœnitudine ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus, dicens: Peccavi, tradens

ροις λέγων· ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῶον. Οἱ δὲ εἶπον· τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει. Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ ἀνεχώρησε, καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο.] Ἐν ὑστεροβουλίᾳ γίνεται ὁ Ἰούδας, καὶ μεταμέλεται μὲν, οὐ καλῶς δέ· τὸ μὲν γὰρ ἑαυτοῦ καταγνῶναι καλὸν, τὸ δὲ ἀπάγξασθαι δαιμονιῶδες. Οὐ φέρων γὰρ τοὺς ἐς ὕστερον ὀνειδισμοὺς ὑπεξάγει ἑαυτὸν τοῦ βίου, δέον δακρῦσαι καὶ ἐξιλεώσασθαι τὸν προδοθέντα. Τινὲς δὲ λέγουσιν ὅτι ὁ Ἰούδας φιλάργυρος ὢν ὑπελάμβανεν, ὅτι αὐτός τε κερδήσει τὰ ἀργύρια προδοὺς Χριστὸν, καὶ ὁ Χριστὸς οὐκ ἀποκτανθήσεται, ἀλλὰ διαφύγῃ τοὺς Ἰουδαίους, ὡς πολλάκις διέφυγε· τότε δὲ ἰδὼν αὐτὸν κατακριθέντα, καὶ ἤδη καταδικασθέντα ἀποθανεῖν, μετεμελήθη, ὡς τοῦ πράγματος ἀποβάντος παρ' ὅπερ ὑπελάμβανε· διὸ καὶ ἀπήγξατο, ἵνα προλάβῃ τὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ ἱκετεύσας σωτηρίας τεύξηται. Πλὴν γίνωσκε ὅτι ἔθηκε μὲν τὸν τράχηλον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀγχόνην, ἀπὸ δένδρου τινὸς κρεμάσας ἑαυτόν· τοῦ δὲ δένδρου κλιθέντος, ἐπέζησε, τοῦ Θεοῦ θέλοντος αὐτὸν ἢ εἰς μετάνοιαν συντηρῆσαι, ἢ εἰς παραδειγματισμὸν καὶ αἰσχύνην. Φασὶ γὰρ ὅτι νόσῳ ὑδερικῇ περιπέπτωκεν, ὥστε ἔνθα ἅμαξα ῥᾳδίως διέρχεται, αὐτὸν μὴ δύνασθαι διελθεῖν.

Act. i. 18. Εἶτα πρηνὴς πεσὼν ἐλάκησεν, ἀντὶ τοῦ διεῤῥάγη, ὡς ὁ Λουκᾶς φησιν ἐν ταῖς Πράξεσιν.

V. 6—10 Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια εἶπον· οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν, ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι. Συμβούλιον δὲ λαβόντες ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις· διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος ἀγρὸς αἵματος ἕως τῆς σήμερον. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου λέγοντος· καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος.] Κορβανᾶν ἔλεγον τὸν ἐν τῷ ἱερῷ θησαυρὸν, εἰς ὃν ἔβαλλον τὰ προσφερόμενα τῷ Θεῷ δῶρα. Ὅρα δὲ πῶς ὁ Θεὸς ματαιοῖ αὐτοὺς, ὥστε φημίζεσθαι τὴν

sanguinem innoxium. Illi autem dixerunt: Quid ad nos? tu videbis. Et projectis argenteis in templo, recessit, et abiens laqueo se suspendit.] Tarde sapere incipit, et pœnitet quidem, non autem recte. Nam suum pœnitere bonum erat, suffocari autem diabolicum. Proinde non ferens ignominias subsecuturas, seipsum e vita subduxit. Oportebat lacrymari, et sibi reconciliare eum qui proditus fuerat. Quidam autem dicunt quod Judas cum avarus esset, sperabat proditione Christi multum lucri, et Christum non occisum iri, sed evasurum, sicut sæpius et antea: cum autem tunc vidisset condemnatum ut moreretur, pœnitentia rei ductus est, quod alium quam opinabatur exitum res sortiretur. Idcirco et se strangulavit, ut præveniat Jesum in inferno, et ibi orando salutem assequatur. Verum scias quod posuit quidem collum suum in laqueum, se ab arbore suspendens, arbore autem inclinata supervixit, Deo volente ipsum vel in pœnitentiam conservare, vel in traductionem et confusionem. Dicunt enim quod morbo hydropico laboravit, ita ut transire non potuerit qua facile plaustrum transibat, et deinde cecidisse pronum, et crepuisse medium, hoc est, disruptum esse, ut dicit Lucas in Actis.

Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum: quapropter vocatus est ager ille, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium æstimati, quem æstimatum emerunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.] Corbonam dicebant thesaurum in templo, in quem mittebant dona quæ Deo offerebantur. Vide autem quomodo Deus infatuet illos, ut traducatur mens illorum sangui-

μιαιφόνον αὐτῶν γνώμην· ἕως γὰρ τῆς σήμερον, φησὶν, ἀγρὸς αἵματος καλεῖται ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ὥστε πάντας ἀναμιμνήσκεσθαι ὅτι τὸν Κύριον ἐφόνευσαν. Μάνθανε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι καὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τοσοῦτον ἡ φιλοξενία ἐσπουδάζετο, ὥστε καὶ τοῖς ξένοις εἰς ταφὴν χωρίον τι ἀγορασθῆναι· αἰσχυνώμεθα οὖν ἡμεῖς, οἱ τελειοτέρου μὲν 155
βίου δοκοῦντες εἶναι, τοὺς δὲ ξένους παραβλεπόμενοι. Τὴν τιμὴν δὲ τοῦ τετιμημένου φησὶν, δηλονότι τοῦ Χριστοῦ· ἀτίμητος μὲν γὰρ ἦν, ἐτιμήθη δὲ ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, τουτέστι, τὴν τιμὴν αὐτοῦ ἔστησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, συμφωνήσαντες τῷ Ἰούδᾳ δοῦναι τριάκοντα ἀργύρια.

V. 11—14 Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν λέγων· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ· σὺ λέγεις. Καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος· οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσι; Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα, ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν.] *Ὡς ἐπὶ δημοσίοις ἐγκλήμασι κατηγορούμενος ἀπάγεται πρὸς Πιλάτον, ὅθεν καὶ ἐρωτᾷ αὐτὸν εἰ ἐπεβάλετο* [1] *ἀνταρσίᾳ, καὶ ἐπεχείρησε βασιλεῦσαι τῶν Ἰουδαίων; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ, σὺ λέγεις, ἀπόκρισιν δοὺς αὐτῷ σοφωτάτην· οὔτε γὰρ εἶπεν ὅτι οὐκ εἰμὶ, οὔτε πάλιν ὅτι εἰμὶ, ἀλλὰ μέσως πως ἔφη, σὺ λέγεις· τοῦτο γὰρ δύναται καὶ οὕτω νοηθῆναι, ὅτι εἰμὶ καθὼς λέγεις, καὶ οὕτως, ὅτι ἐγὼ μὲν τοῦτο οὐ λέγω, σὺ δὲ λέγεις. Ἄλλο μέντοι οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ᾔδει γὰρ τὸ κριτήριον μὴ κατὰ λόγον προβαῖνον. Ἐθαύμαζεν οὖν ὁ Πιλάτος τὸν Κύριον, ἅμα μὲν ὡς καταφρονοῦντα θανάτου, ἅμα δὲ πῶς λόγιος ὢν, καὶ μυρία ἔχων προβαλέσθαι εἰς ἀπολογίαν, οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ἀλλὰ τῶν ἐγκαλούντων ὑπερεώρα. Διδασκώμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς ἐντεῦθεν ὅταν πρὸς δικαστήριον ἔχωμεν διεφθαρμένον,*

[1] *ἀνταρσίᾳ*] *Rebellioni:* vox recentior. Habet noster *ἀνταρτὴς, rebellis,* supra ad cap. xxi. 23, et ad Joan. xviii. 31; *ἀνταίρειν rebellare* ad Joan. xviii. 39.

naria. Usque in hunc enim diem, ait, ager ille dicitur ager sanguinis, ut omnes sint memores quod Dominum occiderint. Disce autem et hoc, quod et apud Judæos fuerit in pretio hospitalitas: unde in sepulturam peregrinorum agrum illum emerunt. Confundamur igitur nos, qui vitæ perfectioris videmur esse, et peregrinos despicimus. Pretium, inquit, æstimati, hoc est, Christi: inæstimabilis enim fuit, et æstimatus est a filiis Israel, hoc est, pretium ejus constituerunt filii Israel, pacti cum Juda ut darent illi triginta argenteos.

Jesus autem stetit ante præsidem: et interrogavit eum præses dicens: Tu es rex Judæorum? Dicit illi Jesus: Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quam multa adversus te dicant testimonia? Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer.] Quasi capitalium criminum reus sistitur Pilato, et interrogatur num rebellioni operam dederit, et attentarit regnare Judæis? Jesus autem dixit illi, Tu dicis: sapientissimo responso dato. Neque enim dixit, Non sum: nec contra, Ego sum: sed medio quodam modo dixit, Tu dicis. Hoc enim potest et sic intelligi, Sum sicut dicis; et sic, Ego quidem hoc non dico, tu autem dicis. Aliud vero responsum non dedit, sciebat enim injustum fore judicium. Proinde admiratus est Pilatus Dominum, et quod contemneret mortem, et quod tam eloquens et multa habens quæ responderet, nihil responderet, sed accusatores contemneret. Discamus et nos hoc loco quomodo gerere nos debeamus in judicio injusto, ne quid dicamus, ne tumultus major obo-

μηδὲν λέγειν, ἵνα μήτε θόρυβον πλείονα ἐγείρωμεν, μήτε κατακρίσεως πλείονος ὦμεν αἴτιοι τοῖς μὴ τῶν ἀπολογιῶν ἡμῶν ἀκούουσι.

V. 15—18 Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον. Εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, λεγόμενον Βαραββᾶν. Συνηγμένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν, Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; ᾔδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν.] *Ὁ Πιλάτος ἐσπούδαζεν ἀπολῦσαι τὸν Χριστὸν, εἰ καὶ μαλακώτερον τοῦ δέοντος· ἔδει γὰρ ἐνστῆναι αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ἀληθοῦς. Πρῶτον μὲν οὖν ἠρώτησε τὸν Κύριον, οὐκ ἀκούεις τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; Ἠρώτησε δὲ ἵνα ἀπολογησαμένου τοῦ Χριστοῦ σχοίη ἀφορμὴν πρὸς τὸ ἀπολῦσαι αὐτόν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀπελογεῖτο ὁ Κύριος, γινώσκων πάντως, ὅτι κἂν ἀπολογήσηται οὐκ ἀφεθήσεται, ἑτέραν ὁδὸν τρέπεται ὁ Πιλάτος, καὶ καταφεύγει λοιπὸν ἐπὶ τὸ ἔθος, μονονουχὶ τοῦτο λέγων· εἰ μὴ ὡς ἀθῷον ἀφίετε τὸν Ἰησοῦν, κἂν ὡς κατάκριτον χαρίσασθε τοῦτον τῇ ἑορτῇ. Ποῦ γὰρ ἂν ὑπέλαβεν ὁ Πιλάτος ὅτι ἀθῷον ὄντα τὸν Ἰησοῦν αἰτήσονται σταυρωθῆναι, καὶ τὸν ὑπαίτιον λῃστὴν ἀπολύσουσιν; Εἰδὼς οὖν ὅτι ὑπαίτιος οὐκ ἔστι, φθονεῖται δὲ, τούτου ἕνεκεν ἐρωτᾷ αὐτούς. Ὅθεν δείκνυται ὅτι μαλακώτερος ἦν· ἔδει γὰρ αὐτὸν προκινδυνεῦ-* 156
σαι τοῦ ἀγαθοῦ. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ ἄξιος κατακρίσεως, ὡς τὴν ἀλήθειαν συγκαλύψας. Βαραββᾶς δὲ ἑρμηνεύεται, υἱὸς τοῦ πατρός· βὰρ γὰρ, ὁ υἱὸς, ἀββᾶς δὲ, ὁ πατήρ. Οἱ τοίνυν Ἰουδαῖοι, τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς αὐτῶν, τοῦ διαβόλου, ἐξητήσαντο, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἐσταύρωσαν· καὶ μέχρι δὲ τοῦ νῦν, τῷ μὲν υἱῷ τοῦ πατρὸς αὐτῶν, τῷ Ἀντιχρίστῳ, προστίθενται, τὸν δὲ Χριστὸν παραιτοῦνται.

V. 19—26 Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ λέγουσα· μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσων-

riatur, neve majoris condemnationis occasionem præbeamus his qui defensiones nostras audire nolunt.

In festo autem consueverat præses turbæ dimittere unum vinctum quem voluissent. Habebant autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Jesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod propter invidiam tradidissent eum.] Pilatus studebat Christum absolvere, tametsi lentius quam oportebat, debebat enim se pro veritate objicere. Primum quidem interrogabat Dominum, Non audis quid illi contra te testificentur? Interrogavit autem, ut si Christus se excusaret, haberet occasionem absolvendi eum. At cum non defenderet se Christus, sciens se non dimissum iri quantumvis se excusaret, aliam viam invenit Pilatus, et confugit jam ad consuetudinem, quasi sic diceret, Si non ut innocentem dimittitis Jesum, saltem tanquam damnatum condonate ipsum huic festo. Quomodo enim suspicari potuisset Pilatus quod innocentem Jesum ad crucifigendum peterent, et reum latronem dimitterent? Sciens igitur non esse reum, sed invidia traditum, ideo interrogat eos. Unde ostendit se plusquam æquum erat molliorem: oportebat enim pro veritate periclitari. Itaque dignus est condemnatione, tanquam veritatis suppressor. Barabbas autem interpretari quis potest filium patris. Bar enim filius, Abbas autem pater. Judæi igitur filium patris sui diaboli postularunt, Jesum autem crucifixerunt: et usque in hunc diem filio patris sui Antichristo adhærent, Christum autem abnegant.

Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus dicens: Nihil tibi et justo illi; multa enim passus sum hodie in somnis propter eum. Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt turbis ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent. Respondens autem præses ait

ται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν. Ἀποκριθεὶς ὁ ἡγεμὼν εἶπεν αὐτοῖς· τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον· Βαραββᾶν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; Λέγουσιν αὐτῷ πάντες· σταυρωθήτω. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη· τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον λέγοντες· σταυρωθήτω. Ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται, λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων· ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου, ὑμεῖς ὄψεσθε. Καὶ ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς εἶπε· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. Τότε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγγελώσας παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ.] Ὢ τοῦ θαύματος· κρινόμενος ὑπὸ Πιλάτου ἐξεφόβει τὴν τούτου γυναῖκα. Οὐκ αὐτὸς δὲ ὁρᾷ τὸ ὄναρ, ἀλλ' ἡ γυνὴ, ἢ διότι ἀνάξιος ἦν αὐτὸς, ἢ ὅτι οὐκ ἂν ἐπιστεύθη, ἀλλ' ἔδοξε πρὸς χάριν λέγειν· τυχὸν δὲ καὶ ἐσιώπησεν ἂν, εἰ εἶδε τοῦτο, οἷα κριτὴς ὤν. Προνοίας δὲ ἔργον τὸ ὄναρ, οὐχ ἵνα ἀπολυθῇ ὁ Χριστὸς διὰ τοῦτο γενόμενον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ἡ γυνή. Πῶς οὖν οὐκ ἀπέλυσεν; ὅτι οὐκ ἦν ἀσφαλὲς αὐτῷ ἀφεῖναι αὐτὸν, οἷα ἐπὶ τυραννίδι κατηγορούμενον. Ἀλλ' ἐχρῆν ἀποδείξεις ζητῆσαι, εἰ στρατιώτας κατέλεγεν, εἰ ὅπλα ἐχάλκευε· νῦν δὲ ὡς κοῦφος καὶ μαλακὸς παρασύρεται. Διόπερ οὐδὲ ἀνέγκλητος· αἰτησαμένων γὰρ ἐκείνων τὸν ἐν κακίᾳ περιβόητον, δέδωκε· περὶ δὲ Χριστοῦ ἠρώτα, τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν; κυρίους ποιῶν τῆς κρίσεως ἐκείνους. Καίτοι ἡγεμὼν ὢν ἠδύνατο αὐτὸν ἁρπάσαι, ὥσπερ τὸν Παῦλον ὁ χιλίαρχος. (Act. xxi. xxii.) Οἱ δὲ σταυρωθήτω ἔλεγον, οὐ μόνον ἀποκτεῖναι αὐτὸν βουλόμενοι, ἀλλὰ καὶ πονηρᾷ αἰτίᾳ περιβαλεῖν· ὁ γὰρ σταυρὸς τοῖς πονηροῖς ἀπέκειτο τιμωρία. Νίπτεται δὲ, καθαρὸν δῆθεν ἑαυτὸν ἀποδεικνύων τοῦ μύσους, κακῶς φρονῶν· δίκαιον γὰρ ὀνομάζων τὸν Ἰησοῦν, ὅμως προδέδωκε τοῖς φονευταῖς. Οἱ δὲ ἐφ' ἑαυτοὺς ἀναδέχονται τὴν ἐπὶ τῷ φόνῳ αὐτοῦ τιμωρίαν, ἢ καὶ κατέ-

illis: Utrum vultis vobis e duobus dimittam? At illi dixerunt: Barabbam. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes: Crucifigatur. Præses autem ait: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua manus abluit coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine justi hujus, vos videbitis. Et respondens universus populus dixit: Sanguis ejus super nos et super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam, Jesum autem flagellatum tradidit ut crucifigeretur.] O miraculum: qui judicatur a Pilato, uxorem ejus terret. Ipse autem non videt somnium, sed uxor, vel quod ipse indignus erat, vel quod fides ei non fuisset habita, sed visus esset ad gratiam loqui: fortassis etiam tacuisset talia, si vidisset, cum esset judex. Providentiæ autem opus somnium factum, non ut absolvatur Christus, sed ut servetur uxor. Quomodo igitur non absolvit illum? Quia periculo suo dimisisset illum, qui de tyrannide accusabatur. Verum oportebat causas inquirere illum, num milites conscriberet, num arma fabricaret: nunc autem quasi mollis et mutus cedit, et idcirco non caret reprehensione. Nam cum peterent illi insignem illum malefactorem, dedit: de Christo autem interrogat, Quid igitur faciam de Jesu? illis judicandi potestatem largiens. Atqui cum judex esset, poterat ipsum vi eripere, sicut et Paulum tribunus militum. Illi autem dicebant, Crucifigatur, non solum occidere volentes illum, sed et malo crimine afficere: crux enim pessimorum supplicium erat. Porro lavatur, ut purum se ostendat ab odio, male sentiens: justum enim nominans Jesum, homicidis illum tradidit. At illi in se suscipiunt ultionem hoc homicidio dignam, qua et gravati sunt,

λαβεν αὐτοὺς, τῶν Ῥωμαίων ἀφανισάντων αὐτοὺς καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ οἱ μέχρι τοῦ νῦν Ἑβραῖοι, τέκνα ὄντες ἐκείνων τῶν φονευσάντων τὸν Κύριον, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔχουσιν ἐφ' ἑαυτούς· διὰ γὰρ τὴν εἰς τὸν Κύριον ἀπιστίαν διώκονται παρὰ πάντων. Καὶ οὐδεμία παῤῥησία τούτοις
διωκομένοις δι' αὐτὸ τοῦτο· ἐφραγγέλλωσε δὲ τὸν Ἰησοῦν, 157
τουτέστιν, ἐμάστιξεν, ἢ αὐτοῖς χαριζόμενος, ἢ δεικνύων ὅτι κατεδίκασε καὶ αὐτὸς αὐτὸν, καὶ οὐχὶ ἀθῶον ἄνθρωπον μέλλουσι σταυρῶσαι, ἀλλ' ἠτιμωμένον· ἐπληρώθη οὖν
Esai. l. 6. καὶ τὸ, τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας.

V. 27—30 Τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην, καὶ πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ· καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐνέπαιζον αὐτῷ λέγοντες· χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.]

Ps. xxxviii. 9. ap. LXX. Ἐνταῦθα ἐπλήρουτο τὸ τοῦ Δαυίδ· ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με. Οἱ γὰρ στρατιῶται ἀνόητοι ὄντες ἄξια ἑαυτῶν ἐποίουν· τὴν μὲν γὰρ χλαμύδα ἀντὶ πορφύρας ὡς βασιλέα ἐνέδυσαν, τὸν δὲ κάλαμον ἔδωκαν ἀντὶ σκήπτρου, τὸν δὲ στέφανον ἀντὶ διαδήματος. Προσεκύνουν δὲ παίζοντες· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ γονυπετεῖν, τὸ προσκυνεῖν. Ὅρα δὲ πῶς πᾶσαν ἰδέαν ὕβρεως διεξῆλθον, τὸ μὲν πρόσωπον διὰ τῶν ἐμπτυσμάτων, τὴν δὲ κεφαλὴν διὰ τοῦ στεφάνου, τὴν δὲ χεῖρα διὰ τοῦ καλάμου, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα διὰ τῆς χλαμύδος, τὰ ὦτα διὰ τῶν χλευαστικῶν λόγων ὑβρίζοντες. Πλὴν εἰ καὶ ἐκεῖνοι παικτικῶς ἐποίουν ἃ ἐποίουν, ὅμως σὺ νόει ταῦτα καὶ μυστικώτερον ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ τελεσθῆναι. Ἡ μὲν γὰρ χλαμὺς ἡ κοκκίνη τὴν ἡμετέραν φύσιν ἐδήλου, ἣν αἱματώδη οὖσαν καὶ φονικὴν ἀνελάβετο, καὶ ἐνδυσάμενος ἡγίασεν. Ὁ δὲ στέφανος ὁ ἐξ ἀκανθῶν, αἱ ὑπὸ μεριμνῶν τοῦ βίου συμβᾶσαι ἁμαρτίαι, ἃς ἀναλίσκει τῇ οἰκείᾳ θεό-

Romanis ipsos et ipsorum pueros perdentibus: et usque in hunc diem Judæi qui illorum sunt filii qui Dominum interfecerunt, experiuntur a se sanguinem illius requiri: nam ob suam incredulitatem persecutionem patiuntur ab omnibus et nulla his hac de causa libertas est. Flagellavit autem Jesum, hoc est, verberavit, vel illis gratificans, vel ostendens quod et ipse illum condemnet, et non innocentem hominem crucifixuri sint, sed ignominia notatum. Impletum igitur est et illud, Dorsum meum dedi ad flagella.

Tunc milites præsidis suscipientes Jesum in prætorio, congregaverunt ad eum universam cohortem, et cum exuissent eum, circumdederunt ei chlamydem coccineam, et coronam de spinis contextam imposuerunt super caput ejus, et arundinem in dexteram ejus, et genu flexo ante eum illudebant ei dicentes: Ave rex Judæorum. Et cum expuissent in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus.] Hoc loco impletur dictum David, Opprobrium insipienti dedisti me. Milites enim cum insipientes essent, se digna faciebant. Chlamyde pro purpura ut regem induerunt, calamum pro sceptro dederunt, coronam pro diademate. Adorabant autem illudentes: hoc enim significat genuflectere, hoc est, adorare. Vide quomodo quamlibet contumeliæ speciem exercuerint, injuria afficientes faciem sputis, caput corona, manum calamo, reliquum corpus chlamyde, aures verbis irrisoriis. Veruntamen omnia quæ illi faciebant, per irrisionem faciebant. Tu tamen intellige ea, quæ majoris sunt mysterii ab Jesu impleta fuisse. Chlamys enim coccinea naturam nostram significat, quam, cum sanguinaria esset, et cædis rea, suscepit, et induens sanctificavit. Corona autem ex spinis, peccata sunt ex curis hujus vitæ pro-

τητι ὁ Χριστός· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ. Ὁ δὲ κάλαμος τῆς ἡμετέρας σαρκὸς τῆς σαθρᾶς καὶ ἀσθενοῦς ἐστι σύμβολον, ἣν ἀνέλαβεν ὁ Κύριος, καθὰ καὶ ὁ
Ps. cxvii. 16. ap. LXX. Δαυὶδ λέγει· δεξιὰ Κυρίου ὕψωσέ με. Διὰ δὲ τῶν ὤτων δεξάμενος τὰς δυσφημίας, ἰάσατο τὸν διὰ τῶν ὤτων τῆς Εὔας ἐπεισελθόντα τοῦ ὄφεως ψιθυρισμόν.

V. 31, 32 Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι. Ἐξερχόμενοι δὲ εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον, ὀνόματι Σίμωνα· τοῦτον ἠγγάρευσαν ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ.] Οἱ μὲν τρεῖς φασιν ὅτι Σίμων ἐβάστασε τὸν σταυρὸν τοῦ Ἰησοῦ· ὁ δὲ Ἰωάννης αὐτὸν τὸν Κύριόν φησι βαστάσαι. Εἰκὸς οὖν ἀμφότερα γενέσθαι· ἐξ ἀρχῆς μὲν γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐβάστασε τὸν σταυρὸν, μηδενὸς θελήσαντος βαστάσαι· ἐν δὲ τῇ ὁδῷ εὑρόντες Σίμωνα, ἐπέθηκαν τούτῳ τὸν σταυρόν. Σὺ δὲ καὶ τοῦτο μάνθανε, ὅτι Σίμων ἑρμηνεύεται ὑπακοή· ὁ οὖν ἔχων ὑπακοὴν, ἐκεῖνος αἴρει τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἡ Κυρήνη τῆς Πενταπόλεως οὖσα, δηλοῖ τὰς πέντε αἰσθήσεις, ἀναγκαζομένας αἴρειν τὸν σταυρόν.

V. 33—37 Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον γολγοθὰ, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος, ἔδωκαν
αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον· καὶ γευ- 158
σάμενος οὐκ ἤθελε πιεῖν. Σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆρον, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ· καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην· οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.] Κρανίου τόπος ἐλέγετο, διότι φασὶν οἱ ἐκ παραδόσεως πατέρων παραλα-
1 Cor. xv. 22. βόντες, ὅτι ὁ Ἀδὰμ ἐκεῖ τέθαπται· ὥσπερ γὰρ πάντες ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀπεθάνομεν, οὕτως ἐν τῷ

venientia, quæ consumit sua deitate Christus: præsignatur enim per caput deitas. Calamus nostræ fragilis et infirmæ carnis symbolum est, quam suscepit Dominus, sicut et David dicit, Dextera domini exaltavit me. Auribus autem suscipiendo ignominias, sanavit serpentis sibilum per aures Evæ ingressum.

Et postquam illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, et induerunt eum vestimentis suis, et duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc adegerunt ut tolleret crucem ejus.] Tres dicunt Simonem portasse crucem Jesu, Joannes autem dicit ipsum Dominum portasse: verisimile est autem utrumque factum. Primum enim portavit Jesus crucem, cum nullus portare vellet. In via autem invento Simone, imposuerunt ei crucem. Tu autem et hoc disce, quod Simon interpretari quis potest obedientiam. Qui igitur obedientiam habet, ille crucem Christi fert. Sed et Cyrene, quæ una Pentapoleos est, significat quinque sensus cogendos ad ferendam crucem.

Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Calvariæ locus. Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtum: et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes, ut impleretur quod dictum est per prophetam: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes observabant eum illic: et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Hic est Jesus rex Judæorum.] Cranii locus dictus est, eo quod dicunt qui traditiones patrum tenent, quod Adam illic sepultus sit. Sicut enim in Adam omnes morimur, ita et in

Χριστῷ ζωοποιηθῆναι ἡμᾶς ἔδει. Μὴ ταραχθῇς δὲ ἀκούων τῶν εὐαγγελιστῶν, τούτου μὲν λέγοντος ὄξος μετὰ χολῆς προσενεχθῆναι τῷ Κυρίῳ, τοῦ δὲ Μάρκου, ἐσμυρνισμένον οἶνον, τοῦ δὲ Ἰωάννου, ὄξος καὶ χολὴν μετὰ ὑσσώπου. Πολλὰ γὰρ ἐγίνοντο παρὰ πολλῶν, οἷα ἀτάκτου πλήθους ὄντος, καὶ ἄλλου ἄλλο ποιοῦντος· εἰκὸς οὖν τὸν μὲν οἶνον προσφέρειν, τὸν δὲ ὄξος μετὰ χολῆς. Πολλοὶ δὲ θανάτου ἦσαν τρόποι, ἀλλ' ὅμως σταυρῷ θανατοῦται ὁ Χριστὸς, ἵνα καὶ τὸ ξύλον ἁγιάσῃ, δι' οὗ κατηράθημεν, καὶ τὰ σύμπαντα εὐλογήσῃ, τά τε οὐράνια, ἃ δηλοῦται διὰ τοῦ ἀνωτάτου μέρους τοῦ σταυροῦ, καὶ τὰ ὑποχθόνια, ἃ δηλοῦται διὰ τοῦ ὑποποδίου, καὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς, τό τε ἀνατολικὸν καὶ τὸ δυτικὸν, ἃ δηλοῦται διὰ τῶν ἐκ πλαγίου μερῶν τοῦ σταυροῦ· ἀλλὰ καὶ ἵνα ἐκτείνας τὰς χεῖρας ἐναγκαλίσηται καὶ συνάξῃ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα. Διαμερίζονται καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ οἱ στρατιῶται, ὡς εὐτελοῦς, καὶ μηδὲν ἄλλο ἔχοντος. Ὃν δὲ εἶπεν ἄλλος εὐαγγελιστὴς τίτλον, τοῦτον ὁ Ματθαῖός φησιν αἰτίαν· ἐπέγραψαν γὰρ τίνος ἕνεκεν ἐσταυρώθη, ὅτι ὡς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, καὶ ὡς νεωτεριστής· ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὸ, βασιλεὺς, ἐπέγραψαν ἐπὶ διαβολῇ. Πλὴν ἡ μαρτυρία αὕτη πιστὴ, ὡς παρὰ τῶν ἐχθρῶν εἰσαχθεῖσα. Βασιλεὺς γάρ ἐστιν ὁ Κύριος, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἐλθὼν ἵνα σώσῃ τοὺς Ἰουδαίους. Ἐπεὶ δὲ οἱ σαρκικοὶ Ἰουδαῖοι οὐκ ἠθέλησαν βασιλεῦσαι αὐτὸν ἐπ' αὐτοὺς, βασιλεὺς γίνεται τῶν πνευματικῶν Ἰουδαίων, τουτέστι, τῶν ἐξομολογουμένων· Ἰουδαῖος γὰρ ἐξομολογούμενος λέγεται.

V. 38—44 Τότε σταυροῦνται σὺν αὐτῷ δύο λησταὶ, εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων. Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες· ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν γραμματέων καὶ πρεσβυτέρων καὶ Φαρισαίων ἔλεγον· ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Εἰ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ἐστι, καταβάτω νῦν

Christo omnes nos vivificari oportebat. Ne turberis autem quod evangelistæ dicant, iste quidem acetum cum felle allatum esse Domino, et Marcus vinum myrrhatum, Joannes vero acetum et fel cum hyssopo. Multa enim a multis fiebant, ut in incomposita multitudine aliud alio faciente. Verisimile est igitur, alium quidem vinum protulisse, alium vero acetum cum felle. Multi autem mortis modi fuerunt, attamen in cruce moritur Christus, ut et lignum sanctificet, per quod maledicti fuimus et omnia benedicat, et cœlestia, quæ per supremam partem crucis, et terrena, quæ per suppedaneum, et fines terræ, Orientem et Occidentem, qui per transversas partes crucis signantur: præterea ut manibus extensis in ulnas suscipiat et congreget filios Dei dispersos. Dividunt autem vestimenta ejus milites, ut frugalis, et nihil aliud habentis. Titulum autem quem dixit alius evangelista, Matthæus dicit accusationem. Ascripserunt enim cujus gratia crucifixus esset, nempe ut rex Judæorum, et rerum novator. Illi igitur regem ascripserunt pro accusatione. Veruntamen testimonium illud fidele etiam ab inimicis adductum. Rex quidem est Dominus, qui ad hoc venit, ut salvet Judæos. Quia autem carnales Judæi noluerunt illum super se regnare, rex fit spiritualium Judæorum, hoc est, confitentium. Judæus enim confitens dicitur.

Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, unus a dextris, et alter a sinistris. Prætereuntes autem convitia jaciebant in eum, moventes capita sua et dicentes:' Tu qui destruebas templum, et in triduo ædificabas, serva temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum Scribis et senioribus et Pharisæis dicebant: Alios servavit, semetipsum non potest servare? Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et

ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν ἐπ' αὐτῷ.
Πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν, εἰ
θέλει αὐτόν. Εἶπε γὰρ ὅτι Θεοῦ εἰμι υἱός. Τὸ δ'
αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ ὠνεί-
διζον αὐτῷ.] Πρὸς διαβολὴν τοῦ Χριστοῦ συσταυροῦσιν
αὐτῷ δύο λῃστὰς, ἵνα καὶ αὐτὸς τοιοῦτος νομισθῇ παρά-
νομος ὡς ἐκεῖνοι. Τύπος δὲ ἦσαν οὗτοι τῶν δύο λαῶν, τοῦ 159
τε Ἰουδαϊκοῦ καὶ τοῦ ἐθνικοῦ· ἀμφότεροι γὰρ παράνομοι,
καὶ ὀνειδίζοντες τὸν Χριστόν· ὥσπερ καὶ οὗτοι πρότερον
οἱ λῃσταὶ ὠνείδιζον ἀμφότεροι, ὕστερον δὲ ὁ εἷς ἐπιγνοὺς
αὐτὸν, ὡμολόγησε βασιλέα, διὸ καὶ ἔλεγε· μνήσθητί μου
Κύριε ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Οὕτως οὖν καὶ ὁ ἐθνικὸς λαὸς
ὡμολόγησε τὸν Χριστὸν, ὁ δὲ ἕτερος λῃστὴς, ὁ Ἰουδαϊκὸς
λαὸς, ἐβλασφήμει. Ὁ διάβολος δὲ ὑπέβαλε τοὺς λέγοντας,
εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἐρεθι-
σθεὶς καταβῇ, καὶ ἀνατραπῇ ἡ πάντων διὰ τοῦ σταυροῦ
σωτηρία. Διὸ ὁ Χριστὸς καὶ υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ καὶ οὐκ
ἐπείσθη τῷ ἐχθρῷ, ἵνα καὶ σὺ μανθάνῃς ὅτι οὐ δεῖ πείθε-
σθαι τοῖς τοῦ διαβόλου τεχνάσμασιν, ἀλλὰ τὸ καλὸν
πράττειν, κἂν οἱ ἄνθρωποι πονηρὰν ὑπόληψιν μέλλωσιν
ἔχειν.

V. 45—49 Ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης. Περὶ δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ λέγων· ἠλὶ ἠλὶ λαμὰ σαβαχθανὶ, τουτέστι, Θεέ μου Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλειπες; Τινὲς δὲ τῶν ἐκεῖ ἑστώτων ἀκούσαντες ἔλεγον ὅτι Ἠλίαν φωνεῖ οὗτος. Καὶ εὐθέως δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε ὄξους καὶ περιθεὶς καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτόν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον· ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας σώσων αὐτόν.] Τὸ γενόμενον σκότος οὐκ ἦν κατὰ φυσικὴν ἀκολουθίαν, οἷον ἀπὸ ἐκλείψεως ἡλίου φυσικῶς γενομένης· οὐδέποτε γὰρ τεσσαρεσκαιδεκαταίας οὔσης τῆς σελήνης, ἔκλειψις γίνεται ἡλίου. Ἐν δὲ τῇ σταυρώσει τεσσαρεσκαιδεκαταία ἦν ἡ σελήνη πάντως. Τὸ γὰρ πάσχα τῶν Ἑβραίων τότε ἐτε-

credemus ei. Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult eum: dixit enim, Filius Dei sum. Idipsum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.] In contumeliam Christi crucifixerunt cum eo duos latrones, ut ipse iniquus existimetur cum illis. Figura autem erant hi duorum populorum, Judaici et Gentilis, qui uterque prævaricatores erant et flagitiosi, atque exprobrantes Christo, sicut et primum ambo latrones improperabant, alter autem demum resipiscens, confessus est regem: ideo et dicebat, Memor esto mei, Domine, in regno tuo. Sic et Gentilis quoque populus confessus est Christum, alter autem latro, Judaicus populus, blasphemabat. Diabolus autem submittebat dicentes, Si filius es Dei, descende de cruce, ut incitatus descendat de cruce, et intereat salus omnium quæ est per crucem. At Christus, quia filius est Dei, non obedivit inimico: ut et tu discas quod non sit diaboli dolis cedendum, sed bene operandum, etiam si homines male de nobis sentiant.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna dicens: Heli, heli, lama zabachthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, cur dereliquisti me? Quidam autem illic stantium quum audissent, dicebant: Eliam vocat iste. Et continuo currens unus ex eis, quum acceptam spongiam implesset aceto, imposuit arundini, dabatque ei ut biberet. Cæteri vero dicebant: Sine videamus an veniat Elias liberaturus eum.] Tenebræ factæ non erant juxta naturæ ordinem, ut ex eclipsi solis naturaliter facta: neque enim quando est decimaquarta luna, fit solis deliquium: cum autem crucifigeretur, omnino decimaquarta luna erat. Pascha enim Hebræorum tunc fiebat, unde super naturam tene-

λεῖτο, ὥστε ὑπὲρ φύσιν τὸ πάθος. Κοσμικὸν δὲ ἦν τὸ
σκότος, οὐ μερικὸν, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, ἵνα δειχθῇ ὅτι
πενθεῖ ἡ κτίσις ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ κτίστου, καὶ ὅτι ἀπὸ τῶν
Ἰουδαίων ἀπέστη τὸ φῶς. Οἱ αἰτοῦντες δὲ ἐξ οὐρανοῦ
σημεῖον ἰδεῖν Ἰουδαῖοι, νῦν βλεπέτωσαν τὸν ἥλιον σκοτι-
ζόμενον. Ἕκτῃ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ ἀνθρώπου πλασθέντος, καὶ
ἕκτῃ ὥρᾳ φαγόντος ἀπὸ τοῦ ξύλου (αὕτη γὰρ τῆς βρώσεως
ἡ ὥρα) ὁ Κύριος ἀναπλάττων τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ
σφάλμα ἰώμενος, ἕκτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἕκτῃ ὥρᾳ τῷ ξύλῳ προσ-
πήγνυται. Ἑβραΐδι δὲ διαλέκτῳ λέγει τὸ προφητικὸν, ἵνα
δείξῃ ὅτι οὐ μάχεται τῇ παλαιᾷ γραφῇ. Τὸ δὲ, ἱνατί με
ἐγκατέλειπες; εἶπεν, ὡς ἂν δείξῃ ὅτι ἄνθρωπος ἀληθῶς
ἐγένετο, καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν· καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος φυ-
σικὴν ὄρεξιν ἔχει τῆς ζωῆς, φιλόζωος ὤν. Ὥσπερ οὖν
ἠγωνίασε καὶ ἠδημόνησε πρὸ τοῦ σταυροῦ, δεικνύων τὴν ἐκ
φύσεως προσοῦσαν ἡμῖν δειλίαν, οὕτω καὶ νῦν φησιν· ἱνατί
με ἐγκατέλειπες; ἐμφαίνων τὴν φυσικὴν φιλοζωΐαν ἡμῶν·
καὶ γὰρ ὄντως ἄνθρωπος ἦν, καὶ ἡμῖν τὰ πάντα ὅμοιος,
χωρὶς ἁμαρτίας. Τινὲς δὲ οὕτω τοῦτο ἐνόησαν, ὅτι τὸ τῶν
Ἰουδαίων πρόσωπον ἀναλαμβάνων ὁ Σωτήρ φησιν· ἱνατί
ἐγκατέλειπες τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν, ὦ πάτερ, ἵνα τηλικαύτην
ἁμαρτίαν ποιήσῃ, καὶ ἀπωλείᾳ παραδοθῇ; Ὡς γὰρ ἐξ Ἰου- 160
δαίων γενόμενος ὁ Χριστὸς τὸ ἐγκατέλειπές μέ φησιν, ἀντὶ
τοῦ τὴν ἐμὴν συγγένειαν, τὸν ἐμὸν λαὸν, ἵνα τί ἀφῆκας,
ὥστε τοιοῦτον κακὸν καθ' ἑαυτοῦ ποιῆσαι; Μὴ νοήσαντες
δὲ τὴν φωνὴν οἱ τοῦ ὄχλου, ἄγροικοι ὄντες καὶ ἀμαθεῖς τῶν
προφητικῶν, ἐνόμιζον ὅτι Ἡλίαν φωνεῖ· οὐ γὰρ πάντες οἱ
Ἰουδαῖοι τὰ προφητικὰ ἐγίνωσκον, ὥσπερ ἴσως οὐδὲ νῦν οἱ
Χριστιανοὶ πάντες τὰ τῶν εὐαγγελίων. Ὄξος δὲ ἐπότιζον
αὐτὸν, ἵνα ἀποθάνῃ τάχιον πρὶν ἐλθεῖν τὸν Ἡλίαν βοηθή-
σοντα αὐτῷ. Ὅθεν οἱ λοιποὶ λέγουσιν, ἄφες ἴδωμεν εἰ
ἔρχεται Ἡλίας σώσων αὐτὸν, τουτέστι, μὴ ποιήσῃς αὐτὸν
ἀποθανεῖν, ὡς ἂν γνῶμεν εἰ βοηθήσει αὐτῷ Ἡλίας.

V. 50—53 Ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. Καὶ ἰδοὺ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως

bræ erant. Erant autem in toto mundo, non in parte mundi, sicut in Ægypto: ut monstretur quod lugeat in passione conditoris creatura, et quod a Judæa lux recesserit: Judæi quoque petentes signum e cœlo, nunc videant solem obtenebrari. Sexta autem die homo est conditus, qui et sexta de ligno comedit: hoc enim est comestionis tempus. Qua igitur hora Dominus hominem condidit, eadem et lapsum curavit. Sexta die et sexta hora cruci affixus est. Hebraico autem idiomate dicit propheticum, ut monstret quod non pugnet cum veteri scriptura. Quod autem dicit, Ut quid me dereliquisti? ostendit se hominem verum, et non juxta apparentiam. Siquidem homo cum vitæ sit cupidus, naturalem vivendi habet appetitum. Sicut enim in mœstitudine fuit ante crucem, ostendens timorem naturæ nostræ congruentem, sic et nunc inquit, Ut quid me dereliquisti? insinuans naturalem vivendi cupiditatem. Etenim vere homo erat, nobisque per omnia similis, absque peccato. Quidam autem hoc intellexerunt, quod Salvator in se personam gerat Judæorum, et dicat, Ut quid dereliquisti Judaicum populum, o Pater, ut tantum admittat peccatum, et perditioni tradatur? Christus enim tanquam ex Judæis natus, Dereliquisti me dicit, hoc est, meam cognationem, meumque populum ut quid dereliquisti, ita ut contra seipsum tale malum faciat? Turbæ autem cum non intellexissent vocem illam, nempe agrestes, et imperitæ propheticorum dictorum, putabant quod Eliam vocaret: Non enim omnes Judæi prophetica sciebant, sicut neque nunc Christiani omnes forte ea quæ in evangeliis. Cæterum acetum ei in potum dabant, ut moreretur priusquam veniret Elias adjuturus eum. Unde alii dicunt: Sine, videamus num veniat Elias liberaturus eum, hoc est, sine eum, ne facias mori, ut sciamus an juvetur ab Elia.

Jesus autem quum iterum clamasset voce magna, emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes

κάτω, καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη, καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς.] Κράζει μεγάλῃ φωνῇ ὁ Ἰησοῦς, ἵνα γνῶμεν ὅτι ὅπερ ἔλεγεν, ὅτι ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, ἀληθὲς ἦν· κατ' ἐξουσίαν γὰρ ἀφίησι τὴν ψυχήν. Τίς δὲ ἦν ἡ φωνή; πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου· οὐ γὰρ βεβιασμένως, ἀλλ' ἑκοντὶ ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. Τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ παρατίθημι· ἐμφαίνει δὲ καὶ τὸ μέλλειν αὐτὴν πάλιν ἀπολήψεσθαι· τοιοῦτον γὰρ ἡ παραθήκη, πάλιν ἀποδιδομένη. Χάρις δὲ τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἐκείνου ἀποθανόντος, καὶ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς χεῖρας τοῦ πατρὸς παρατεθέντος, ἔκτοτε καὶ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ εἰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ τίθενται, ἀλλ' οὐχ ὡς πρότερον ἐν τοῖς τοῦ ᾅδου μυχοῖς· ὥστε ἁγιασμὸς ἡμῶν γέγονεν ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ. Διὸ καὶ μεγάλῃ φωνῇ προσκαλεῖται τὸν θάνατον, μὴ τολμῶντα προσελθεῖν, εἰ μὴ κληθείη. Τὸ δὲ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ὀθόνη τις ἦν μέσον κρεμαμένη τοῦ ναοῦ, καὶ ἀποτειχίζουσα τὰ ἔσω πρὸς τὰ ἔξω, οἷόν τι μεσότοιχον. Σχίζεται τοίνυν τοῦτο, δεικνύντος τοῦ Θεοῦ ὅτι ὁ ναὸς ὁ ἄβατος, ὁ ἀθέατος, οὗ τὰ ἐσώτατα ἀπετείχιζε τὸ καταπέτασμα, οὕτω χυδαιωθήσεται καὶ βεβηλωθήσεται, ὥστε πᾶσιν εἶναι βατὸς καὶ θεατός. Τινὲς δὲ καὶ ἄλλας αἰτίας λέγουσιν· ἐσήμαινε γὰρ, φασὶ, τὸ καταπέτασμα σχιζόμενον τὴν τοῦ γράμματος τοῦ νομικοῦ περιαίρεσιν, καὶ ὅτι ἀποκαλυφθήσεται πάντα τὰ νομικὰ, ἃ πρότερον τῷ γράμματι οἱονεί τινι καταπετάσματι συνεκρύπτοντο, καὶ τὰ πρὶν ἀσαφῆ καὶ αἰνιγματώδη φανερωθήσεται νῦν εἰς τὸν Χριστὸν ἐκβάντα. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ἔθος ἦν τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ ταῖς κατὰ Θεοῦ βλασφημίαις περιῤῥήγνυσθαι τοὺς χιτῶνας· καὶ νῦν οὖν ὁ θεῖος ναὸς ὥσπερ δυσχεραίνων ἐπὶ τῷ τοῦ Θεοῦ θανάτῳ, περιεῤῥήξατο τὴν ἑαυτοῦ ἐσθῆτα, τὸ καταπέτασμα. Καὶ ἄλλα δ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ἀλλ' αὐτάρκη ταῦτα. Τὰ δὲ στοιχεῖα ἐσείσθησαν, ἅμα μὲν καὶ

a summo usque ad imum, et terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt; et egressi e monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis.] Clamat voce magna Jesus, ut sciamus verum esse quod dixit, Ego potestatem habeo ut ponam animam meam: animam enim suam ponit sua potestate. Quæ autem erat vox? Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Non enim coactus, sed voluntarius emisit spiritum: hoc enim significat, commendo. Insinuat autem se illam iterum recepturum: depositum enim et commodatum iterum assumitur. Gratia autem Domino, quod illo moriente et spiritum suum in manus Patris commendante, ex eo tempore et sanctorum animæ in manu Dei ponuntur, et non, ut prius, in inferni penetralibus: atque ita mors Christi facta est sanctificatio nostra. Idcirco et magna voce inclamat mortem, non audentem accedere nisi vocaretur. Velum autem templi erat linteum quoddam in medio templi pendens, discernensque ab his quæ intra, ea quæ extra, ut interstitium. Scinditur hoc, demonstrante Deo quod templum inaccessum et nunquam visum, cujus intima velamen secludebat, solvatur et prophanetur, ita ut omnibus sit accessibile et spectabile. Nonnulli alias causas afferunt, et quod revelentur omnia legalia, quæ prius litera ut velamento quodam erant cooperta: et quæ prius obscura erant, ac plena ænigmatibus, manifestentur nunc in Christo impleta. Licet et istud dicere, sicut erat mos Judæis in blasphemiis contra Deum scindere vestes, ita nunc quoque divinum templum quasi ægre ferens Christi mortem, disrupit vestem suam, hoc est, velum. Posset quis et alia dicere: sed hæc sufficiant. Elementa vero commota declarant eum qui

δημιουργὸν ἐμφαίνοντα εἶναι τὸν πάσχοντα, ἅμα δὲ καὶ δηλοῦντα ὡς μετακινηθήσεται τὰ πράγματα· τὸν γὰρ σεισ- 161
μὸν ἡ γραφὴ ἐπὶ τῆς τῶν πραγμάτων μεταθέσεως τάττει. Ἐγένετο οὖν ἡ μετάθεσις τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τὰ ἔθνη· καὶ αἱ πέτραι, ἤτοι αἱ λίθινοι καρδίαι τῶν ἐθνικῶν, ἐσχίσθησαν, καὶ ὑπεδέξαντο τὸν τῆς ἀληθείας σπόρον. Καὶ οἱ νενεκρωμένοι ταῖς ἁμαρτίαις ἐξανέστησαν, καὶ ἦλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐνεφανίσθησαν τοῖς πολλοῖς, τοῖς διὰ τῆς πλατείας ὁδοῦ ὁδεύουσιν· ἐμφανισθέντες δὲ αὐτοῖς, ἀρχέτυπον αὐτοῖς ἐγένοντο ἀγαθοῦ βίου καὶ ἐπιστροφῆς. Ὁ γὰρ ἰδὼν τὸν πρώην νενεκρωμένον ὑπὸ τῶν παθῶν, ἐπιστραφέντα καὶ ἀνελθόντα εἰς τὴν ἁγίαν ἐν οὐρανοῖς πόλιν, μιμεῖται αὐτὸν πάντως, καὶ ἐπιστρέφει καὶ αὐτός. Ταῦτα μὲν οὖν περιεργότερον ἐνοήθη· σὺ δὲ γίνωσκε ὅτι ἡ τῶν νεκρῶν ἔγερσις, ἡ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου γενομένη, ἐδήλου καὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ ψυχῶν τὴν ἐλευθερίαν. Ὤφθησαν δὲ πολλοῖς οἱ ἀναστάντες τότε, ἵνα μὴ δόξῃ φάντασμα εἶναι τὸ γενόμενον. Ἀνέστησαν δὲ οὗτοι χάριν τοῦ σημείου· πρόδηλον δὲ ὅτι πάλιν τεθνήκασι. Τινὲς δὲ λέγουσιν ὅτι μετὰ τὸ ἀναστῆναι τὸν Χριστὸν, ἀνέστησαν καὶ οὗτοι, καὶ οὐκέτι ἀπέθανον· τοῦτο δὲ οὐκ οἶδα εἰ δεῖ παραδέχεσθαι.

V. 54—56 Ὁ δὲ ἑκατόνταρχος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν, ἰδόντες τὸν σεισμὸν καὶ τὰ γενόμενα, ἐφοβήθησαν σφόδρα, λέγοντες· ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς ἦν οὗτος. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ γυναῖκες πολλαὶ, ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, αἵτινες ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας διακονοῦσαι αὐτῷ· ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου.] Ὁ μὲν ἐθνικὸς ἑκατόνταρχος ἀπὸ τῶν σημείων πιστεύει σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν, οἱ δὲ προφητῶν κατακούσαντες καὶ νόμου Ἰουδαῖοι ἄπιστοι μένουσι· τοσοῦτόν ἐστιν ἡ πονηρία κακόν. [1]Καὶ ἐμαρτύρησε δὲ ὁ ἑκα-

[1] Καὶ ἐμαρτύρησε δὲ κ.τ.λ.] Ita Chrysost. Homil. LXXXVIII. in Matt.

patiebatur, opificem suum esse, et futuram rerum commotionem. Scriptura enim terræ motum rerum mutationi apponit. Facta igitur est mutatio visitationis Dei a Judæis in Gentes. Et petræ, hoc est, lapidea Gentilium corda, divisæ sunt, et susceperunt semen veritatis. Et mortui peccatis surrexerunt, et venerunt in civitatem sanctam, supernam illam Hierusalem, apparueruntque multis per latam viam incedentibus, et apparentes exemplar illis facti sunt vitæ bonæ et conversionis. Nam qui viderit quempiam prius ab affectionibus suis mortuum, conversum et ingressum in sanctam illam quæ in cælis est civitatem, imitatur illum per omnia, convertiturque et ipse. Verum hæc ita intellexisse curiosius fuerit. Tu autem cognosce quod mortuorum resurrectio, quæ facta est in cruce Domini, significarit et eorum, qui in inferno fuerint, liberationem. Apparuerunt autem multis qui tunc resurrexerunt, ut ne phantasma esse videretur quod fiebat. Resurrexerunt autem illi tantum signi gratia, manifestumque est, quod iterum mortui sunt. Quidam autem dicunt quod postquam Christus resurrexit, resurrexerint et illi, nec postea mortui sint: sed nescio an hoc sit recipiendum.

Centurio vero, et qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terræ motu, et his quæ facta fuerant, timuerunt valde, dicentes: Vere filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ e longinquo spectantes, quæ secutæ fuerant Jesum a Galilæa, ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi et Jose mater, et mater filiorum Zebedæi.] Centurio homo ethnicus a signis credit cum his qui secum erant: Judæi autem qui legem et prophetas audierant, increduli manent: tantum malum est malignitas. Et martyrium subit postea iste

§ 2. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι καὶ μαρτύριόν ἐστι τοῦ κεντουρίωνος τούτου, ἀνδρισαμένου μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῇ πίστει.

τόνταρχος οὗτος ὑπὲρ Χριστοῦ ὕστερον. Γυναῖκες δὲ θεωροῦσαι τὰ γενόμενα, αἱ μάλιστα πάντων συμπαθέστεραι· καὶ τὸ γένος τὸ κατακριθὲν ἀπολαύει πρῶτον τῆς τῶν ἀγαθῶν θεωρίας. Καὶ οἱ μὲν μαθηταὶ φεύγουσιν, αἱ δὲ γυναῖκες καρτεροῦσι. Μαρίαν δὲ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μητέρα, τὴν Θεοτόκον λέγει· ὁ γὰρ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσῆς τοῦ Ἰωσὴφ ἦσαν παῖδες ἀπὸ τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικός. Ἐπεὶ οὖν ἡ Θεοτόκος γυνὴ ἐλέγετο τοῦ Ἰωσὴφ, εἰκότως καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ μήτηρ ἤτοι μητρυιὰ ἐλέγετο. Ἡ δὲ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου Σαλώμη ἐκαλεῖτο· φασὶ δὲ καὶ ταύτην θυγατέρα εἶναι τοῦ Ἰωσήφ.

V. 57—61 Ὀψίας δὲ γενομένης, ἦλθεν ἄνθρωπος πλούσιος ἀπὸ Ἀριμαθαίας, τοὔνομα Ἰωσὴφ, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ. Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Τότε ὁ Πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα· καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ. Καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου ἀπῆλθεν.
Ἦν δὲ ἐκεῖ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μα- 162
ρία, καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου.] *Ἐκρύπτετο μὲν πάλαι ὁ Ἰωσὴφ, νῦν δὲ μέγα πρᾶγμα τολμᾷ, τιθεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τοῦ διδασκαλικοῦ σώματος, καὶ τοσαύτην ἔχθραν πρὸς πάντας Ἰουδαίους ἀναδεξάμενος. Ὡς μεγάλην δὲ δωρεὰν, δίδωσιν αὐτῷ τὸ σῶμα ὁ Πιλάτος. Ὡς γὰρ στασιαστοῦ θανατωθέντος τοῦ Χριστοῦ, εἰκότως τὸ σῶμα αὐτοῦ ἔμελλεν ἄταφον ῥιφῆναι. Ἀλλ' ὁ Ἰωσὴφ πλούσιος ὢν, εἰκὸς ὅτι καὶ ἔδωκεν ἂν τῷ Πιλάτῳ χρυσίον. Καὶ λαβὼν τιμᾷ αὐτὸ, καταθεὶς ἐν μνημείῳ καινῷ, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. Τοῦτο δὲ οἰκονομίας Θεοῦ ἦν, ἵνα μὴ, ἀναστάντος τοῦ Κυρίου, ἔχοι τις εἰπεῖν ὅτι ἄλλος πρότερον ταφεὶς ἐκεῖ νεκρὸς ἀνέστη· διὰ τοῦτο οὖν καινὸν τὸ μνημεῖον. Ἡ Μαρία δὲ ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, τουτέστιν, ἡ Θεοτόκος, ἣν ἀνωτέρω ἐκάλεσεν Ἰωσῆ καὶ Ἰακώβου μητέρα, αὗται αἱ δύο κάθηνται ἀπέναντι τοῦ τά-*

Centurio propter Christum. Mulieres vero spectabant ea quæ fiebant, ut natura compatientissimæ: et sexus condemnatus primus fruitur bonorum contemplatione. Et discipuli quidem fugiunt, mulieres autem fortes sunt. Mariam autem matrem Jacobi et Jose, Deiparam dicit: Jacobus enim et Joses filii erant Joseph e priore ejus uxore. Verum quia Deipara uxor Joseph dicebatur, merito et filiorum ejus dicebatur mater, hoc est, noverca. Mater autem filiorum Zebedæi Salome dicebatur, quam et ipsam Joseph filiam aiunt.

Vespere autem facto venit homo dives ab Arimathæa, nomine Joseph, et ipse discipulus fuerat Jesu. Hic accessit ad Pilatum, ac postulavit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus. Et quum accepisset corpus Joseph, involvit illud in sindone munda, posuitque illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra, et advoluto saxo ingenti ad ostium monumenti, abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene et altera Maria, sedentes contra sepulcrum.] Delitescebat quidem olim Joseph, nunc autem magnam rem audet, ponens animam suam pro corpore magistri, tantasque inimicitias Judæorum suscipiens. Porro pro magno dono donatum est illi corpus Jesu: nam cum ut seditiosus esset occisus Christus, reliquum erat ut insepultus merito abjiceretur. Verum quum Joseph dives esset, verisimile est quod Pilato aurum dederit. Proinde corpus quod acceperat, honorifice tractans in sepulcro novo recondidit, in quo nullus unquam positus erat: id quod divina dispensatione factum, ne cum resurrexisset Dominus, posset quis dicere quod alius ante eum sepultus illic mortuus resurrexisset: et idcirco fuit monumentum novum. Maria autem Magdalene, et altera Maria, hoc est, Deipara, quam supra dixerat Jose et Jacobi matrem, ambæ assederunt ad sepulcrum: ita ut

φου προσεδρεύουσαι, ὥστε εἰ παύσαιτο ἡ μανία, ἀπελθεῖν καὶ περιχυθῆναι τῷ σώματι, καὶ μυρίσαι αὐτό. Περὶ τῶν τοιούτων γυναικῶν ἔλεγεν Ἡσαΐας· γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας δεῦτε· οὐ γὰρ λαός ἐστιν ἔχων σύνεσιν. Φανερῶς γὰρ περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ λαοῦ τοῦ σταυρώσαντος τὸν Κύριον λέγει, ὅτι οὐκ ἔχουσι σύνεσιν· προσκαλεῖται οὖν ταύτας καταλεῖψαι μὲν τὸν ἀσύνετον λαὸν, προσελθεῖν δὲ τοῖς ἀποστόλοις, καὶ εὐαγγελίσασθαι αὐτοῖς τὴν ἀνάστασιν.

Esai. xxvii. 11.

V. 62—66 Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευὴν, συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς Πιλάτον, λέγοντες· Κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι· κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας, μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ, ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης. Ἔφη αὐτοῖς ὁ Πιλάτος· ἔχετε κουστωδίαν· ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. Οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κουστωδίας.] Οὐκ ὀνομάζει τὸ σάββατον, σάββατον, διότι οὐδὲ σάββατον ἦν, ὅσον ἐπὶ τῇ κακίᾳ τῶν Ἰουδαίων· τοῦ γὰρ νόμου διαγορεύοντος τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου μηδένα κινεῖσθαι ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, οἱ παράνομοι Ἰουδαῖοι πρὸς τὸν ἀλλόφυλον Πιλάτον συνάγονται, ἀντὶ τῆς νενομισμένης συνάξεως. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὑπὸ τῆς ἑαυτῶν κινοῦνται πονηρίας εἰς τὸ προσελθεῖν τῷ Πιλάτῳ, καὶ ἀσφαλίσασθαι τὸν τάφον· Θεοῦ δὲ οἰκονομία τοῦτο, ἵνα ἡ ἀνάστασις γένοιτο ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ἐσφραγισμένου τοῦ τάφου καὶ φυλαττομένου. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι πόθεν οἱ Ἰουδαῖοι μαθόντες εἶπον ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται; οὐ γὰρ δήπου ὁ Κύριος εἶπε τοῦτο σαφῶς καὶ γυμνῶς. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν ὅτι ἀπὸ τοῦ παραδείγματος τοῦ Ἰωνᾶ τοῦτο ἔγνωσαν· εἶπε γὰρ ὁ Χριστὸς ὅτι, ὥσπερ Ἰωνᾶς ἦν τρεῖς ἡμέρας ἐν τῇ

Matt. xii. 40.

cum furor Judæorum cessaret, abirent et amplecterentur corpus, ac inungerent. De his mulieribus dicebat Esaias, Mulieres venientes a spectaculo, venite, non enim populus est habens intellectum. Manifeste loquitur de Judaico populo, qui crucifixerat Dominum, quod non habeat intellectum. Advocat igitur mulieres, ut populum quidem intellectu carentem derelinquerent, ad apostolos autem accederent, et illis resurrectionis evangelium prædicarent.

Postera autem die quæ sequitur parasceven, convenerunt principes sacerdotum et Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus quod impostor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam: jube ergo muniri sepulcrum usque in diem tertium, ne quando veniant discipuli ejus noctu, et furentur eum, dicantque plebi, surrexit a mortuis: et erit novissimus error pejor priore. Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, munite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum, obsignato lapide, adhibitis custodibus.] Non nominat sabbatum, sabbatum: eo quod non erat sabbatum quantum ad Judæorum insaniam attinebat. Cum enim lex præcipiat ne quis se moveat die sabbati a loco suo: prævaricatores Judæi vadunt ad alienigenam Pilatum, et non ad congregationem quam lex permittebat. Et ipsi quidem sua malitia instigantur ut vadant ad Pilatum, et muniant sepulcrum: Dei autem dispensatione hoc factum, ut Resurrectio inimicis testibus comprobetur, dum sepulcrum munitur et custoditur. Interrogatione autem dignum, unde Judæi sciebant Christum tertio die resurrecturum? Nondum enim Dominus nude et manifeste eis hoc dixerat. Dici potest quod a figura Jonæ cognoverint, præsertim cum Christus dixerit, Sicut Jonas fuit tribus diebus in

κοιλίᾳ τοῦ κήτους, οὕτω καὶ ἐγὼ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς γῆς. Ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον· πρότερον μὲν 163 γὰρ μὴ νοήσαντες τοῦτο, ἀλλὰ νομίσαντες ὅτι περὶ τοῦ ναοῦ λέγει τοῦ Ἰουδαϊκοῦ, κατεμαρτύρησαν αὐτοῦ· νῦν δὲ γνόντες ὅτι ναὸν ἔλεγε τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, φοβοῦνται, καὶ πλάνον αὐτὸν ἀποκαλοῦσι, μηδὲ μετὰ θάνατον τὴν κακίαν λύσαντες. Κουστωδία δὲ λέγεται παρὰ Ῥωμαίοις ἡ φυλακή· τοὺς οὖν ἐπὶ τῷ φυλάττειν τεταγμένους στρατιώτας, κουστωδίαν ὀνομάζει.

ΚΕΦ. κη'.

ΟΨΕ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία, θεωρῆσαι τὸν τάφον. Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡς χιών. Ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξί· μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε· οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γὰρ, καθὼς εἶπε. Δεῦτε ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος. Καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε. Ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν. Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.] Τὸ ὀψὲ σαββάτων, ἶσόν ἐστι τῷ παρὰ τῷ Λουκᾷ εἰρημένῳ, ὄρθρου βαθέος, καὶ τῷ παρὰ τῷ Μάρκῳ, λίαν πρωῒ, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου· ἥλιον γὰρ ἐνταῦθα νοεῖν ὀφείλομεν τὰς ὀρθρινὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς· ἀφ' οὗ γὰρ ἡ ὀγδόη ὥρα τῆς νυκτὸς ἐπιλάβηται, ἔκτοτε ἡ ἀρχὴ

Marc. xvi. Luc. xxiv. Joan. xx.

ventre ceti, ita et ego in ventre terræ. Vel ex illo quod dixit, Solvite templum hoc; quod prius non intellexerunt, sed putabant quod de templo Judaico sentiret, et ideo testimonium hoc contra eum protulerunt: nunc autem ubi cognoverunt quod sepulcrum dixerat corpus proprium, timent, et impostorem eum cognominant, neque post mortem a malitia cessant. Cæterum custodia Romanum nomen est: ita enim milites ad custodiendum ordinatos nominant.

CAPUT XXVIII.

VESPERA autem sabbatorum, quæ lucescit in unam sabbatorum, venit Maria Magdalene et altera Maria ut viderent sepulcrum. Et ecce terræ motus factus erat magnus. Angelus enim Domini descenderat de cælo, et accedens revolverat lapidem ab ostio, sedebatque super eum. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur, et vestimentum ejus candidum sicut nix. Præ timore autem ejus concussi sunt custodes, et facti sunt veluti mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim quod Jesum qui crucifixus est, quæritis: non est hic, surrexit enim, sicut dixit. Venite, videte locum ubi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis ejus quod surrexit a mortuis, et ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis: ecce dixi vobis. Et digressæ celeriter a monumento cum timore et gaudio magno currebant ut renunciarent discipulis ejus.] Vespera sabbatorum eadem est cum profundo crepusculo diluculi apud Lucam, et valde mane sole oriente apud Marcum: solem enim eo loco intelligere debemus matutinos solis radios: ab octava enim hora noctis principium est futuri diei, et matutinum videtur appetere. Tunc

*τῆς μελλούσης ἡμέρας, καὶ ἡ πρωΐα δοκεῖ ἐπιλαβέσθαι.
Τότε τοίνυν ὀψὲ μὲν ἦν σαββάτου, ἀρχὴ δὲ τῆς κυριακῆς,
ἣν μίαν τῶν σαββάτων ὀνομάζει· σάββατα μὲν γὰρ ἔλεγον
τὰς ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος. Μίαν δὲ, τὴν πρώτην· ὥστε
εἶναι τὴν κυριακὴν μίαν τῶν σαββάτων, τουτέστι, πρώτην
τῶν ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος· πρὸς γὰρ τὴν πρώτην εὐθὺς καὶ
ἡ δευτέρα λέγεται, εἶτα ἡ τρίτη, καὶ ἑξῆς αἱ λοιπαί. Ἀν-
έστη τοίνυν ὁ Κύριος, ἔτι τοῦ λίθου ἐπικειμένου τῷ τάφῳ·
μετὰ δὲ τὸ ἀναστῆναι τὸν Κύριον, καὶ ὁ ἄγγελος ἔρχεται,
ἵνα ἀποκυλίσας τὸν λίθον δώῃ πάροδον ταῖς γυναιξὶν εἰς τὸν
τάφον. Σεισμὸς δὲ γίνεται, ἵνα ἀφυπνισθῶσιν οἱ φύλακες,
καὶ μάθωσι τὸ καινὸν τοῦ γενομένου. Ἀνέστη οὖν τριήμε-
ρος ὁ Κύριος· πῶς δὲ ἀριθμοῦνται αἱ τρεῖς ἡμέραι; Ἕκτῃ
ὥρᾳ τῆς παρασκευῆς ἐσταυρώθη· ἀπὸ ταύτης ἕως ἐννάτης,* 164
*σκότος· τοῦτο νύκτα μοι νόησον. Πάλιν ἀπὸ τῆς ἐννάτης,
φῶς· τοῦτο ἡμέρα· ἰδοὺ ἡμερονύκτιον. Πάλιν ἡ νὺξ τῆς
παρασκευῆς καὶ τοῦ σαββάτου ἡ ἡμέρα, δεύτερον ἡμερονύκ-
τιον· ἡ νὺξ πάλιν τοῦ σαββάτου καὶ ὁ τῆς κυριακῆς ὄρθρος,
κατὰ τὸν Ματθαῖον, λέγοντα· τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν
σαββάτων· ἀπὸ γὰρ τοῦ ὄρθρου καὶ ἡ ἡμέρα ὅλη ἀριθμεῖ-
ται· ἰδοὺ τρίτον ἡμερονύκτιον. Καὶ ἄλλως δὲ δύνασαι
ἀριθμῆσαι τὰς τρεῖς ἡμέρας. Τῇ παρασκευῇ παρέδωκε τὸ
πνεῦμα, μία αὕτη ἡμέρα. Τῷ σαββάτῳ ἦν ἐν τῷ τάφῳ,
δευτέρα αὕτη ἡμέρα. Τῇ δὲ νυκτὶ τῆς κυριακῆς ἀνέστη·
ἀπὸ μέρους οὖν ἀριθμεῖται καὶ ἡ κυριακὴ εἰς ἄλλην ἡμέραν·
ὥστε ἰδοὺ τρεῖς ἡμέραι. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν κεκοιμημέ-
νων, ἐὰν ἀποθάνῃ τις περὶ δεκάτην ὥραν τῆς ἡμέρας, καὶ
ἕτερος περὶ πρώτην ὥραν τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ἀμφότεροι ἐν
τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ λέγονται τεθνάναι. Ἔχω σοι καὶ ἄλλην
αἰτίαν εἰπεῖν εἰς τοῦτο, πῶς τρεῖς ἡμέραι καὶ τρεῖς νύκτες
ἀριθμηθήσονται· πρόσεχε οὖν. Τῇ πέμπτῃ ἑσπέρας ἐποί-
ησε τὸ δεῖπνον ὁ Κύριος, καὶ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγε, λάβετε,
φάγετε τὸ σῶμά μου· ὥστε ἐπεὶ ἐξουσίαν εἶχεν ἀφ' ἑαυτοῦ
θεῖναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, δῆλον, ὅτι ἔκτοτε ἀπέσφαξεν
ἑαυτὸν, ἀφ' οὗ διεδίδου τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς τὸ σῶμα·
οὐδεὶς γὰρ ἐσθίει τι, ἐὰν μὴ πρότερον ἐσφαγμένον εἴη.*

igitur vesper erat sabbati, principium autem dominici diei, quam unam sabbatorum nominat: sabbata enim dicebant dies hebdomadæ. Unam autem, hoc est, primam, ita ut dominicus dies una sit sabbatorum, hoc est, prima dierum hebdomadæ. Ad primam enim statim et secunda dicitur, deinde tertia, et deinceps reliquæ. Resurrexit igitur Dominus lapide adhuc super sepulcrum posito. Postquam autem resurrexerit Dominus, et angelus venit, ut devoluto lapide accessum habeant mulieres ad sepulcrum. Fit autem terræ motus, ut excitentur custodes, et discant novum quod fiebat. Surrexit igitur Dominus triduanus. Quomodo autem tres dies? Sexta hora parasceves crucifixus est: ab illa usque ad nonam fuerunt tenebræ, per has utique noctem intelligas. Iterum a nona lux, hoc est, dies: ecce diem et noctem. Iterum nox parasceves, et dies sabbati: ecce secundo diem et noctem. Nox quoque sabbati, et diluculum dominicæ, juxta Matthæum, dicentem: Quæ illucescebat in unam sabbatorum. A diluculo enim et dies totus numeratur: ecce tertio diem et noctem. Potes et aliter tres dies numerare. In parasceve tradidit spiritum, ecce unum diem. Sabbato in sepulcro fuit, ecce secundus dies. Nocte dominicæ resurrexit; a parte igitur numeratur et dominica in alium diem, et ita tres dies. Nam et de defunctis dicimus, si unus moriatur circa decimam horam diei, et alter circa primam ejus diei, quod uterque eodem die sit mortuus. Possum tibi et aliam causam dicere quomodo tres dies et tres noctes numerentur: attende igitur. Quinta vespera fecit Dominus cœnam, et discipulis dixit, Accipite, et comedite corpus meum: et ita quia potestatem habebat ponere animam suam, manifestum quod tunc immolaverit seipsum, ex quo tradidit discipulis corpus suum: nemo enim quicquam edit nisi prius mactatum

Ἀρίθμησον οὖν· τῇ ἑσπέρᾳ διεδίδου τὸ οἰκεῖον σῶμα· ἡ νὺξ ἐκείνη, καὶ ἡ ἡμέρα τῆς παρασκευῆς ἄχρι τῆς ἕκτης ὥρας, ἰδοὺ ἓν ἡμερονύκτιον. Πάλιν τὸ ἀπὸ τῆς ἕκτης ὥρας σκότος ἕως τῆς ἐννάτης, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἐννάτης φῶς ἕως τῆς ἑσπέρας, ἰδοὺ δεύτερον ἡμερονύκτιον. Ἡ νὺξ πάλιν ἡ μετὰ τὴν παρασκευὴν, καὶ ἡ ἡμέρα τοῦ σαββάτου, ἰδοὺ τρίτον ἡμερονύκτιον. Σαββάτῳ δὲ ὀψὲ ἀνέστη· τρία ταῦτα ὁλόκληρα ἡμερονύκτια. Τὸν δὲ ἄγγελον, ὁ μὲν Ματθαῖος ἔφη καθῆσθαι ἐν τῷ λίθῳ, ὁ δὲ Μάρκος ἀποκυλίσαντα τὸν λίθον, ἔνδον τοῦ μνημείου καθῆσθαι ἐν τοῖς δεξιοῖς· ἆρ' οὖν ἐναντιοφωνοῦσιν; οὐχί. Ἀλλ' εἰκός ἐστι φανῆναι πρῶτον τὸν ἄγγελον καθήμενον ἐν τῷ λίθῳ, εἶτα εἰσελθουσῶν τῶν γυναικῶν, προάγειν τὸν ἄγγελον, καὶ πάλιν φανῆναι ἐντὸς τοῦ μνημείου καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς. Εἶπε δὲ πρὸς τὰς γυναῖκας, μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· τουτέστιν, οἱ μὲν φύλακες ἄξιοί εἰσι φοβεῖσθαι, ὑμεῖς δὲ αἱ τοῦ Κυρίου μαθήτριαι, μὴ φοβεῖσθε. Μεθ' ὃ δὲ ἀπαλλάττει αὐτὰς τοῦ δέους, εὐαγγελίζεται αὐταῖς τὴν ἀνάστασιν· ἔδει γὰρ πρότερον ἐκβαλεῖν τὸ δέος, εἶτα εὐαγγελίσασθαι. Οὐκ αἰσχύνεται δὲ ἐσταυρωμένον ὀνομάζων τὸν Κύριον· τῷ γὰρ σταυρῷ ὥσπερ τροπαίῳ τινὶ ἐγκαυχᾶται, πάντα τὰ ἀγαθὰ προξενηκότι ἡμῖν.

V. 9, 10 Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς λέγων· χαίρετε. Αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ. Τότε λέγει αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς· μὴ φοβεῖσθε· ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται.] 165

Προσφωνεῖ ταῖς γυναιξὶ τὸ, χαίρετε· ἐπεὶ γὰρ τὸ γυναικεῖον γένος λυπεῖσθαι κατεκρίθη, ὁ Κύριος διὰ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ τὴν χαρὰν προεξένησε τῷ γυναικείῳ γένει, καὶ εὐλόγησεν αὐτάς. Διὸ ἐκεῖναι, ἀπὸ τῆς πολλῆς περὶ αὐτὸν αἰδοῦς καὶ τιμῆς, τοὺς πόδας αὐτοῦ κρατοῦσι, δι' εὐλάβειαν μὴ τολμῶσαι ἄλλου μέρους τοῦ σώματος ἅψασθαι, εἰ μὴ τῶν ἐσχάτων μερῶν τοῦ σώματος αὐτοῦ. Τινὲς δέ φασιν

fuerit. Numera igitur: vesperi tradidit corpus suum: nox illa et dies parasceves usque ad sextam horam, ecce unum diem et noctem. Iterum a sexta hora tenebræ usque ad nonam, et a nona lux usque ad vesperam, ecce secundum diem et noctem. Iterum nox post parasceven et dies sabbati, ecce tertium diem et noctem. Sabbato autem vesperi resurrexit: ecce tres integri dies et noctes. Jam quod angelum Matthæus dixit sedere super lapide, Marcus autem revoluto lapide sedere in dextris intra sepulcrum, nunquid inter se dissident? Minime: sed verisimile est apparuisse primum angelum sedentem super lapide: deinde ingredientibus mulieribus præire angelum, et iterum apparuisse sedentem in sepulcro a dextris. Dixit autem ad mulieres, Ne terreamini vos: hoc est, custodes quidem digni sunt qui terreantur: vos autem discipulæ Domini, ne terreamini. Et postquam liberavit eas a metu, evangelizat eis resurrectionem. Primum enim timorem ejicere oportebat, et deinde evangelizare. Non erubescit autem nominare Dominum crucifixum. Gloriatur enim cruce tanquam tropheo, quo nobis omnia bona conciliata sunt.

Cum autem issent ad renuntiandum discipulis ejus, ecce Jesus occurrit illis dicens: Avete. Illæ autem accesserunt, et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere: ite, renuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam, et ibi me videbunt.] Dicit mulieribus, Avete. Quoniam enim muliebre genus ad tristitiam condemnatum fuit, Dominus per resurrectionem suam gaudium attulit fœmineo sexui, et benedixit eis. Quare illæ præ multa reverentia et honore pedes ejus tenent, propter pietatem non audentes aliam corporis partem contingere, quam extremas illas. Quidam autem dicunt dedita opera illas

ὅτι ἐξεπίτηδες ἐδράξαντο τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὡς ἂν μάθωσιν εἰ ἀληθῶς ἀνέστη καὶ μὴ κατὰ φαντασίαν, μηδὲ πνεῦμά ἐστιν· ὑπενόουν γὰρ ὅτι πνεῦμά ἐστι. Τότε μὲν οὖν αἱ δύο αὗται Μαρίαι ἥψαντο τῶν ποδῶν αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸν
Joan. xx. 17. Ἰωάννην, ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία ἐπιχειρεῖ μὲν ἅψασθαι, οὐ συγχωρεῖται δὲ, διότι ἤθελεν ἀεὶ συνεῖναι αὐτῷ ὥσπερ καὶ πρότερον. Ἢ μᾶλλον διὰ τοῦτο οὐ συγχωρεῖται ἅψασθαι τοῦ Ἰησοῦ κατὰ τὸν Ἰωάννην, ὡς περίεργος· ἐπεὶ γὰρ, ὥς φησιν ὁ Ματθαῖος, ἥψατο αὐτοῦ τῶν ποδῶν, τίς ἦν ἔτι χρεία πάλιν ἅψασθαι; ὥστε ὡς περιττὴν οὖσαν λοιπὸν αὐτὴν ἀπωθεῖται.

V. 11—15 Πορευομένων δὲ αὐτῶν, ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα. Καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις, λέγοντες· εἴπατε ὅτι, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων· καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν. Οἱ δὲ λαβόντες τὰ ἀργύρια ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν· καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον.] Οἱ μὲν ἀπὸ τῆς κουστωδίας ἀπήγγειλαν πάντα, ὅτι σεισμὸς ἐγένετο, ὅτι ὁ λίθος ἤρθη αὐτομάτως, ὅτι αὐτοὶ φοβηθέντες ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι οὔτε τὰ ἐπὶ τῷ πάθει γενόμενα θαύματα, οὔτε τὰ ἐπὶ τῷ τάφῳ μαρτυρούμενα παρὰ τῶν στρατιωτῶν δυσωπηθέντες, τῷ ἰδίῳ πάθει τῇ φιλαργυρίᾳ ὑπονοθεύουσι τοὺς στρατιώτας, παραπείθοντες αὐτοὺς τὸ πάντων ἀσεβέστερον φθέγξασθαι καὶ ἀνοητότερον, ὅτι ἐκλάπη. Πῶς γὰρ ἂν ἔκλεψαν, ὦ ἀνόητοι, οἱ μαθηταὶ, οἱ διὰ τὸν φόβον ἀποκλεισθέντες καὶ μὴ τολμῶντες ὅλως ἐξελθεῖν; πῶς δ' ἂν εἰ ἔκλεψαν, ἀπέθνησκον ὕστερον δι' αὐτὸν, κηρύττοντες ὅτι ἀνέστη, καὶ ὑπὲρ τοῦ ψεύδους κατακοπτόμενοι;

V. 16—20 Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς

fecisse, ut periculum facerent num vere surrexisset, et num spiritus sit vel phantasma. Existimabant enim spiritum esse. Itaque tunc duæ illæ Mariæ tangebant pedes ejus. Verum juxta Joannem Maria Magdalene attentat quidem tangere pedes, non conceditur autem ei, eo quod volebat semper manere cum eo sicut prius. Vel potius ideo non conceditur ei tangere Jesum juxta Joannem, quod curiosula erat. Quia enim, sicut dixit Matthæus, tetigerat pedes ejus, quid adhuc opus erat iterum tangere? et ita repellitur uti curiosa.

Quæ cum abiissent, ecce quidam e custodibus venerunt in civitatem, ac renuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quæ acciderant. Et congregati cum senioribus, consilio habito, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite quod discipuli ejus nocte venerint, et furati sint eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a præside, nos persuadebimus ei, et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti: et divulgatus est hic sermo apud Judæos usque in hodiernum diem.] Custodes annuntiaverunt omnia, quod terræ motus factus sit, quod lapis per se sublatus sit, quod ipsi territi facti fuerint quasi mortui. At Judæi tanto miraculo moti non sunt, neque demulsi miraculis quæ in passione contigerant, neque placati illis quæ testificabantur custodes, sed suo malo, hoc est, avaritia, milites corrumpunt. Persuadere autem conantur, quod omnium maxime impium et stultissimum fuerit dicere, quod furto sublatus esset. Quo pacto enim, o stulti, furati essent discipuli, qui præ metu inclusi erant, et omnino exire non audebant? Quomodo autem si furto abstulissent, postea propter illum mori voluissent, prædicantes illum resurrexisse, et pro mendacio male affecti?

Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem ubi constituerat illis Jesus. Et cum vidissent illum,

ὁ Ἰησοῦς. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν, προσεκύνησαν αὐ-
τῷ· οἱ δὲ ἐδίστασαν. Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς
ἐλάλησεν αὐτοῖς λέγων· ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία
ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Πορευθέντες μαθητεύσατε
πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα
τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος,
διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην
ὑμῖν. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας,
ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.] Κατὰ τὸν Ἰωάννην
πρῶτον ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ὁ Ἰησοῦς, κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέ- 166
ραν τῆς ἀναστάσεως, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων· εἶτα μεθ'
ἡμέρας ὀκτὼ, ὅτε καὶ ὁ Θωμᾶς ἐπίστευσεν· εἶτα ἐπειδὴ
ἔμελλον εἰς Γαλιλαίαν ἀπαντῆσαι, οὔπω δὲ πάντες ὁμοῦ
συνήχθησαν, ἀλλά τινες αὐτῶν ἡλίευον ἐπὶ τῆς Τιβεριάδος,
ἐφάνη τότε τοῖς ἁλιεύουσι μόνοις, ἑπτὰ οὖσι. Νῦν οὖν ὅ
φησιν ὁ Ματθαῖος, ὕστερον ἐγένετο, τῶν παρὰ
τῷ Ἰωάννῃ πρότερον γενομένων. Πολλάκις γὰρ
ἐφάνη αὐτοῖς, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ἐφιστάμενος καὶ
πάλιν ἀφιστάμενος, οὐ πάντοτε καὶ διόλου αὐτοῖς συμπα-
ρών. Οἱ οὖν ἕνδεκα μαθηταὶ οἱ κορυφαῖοι, σὺν τοῖς λοιποῖς
πάντως ἅπασι τοῖς ἀκολουθοῦσι, τῷ Χριστῷ προσεκύνησαν.
Οἱ δὲ ἐδίστασαν, ἀντὶ τοῦ, τινὲς δὲ ἐδίστασαν. Εἰκὸς οὖν
οὕτω νοηθῆναι· οἱ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γα-
λιλαίαν, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ οἱ ἕνδεκα· οἱ δὲ, ἀντὶ τοῦ
τινὲς δὲ, τυχὸν ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα, ἐδίστασαν περὶ τοῦ
Χριστοῦ, ὕστερον μέντοι ἐβεβαιώθησαν καὶ αὐτοί. Τινὲς
δὲ οὕτω νοοῦσιν, ὅτι ὁ μὲν Ματθαῖος παρῆκεν εἰπεῖν τίνες
ἦσαν οἱ διστάσαντες· ὃ δὲ παρῆκεν οὗτος, εἶπεν ὁ Ἰωάννης,
ὅτι Θωμᾶς ἦν ὁ διστάσας. Τυχὸν δὲ καὶ πάντες
ἐδίστασαν· ὅπερ ὁ Λουκᾶς λέγει. Ὀφείλεις οὖν
οὕτω νοῆσαι, ὅτι εἰς μὲν τὴν Γαλιλαίαν ἐλθόντες, προσεκύ-
νησαν αὐτῷ· οὗτοι δὲ οἱ προσκυνήσαντες ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ,
ἐδίστασαν πρότερον ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, ὡς ὁ Λουκᾶς φησίν.
Ἐλάλησεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς ὅτι, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία
ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· εἶχον
μὲν ὡς Θεὸς καὶ δημιουργὸς τὴν ἐξουσίαν πάντων (τὰ σύμ-

Joan. xx. et xxi.

Luc. xxiv. 41.

adoraverunt eum; hi autem dubitaverunt. Et accedens Jesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quæcunque præcepi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.] Secundum Joannem primum discipulis visus est Jesus ipso die resurrectionis clausis januis: deinde post dies octo, quando et Thomas credidit: postremo, quia in Galilæam occursuri erant, nondum autem omnes congregati erant, sed quidam piscabantur apud Tiberiadem, apparuit tunc piscatoribus solis, qui septem erant. Nunc igitur quod dixit Matthæus, posterius factum est quam illa quæ a Joanne dicta sunt. Sæpe enim apparuit eis per dies quadraginta, accedens et abscedens, non semper et ubique eis præsens. Undecim igitur discipuli illi præcipui cum reliquis omnibus qui sequebantur Christum, adorabant eum. Hi autem dubitarunt, hoc est, quidam dubitarunt. Probabile est quod sic sit intelligendum: undecim abierunt in Galilæam, et undecim adoraverunt illum; hi autem, id est, aliqui, forte ex his qui ex septuaginta erant, de Christo dubitarunt, postea autem et confirmati fuerunt. Nonnulli sic intelligunt, quod Matthæus quidem non expresserit quinam dubitassent: quod autem iste omisit, Joannes dixit, nempe quod Thomas esset is qui dubitarat. Forte autem et omnes dubitarunt, id quod Lucas dicit. Debes igitur sic intelligere, quod cum venissent in Galilæam, adoraverunt eum. Illi autem qui adorarunt in Galilæa, primum dubitarunt in Hierusalem, sicut Lucas dicit. Locutus est itaque illis Jesus, Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Hoc quidem hunc sensum habet: Habui quidem sicut Deus et opifex potestatem

παντα γὰρ δοῦλα σὰ, πρὸς τὸν Θεόν φησιν ὁ Δαυὶδ)
Ps. cxviii. 91. ap. LXX. ἀλλὰ τὴν ἑκούσιον ὑποταγὴν οὐκ εἶχον· νῦν οὖν μέλλω καὶ ταύτην ἕξειν. Ὑποταγήσονται γάρ μοι τὰ πάντα, ἐπεὶ διὰ τοῦ σταυροῦ ἐνίκησα τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου. Διττὴ γάρ ἐστιν ἡ ὑποταγὴ, ἡ μὲν ἀκούσιος, καθὸ πάντες δοῦλοι τοῦ Θεοῦ ἐσμεν καὶ ἄκοντες, ὥσπερ καὶ οἱ δαίμονες· ἡ δὲ ἑκούσιος, καθὸ Παῦλος δοῦλος ἦν Χριστοῦ. Πρότερον μὲν οὖν τὴν ἀκούσιον μόνην ὑποταγὴν ἐχόντων πάντων, ἐξ ἡμισείας ὥσπερ εἶχεν ὁ Σωτὴρ τὴν πάντων ἐξουσίαν· μετὰ δὲ τὸν σταυρὸν, τῆς θεογνωσίας ἐφαπλωθείσης πᾶσι, καὶ τὴν ἑκούσιον ὑποταγὴν ὑποταγέντων πάντων, εἰκότως φησὶν ὁ Χριστὸς ὅτι, νῦν ἔλαβον πᾶσαν τὴν ἐξουσίαν· πρότερον μὲν γὰρ μερικῶς προσῆν μοι ἡ ἐξουσία, ὡς ἀκουσίως μόνον δουλευόντων μοι, καθὸ ποιητής εἰμι· νῦν δὲ καὶ μετὰ ἐπιγνώσεως δουλευόντων μοι τῶν ἀνθρώπων, πᾶσα καὶ ὁλόκληρος ἡ ἐξουσία ἐδόθη μοι. Παρὰ τίνος δὲ ἐδόθη αὐτῷ; ἢ πάντως παρ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς οἰκείας ταπεινώσεως· εἰ μὴ γὰρ ἐταπεινώθη καὶ συνεπλάκη τῷ ἀντιπάλῳ διὰ τοῦ σταυροῦ, οὐκ ἂν ἔσωσεν ἡμᾶς. Ὥστε τὸ ἐδόθη μοι ἐξουσία, οὕτω νόει. Ἐκ τῶν οἰκείων μου ἀγώνων καὶ παλαισμάτων ἔσωσα τοὺς ἀνθρώπους, καὶ περιεγένοντό 167
μοι λοιπὸν κλῆρος καὶ περιούσιος λαός. Ἐπὶ γῆς μὲν οὖν ἔχει τὴν ἐξουσίαν ὁ Κύριος, καθὸ πᾶσα ἡ γῆ ἐπέγνω αὐτόν· ἐν οὐρανῷ δὲ, διότι ὁ μισθὸς τῶν πιστευόντων αὐτῷ καὶ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλως, ἐπεὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἡ πρώην κατάκριτος, συνημμένη τῷ Θεοῦ λόγῳ καθ' ὑπόστασιν, ἐν οὐρανῷ κάθηται ὑπ' ἀγγέλων προσκυνουμένη, εἰκότως φησὶν ὅτι ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ· καὶ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἡ πρώην δουλεύουσα, νῦν ἐν Χριστῷ ἄρχει πάντων. Συνελόντι οὖν φάναι, οὕτω νόει τὸ, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία· εἰ μὲν ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ λόγου λεγόμενον ἐκλάβοις ὅτι, ἐδόθη μοι ἡ πᾶσα ἐξουσία, καθὸ καὶ ἄκοντες καὶ ἑκόντες νῦν ἐπιγινώσκουσί με Θεὸν, οἱ πρώην κατὰ τὸν τῆς ἀκουσίου ὑποταγῆς τρόπον δουλεύοντές μοι· εἰ δὲ ὡς ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λεγόμενον, οὕτω νόει ὅτι, ἐγὼ ἡ πρώην κατάκριτος φύσις, κατὰ δὲ τὴν πρὸς

omnium: quia omnia serviunt tibi, dixit ad Deum David: sed voluntariam subjectionem non habui, quam nunc habiturus sum. Subjecta enim erunt mihi omnia: quandoquidem per crucem vici eum qui potestatem habebat mortis. Duplex enim est obedientia et subjectio: involuntaria scilicet, secundum quam omnes sumus servi Dei, etiam inviti, quemadmodum et dæmones ipsi: et voluntaria, quomodo Paulus erat servus Christi. Cum prius omnia solam obedientiam involuntariam exhiberent, et Salvator omnium potestatem quasi dimidiatam haberet: post crucem, cum Dei cognitio innotesceret omnibus, habuit etiam voluntarie obedientes omnes qui subjecti fuerunt. Merito igitur dicit Christus, Nunc accepi potestatem omnem: prius enim partiaria potestas mihi erat, eo quod præter voluntatem mihi veluti creatori serviebant: nunc autem cum homines sponte et scientes mihi serviant, omnis et integra potestas mihi data est. A quo autem data est illi? Omnino a semetipso habuit, et sua humilitate. Nisi enim humiliatus fuisset, et congressus cum adversario per crucem, non salvasset nos. Et sic intellige, Data est mihi omnis potestas, propriis meis certaminibus et laboribus servavi homines, et facti sunt mihi in sortem et peculiarem populum. Dominus itaque super terram potestatem habet, eo quod omnis terra agnovit illum: in cœlo autem, eo quod merces ac municipatus illorum qui credunt, in cœlo est. Vel etiam aliter, quia humana natura prius condemnata, nunc unita Dei verbo personaliter, in cœlo sedet, et ab angelis adoratur, merito dicit, Data est mihi omnis potestas in cœlo. Etenim humana natura prius serviebat, nunc in Christo imperat omnibus. Breviter igitur sic intellige, Data est mihi omnis potestas: nam si tanquam a Dei verbo dictum intelligas, Data est mihi omnis potestas, eo quod volentes et nolentes me Deum nunc agnoscunt, qui prius mihi serviebant involuntariæ obedientiæ modo. Si autem de humana natura dicitur, sic intellige, Ego prius condemnata natura, existens autem Deus secundum unionem ad

τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀσύγχυτον ἕνωσιν Θεὸς οὖσα, ἔλαβον
τὴν ἐξουσίαν κατὰ πάντων, ὥστε προσκυνεῖσθαι ὑπ' ἀγγέ-
λων ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς δοξάζεσθαι ὑπὸ τῶν περάτων
πάντων. Ἀποστέλλει οὖν τοὺς μαθητὰς οὐκέτι πρὸς τοὺς
Ἰουδαίους μόνους· ἀλλ' ἐπεὶ πάντων ἔλαβε τὴν ἐξουσίαν,
πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἁγιάσας ἐν ἑαυτῷ, εἰκότως
πρὸς πάντα τὰ ἔθνη πέμπει, ἐντειλάμενος βαπτίζειν εἰς τὸ
ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.
Αἰσχυνέσθωσαν οὖν Ἄρειος καὶ Σαβέλλιος· Ἄρειος μὲν,
καθὸ οὐκ εἶπεν ὁ Χριστὸς εἰς τὰ ὀνόματα βαπτίζειν, ἀλλ'
εἰς τὸ ὄνομα· ὄνομα δὲ τῶν τριῶν ἓν, ἡ θεότης· εἷς οὖν
Θεὸς τὰ τρία· Σαβέλλιος δὲ, καθὸ καὶ τῶν τριῶν προσ-
ώπων ἐμνήσθη ὁ Κύριος, οὐχ ἑνὸς προσώπου, ὡς ἐκεῖνος
ἐφλυάρει, τὰ τρία ὀνόματα ἔχοντος, καὶ ποτὲ μὲν καλουμέ-
νου πατρὸς, ποτὲ δὲ υἱοῦ, ποτὲ δὲ πνεύματος, ἀλλὰ τριῶν
μᾶλλον προσώπων ἓν ὄνομα ἐχόντων, τὸ Θεός. Εἶτα ἐπεὶ
οὐκ ἀρκεῖ τὸ βαπτισθῆναι μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ ἐργάζεσθαι
τὸ ἀγαθὸν μετὰ τὸ βάπτισμα, φησὶ, διδάσκοντες αὐτοὺς
τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν, οὐκ ἓν ἢ δύο, ἀλλὰ
πάντα τὰ ἐντάλματά μου. Φρίξωμεν οὖν, ἀδελφοὶ, ἐννο-
οῦντες ὅτι ἐὰν ἓν λείπῃ ἡμῖν, οὐκ ἐσμὲν τέλειοι δοῦλοι τοῦ
Χριστοῦ. Πάντα γὰρ ἀπαιτούμεθα φυλάττειν. Ὅρα δὲ
τὴν τοῦ Κυρίου διάλεξιν, πῶς ἀμφότερα τὰ κεφάλαια τοῦ
Χριστιανισμοῦ περιέχει, θεολογίαν καὶ πρακτικὴν ἀρετήν.
Εἰπὼν μὲν γὰρ ὅτι δεῖ βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τῆς Τριάδος,
τὴν θεολογίαν ἡμῖν παρέδωκεν· εἰπὼν δὲ διδάσκειν καὶ τὸ
τὰς ἐντολὰς τηρεῖν, τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν ἡμῖν εἰσηγήσατο.
Παραθαῤῥύνων δὲ αὐτοὺς, ἐπειδὴ ἀπέστελλεν εἰς ἔθνη καὶ εἰς
σφαγὰς καὶ κινδύνους, φησὶν ὅτι, μὴ φοβεῖσθε· ἐγὼ γὰρ
ἔσομαι μεθ' ὑμῶν ἄχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ὅρα δὲ
καὶ τοῦτο, πῶς ἐμνήσθη τῆς συντελείας, ἵνα διαναστήσῃ αὐ- 168
τοὺς μᾶλλον καταφρονεῖν τῶν δεινῶν· μὴ δυσχεράνητε γὰρ,
φησὶ, συντέλειαν ἕξουσι πάντα, εἴτε ἀλγεινὰ εἶεν κοσμικὰ,
εἴτε ἀγαθά· ὥστε μήτε τοῖς ἀλγεινοῖς ὑποπέσητε, παρέρχ-
ονται γὰρ, μήτε τοῖς ἀγαθοῖς ἀπατηθῆτε, συντελοῦνται
γάρ. Οὐ μόνοις δὲ τοῖς ἀποστόλοις τοῦτο ὑπέσχετο, τὸ

filium Dei absque naturarum confusione, accepi potestatem super omnia, ita ut et ab angelis in cœlo adorer, et super terram ab omnibus finibus terræ glorificer. Cæterum apostolos non jam ad solos Judæos mittit: sed quia omnem potestatem accepit, omnemque humanam naturam sanctificavit in seipso, merito ad omnes gentes mittit, præcipiens baptizare in nomine patris et filii et spiritus sancti. Confundantur Arius et Sabellius. Arius quidem, eo quod Christus non jussit in nominibus baptizare, sed in nomine. Nomen autem trium unum, nempe deitas. Unus igitur Deus, tres. Sabellius vero, eo quod trium personarum meminit Dominus, non unius personæ, sicut ille nugatur tria nomina habere eundem, et nunc vocari patrem, nunc filium, nunc spiritum sanctum: sed tres personæ unum potius habent nomen, Dei scilicet. Deinde quia non sufficit baptizari tantum, sed etiam bene operandum est post baptisma, dicit, Docentes eos servare omnia quæcunque præcepi vobis, non unum vel duo, sed omnia mandata mea. Horrescamus et timeamus, fratres, quia si unum nobis defecerit, non sumus perfecti servi Christi. Omnia enim exiguntur ut serventur. Vide autem Domini sermonem, quomodo utrumque Christianismi caput complectatur, theologiam et practicam virtutem. Dicendo quidem quod oporteat baptizari in nomine Trinitatis, theologiam nobis tradidit: dicendo autem quod oporteat docere et mandata tenere, practicam virtutem introduxit. Confirmat quoque et animat illos, eo quod mittat ad gentes, et in mortem ac pericula, dicens, Nolite timere, ego enim vobiscum ero usque ad consummationem seculi. Vide et istud, quomodo memor fuerit consummationis, ut magis illos excitet ad contemnendum gravia. Ne gravatim feratis: finem enim habitura sunt omnia mundana, sive aspera sint, sive prospera: atque ideo ne succumbatis in adversis: prætereunt enim: neque prosperis decipiamini: finem enim habitura sunt. Non solum autem hoc apostolis est pollicitus, quod cum ipsis sit, sed simpliciter dis-

συνεῖναι αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς. Οὐ γὰρ δήπου οἱ ἀπόστολοι ἄχρι τῆς συντελείας ἔμελλον ζῇν· καὶ ἡμῖν οὖν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς ὑπισχνεῖται τοῦτο. Οὐκ ἄχρι δὲ τῆς συντελείας παρὼν, μετὰ τὴν συντέλειαν ἀπέσται, ἄπαγε· ἔκτοτε γὰρ μᾶλλον συνέσται καθαρώτερον καὶ τρανότερον· τὸ γὰρ ἕως, οὐ τὸ μετὰ ταῦτα ἀναιρεῖ, ἔνθα ἂν εὑρεθῇ κείμενον ἐν τῇ γραφῇ. Εὐχαριστήσαντες οὖν τῷ Κυρίῳ τῷ ἐνταῦθα συνόντι ἡμῖν, καὶ πᾶν ἀγαθὸν χορηγοῦντι, καὶ πάλιν συνεσομένῳ τελεώτερον μετὰ τὴν συντέλειαν, συντελέσωμεν ἐνταῦθα τὴν ἐξήγησιν· αὐτῷ γὰρ πρέπει πᾶσα εὐχαριστία, καὶ δόξα, καὶ τιμὴ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

cipulis suis omnibus. Neque enim apostoli usque ad finem mundi victuri erant: unde et nobis, et his qui post nos erunt, promisit hoc: non quod usque ad consummationem præsens, post consummationem mundi abfuturus sit, absit. Tunc enim magis nobis aderit, et clarius, et mundius. Nam ubi Donec vel Usque in scriptura invenitur, non adimit quod posterius. Quocirca gratias agamus Domino, qui et nunc nobiscum est, et omne bonum suppeditat, et iterum nobiscum erit perfectius post consummationem. Itaque nos quoque hoc loco enarrationem absolvamus. Ipsum enim omnis gratiarum actio, gloria, et honor decet in secula seculorum. Amen.

A LIST OF BOOKS EDITED FOR THE SYNDICS OF THE CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS,

PUBLISHED BY JOHN W. PARKER AND SON, WEST STRAND, LONDON.

THEOPHYLACTI *in Evangelium S. Matthæi Commentarius.* Edited by W. G. HUMPHRY, B.D., late Fellow of Trinity College, Vicar of Northolt, and Chaplain to the Lord Bishop of London. Octavo. 14*s*.

TERTULLIANI Libri Tres, *de Spectaculis, de Idololatria, de Corona Militis*, with English Notes, an Introduction, and Indexes, by the Rev. GEORGE CURREY, B.D., Preacher at the Charter House, formerly Fellow and Tutor of St John's College. Crown Octavo, 7*s*. 6*d*.

GROTIUS *de Jure Belli et Pacis*, with the Notes of Barbeyrac and others; accompanied by an abridged Translation of the Text, by W. WHEWELL, D.D., Master of Trinity College, and Professor of Moral Philosophy in the University. Three Volumes, Octavo. 42*s*.

GROTIUS *on the Rights of War and Peace:* an abridged Translation. By WILLIAM WHEWELL, D.D., Master of Trinity College, and Professor of Moral Philosophy in the University. In one Volume Octavo. 14*s*.

De Obligatione Conscientiæ Prælectiones Decem Oxonii in Schola Theologica habitæ A ROBERTO SANDERSON, SS. Theologiæ Ibidem Professore Regio. With English Notes, including an abridged Translation, by W. WHEWELL, D.D., Master of Trinity College. Octavo. 9*s*.

THEOPHILI *Episcopi Antiochensis Libri Tres ad Autolycum.* Edidit, Prolegomenis Versione Notulis Indicibus instruxit GULIELMUS GILSON HUMPHRY, S.T.B. Collegii Sanctiss. Trin. apud Cantabrigienses quondam Socius. Post Octavo. 6*s*.

Works edited for the Syndics

M. MINUCII FELICIS *Octavius.* The text newly revised from the Original MS. with an English Commentary, Analysis, Introduction, and Copious Indices. Edited by the Rev. H. A. HOLDEN, M.A., Fellow of Trinity College, and Vice-Principal of Cheltenham College. Crown Octavo. 9*s.* 6*d.*

CÆSAR MORGAN *on the Trinity of Plato, and of Philo Judæus, and of the effects which an attachment to their writings had upon the principles and reasonings of the Fathers of the Christian Church.* A new Edition, revised by H. A. HOLDEN, M.A., Fellow of Trinity College. Crown Octavo. 4*s.*

The Homilies, with various Readings, and the Quotations from the Fathers given at length in the Original Languages. Edited by G. E. CORRIE, D.D., Master of Jesus College, and Norrisian Professor of Divinity; Examining Chaplain to the Lord Bishop of Ely. Octavo. 10*s.* 6*d.*

PEARSON *on the Creed,* revised and corrected by TEMPLE CHEVALLIER, B.D., Subwarden of the University of Durham. Octavo. 12*s.*

In this edition the folio of 1669 has been taken as the principal model of the text, being the latest edition to which Bishop Pearson made any additions or alterations; and the quotations from the Fathers have been verified throughout. The passages from the Rabbinical writings and Chaldee paraphrases have also been carefully collated.

Archbishop USHER'S *Answer to a Jesuit,* with other Tracts on Popery. Edited by the late Professor SCHOLEFIED. Octavo. 13*s.* 6*d.*

WILSON'S *Illustration of the Method of Explaining the New Testament, by the early opinions of Jews and Christians concerning Christ.* Edited by T. TURTON, D.D., Lord Bishop of Ely. Octavo. 8*s.*

TWYSDEN'S *Historical Vindication of the Church of England in point of Schism.* Edited, with the Author's MS. Corrections, by Professor CORRIE. Octavo. 7*s.* 6*d.*

of the Cambridge University Press.

Lectures on Divinity, delivered in the University of Cambridge. By John Hey, D.D. Third Edition, by T. Turton, D.D., Lord Bishop of Ely. Two Volumes, Octavo. 30*s*.

Cambridge Greek and English Testament, in Parallel Columns on the same page. Edited by J. Scholefield, M.A., late Regius Professor of Greek in the University. Third Edition. Small Octavo. 7*s*. 6*d*.

Cambridge Greek Testament. Small Octavo. 3*s*. 6*d*.

In Preparation.

The Works of Isaac Barrow, compared with the Original MSS., and enlarged with Materials hitherto unpublished. New Edition, by the Rev. A. Napier, M.A. of Trinity College, Vicar of Holkham, Norfolk.

Tertulliani *Liber de Præscriptione Hæreticorum*, with Introduction, Analysis, and English Notes, by J. J. S. Perowne, M.A., Fellow and Classical Lecturer of Corpus Christi College.

Origenes *contra Celsum*, with a revised Latin Translation and Notes.

Chrysostomi *Liber de Sacerdotio*, with Notes selected and original by Frederic Field, M.A., late Fellow of Trinity College, and Editor of Chrysostom's *Homilies*.

Smith's *Select Discourses*, edited by H. G. Williams, B.D., Fellow of Emmanuel College.

Irenæus, *Selections from*, edited by the Rev. W. W. Harvey, M.A., late Fellow of King's College.

Wheatly *on the Common Prayer*, edited by Professor Corrie, D.D., Master of Jesus College.

Greek and Latin Classics, with English Notes, for the use of University Students, by several Editors.

Already Published.

CICERO *pro Milone.* Post Octavo. 3*s.* 6*d.*

In Preparation.

ÆSCHINES *de Coronâ.*
CICERO *pro Murenâ.*
CICERO *de Officiis.*
DEMOSTHENES *adversus Leptinem.*
DEMOSTHENES *contra Midiam.*
EURIPIDES.
HOMER, *The Iliad* and *Odyssey.*
HORACE.
ISOCRATES.
LUCRETIUS *de Rerum Natura.*
OVID'S *Fasti.*
PLUTARCH, *Select Biographies of.*
SOPHOCLES.
XENOPHON'S *Hellenica.*
XENOPHON'S *Memorabilia.*

LONDON:
PUBLISHED BY JOHN W. PARKER AND SON,
WEST STRAND.

BR 65 .T5C64 1854	Theophylactus, bp. of Archrida. ... In Evangelium S. Matthaei commentarius
	12335
APR 16 '28	Card dept. Miss [illegible]
JUL 28 1955	Miller [illegible] [illegible]

BR
65
.T5C64
1854

12335

Theophylactus. Bp. of Archrida

... In Evangelium S.

Matthaei commentarius

JUL 26 1955	Metzler 7 Sp...	JUL 28 1955

